

GEORGII DAVIDIS KYPKE
PHILOSOPHIAE ET LINGVARVM ORIENTALIVM
PROFESS. EXTRAORD. IN ACADEM.
REGIOMONT.

OBSERVATIONES SACRAE



IN

NOVI FOEDERIS LIBROS

EX AVCTORIBVS POTISSIMVM GRAECIS ET ANTIQVITATIBVS.

TOMVS I.

QVATVOR EVANGELISTAS COMPLEXVS.



WRATISLAVIAE
SVMTIBVS IOH. IACOBI KORNII
1755.



ILLVSTRISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO

CAROLO LVDOLPHO

LIBERO BARONI


DE DANCKELMANN

AVGVSTI BORVSSORVM REGIS
ADMINISTRO BELLI ET STATVS
INTIMO SVPREMO RERVM ECCLESIA-
STICARVM ET ACADEMIARVM REGIA-
RVM CVRATORI,
PRAESIDI SENATVS ECCLESIASTICI
SVPERIORIS
NEC NON
DIRECTORII ECCLESIARVM REFORMA-
TARVM ET GALLORVM CONSISTORII
EMINENTISSIMO,
RERVM FEVDALIVM DIRECTORI AC
BIBLIOTHECAE REGIAE CVRATORI
VIGILANTISSIMO,
DOMINO TERRARVM LODERSLEBEN,
OPHAVSEN CETERA,
MAECENATI MVSARVM INCOMPARA-
BILI DOMINO AC PATRONO SVO
GRATIOSISSIMO

D. D. D.

GEORGIVS DAVID KYPKE.

VIR ILLVSTRISSIME
ET EXCELLENTISSIME
DOMINE ET MAECENAS
GRATIOSISSIME.



ametsi summae dignitatis TVAE stationisque, in qua sacram augustissimi Regis vicem imples, reuerentia, a conspectu TVO arcere me possent: animo tamen haud suspenso sollicitoue, sed alacri et ad bona omnia speranda erecto, hoc quidquid est opusculi Illustrissimo Nomini TVO consecrare audeo. TIBI enim a Rege serenissimo scientiarum et artium liberalium sub ditione et auspiciis illius florentium, eccle-

ſiaeque chriſtianae tutela iniuncta eſt; TV in altiſſima quadam ſpecula conſtitutus, pari tanto faſtigio humanitate et clementia ſingulos litterarum amatores et cultores circumſpicis, foues et patrocinio iuuas. Quum ergo et ego per vndecim iam annos in duabus academiis Halenſi et Regiomontana et ſcientias philoſophicas et linguas, hebraicam, graecam, latinam artesque ad humanitatem pertinentes, in diſcentium quadam celebritate, gnauiter quidem, at immitia expertus fata docuerim: non dubito, ad TE aliquando, poſt longam et moleſtam nauigationem, tanquam ad ſalutis meae portum confugere, TVVMque praeſidium et tutelam implorare. TIBI enim Maecenas illuſtriſſime! quum laborum meorum et ſtudiorum academicorum inprimis reddenda ſit ratio: hoc iam TIBI leue munuſculum, lucubrationum mearum fructum, ſubmiſſa mente offero, et vt ſerena

illud fronte excipere digneris, oro et obteſtor. Fuit aliquando tempus, quo Graecae linguae quandam intelligentiam apud TE prae me tuli et profeſſus ſum, haud obſcuris prolixae voluntatis TVAE indiciis excitatus. Iam ergo vt fide data me exonerem, libellum hunc, cuius magna pars, in fructu ex Graecis litteris antiquitatisque tabulis capiendo verſatur, eminentiſſimo Nomini TVO addicendum eſſe putaui. TE igitur Maecenas benigniſſime demiſſe rogo, vt meos de hac Academia et litteris bene merendi conatus, aequi bonique conſulas, meque hominem per tot iam annos in litterarum palaeſtra deſudantem, et cum aduerſa confligantem fortuna, gratiae TVAE et patrocinio habeas commendatum. Quod ſupereſt Deum O. M. imploro, vt is ampliſſima conſilia TVA, quae pro religionis chriſtianae incremento et litterarum flore agitas, beneuole fortunet. Is cor-

poris TVI animique vires per longam annorum seriem conseruet et adaugeat; is prosperum rerum omnium ex voto fluentium decursum largiatur. Sic laetabuntur in clientela TVA Musae; sic insignibus Illustrissimae stirpis TVAE meritis a TE continuatis et auctis constabit perpetuitas et immortalitas. Sic ob rempublicam et ciuilem et litterariam bene et feliciter gestam non solum praesens TE suspiciet et reuerebitur aetas, sed et grata posteritas indefessa immortalium meritorum TVORVM commemoratione aeternitati TE commendabit. Dedi Regiomonti mense Aprili Anno CIƆ IƆCCLV.



PRAEFATIO.

LECTORI BENEVOLO
SALVTEM!



trum poſt tot eruditiſſimorum virorum labores, quibus ſacras Noui praeſertim Foederis tabulas, in ſole et luce collocare ſtuduerunt, aliorum purpurae meam quoque adſuerem laciniam, diu multumque dubitaui. Diu nimirum in ea ſteti ſententia, eos, qui emiſſis in publicam lucem ingenii monumentis, gratiam ab orbe litterario inire, poſterisque prodeſſe volunt, quam minimum ex iis ignorare debere, quae ab aliis in eodem argumento elucubrata ſunt, ita vt, quid ab aliis occupatum, quid ſuae induſtriae relictum ſit, intelligant. Hoc vero cum in praeſenti rei litterariae ſtatu magnae

molis ſit: ego vndecim abhinc annorum intervallo, ex quo partim in Academia Halenſi, partim in hac Pregelana litteras docui, in hoc deligenter incubui, vt iis ſcientiis, quibus aetatem impendere decreueram, animum largiter imbuerem, imo et mediocrem quandam ad haec acquirerem librorum ſupellectilem, magis eo conſilio, vt, quod mearum fuit partium, pendentem ex ore meo iuuentutem academicam, ſtrenue et gnauiter erudirem, quam vt impolitiores ingenii mei foetus protruderem. Sed adfuerunt tandem rationes, quibus impulſus ſum, vt conſilium mutarem et hunc qualemcunque lucubrationum mearum fructum prelo committerem. Offero Tibi Lector beneuole Obſeruationes philologicas in N. F. libros, in quibus quid agere voluerim, ſatis iam credo intelliges, ſi quid in opuſculis ſimilibus, e. g. Lamb. Boſii, Hombergii, Raphelii, Elsneri et Ioh. Alberti aliisque praeſtitum ſit, memineris. Pandam tamen latius inſtituti mei rationes. Maxima mihi et praecipua induſtria in voces et phraſes N. T. impenſa eſt, inprimis rariores et difficiliores, vt earum veros ſignificatus, vim atque emphaſes e ſcriptoribus Graecis curatius exponerem. E vocabulis rarioribus eorum praeſertim habui curam,

quae

quae *ἅπαξ λεγόμενα* ſunt, et in quibus haeſitant, atque laborant interpretes. Operam nauaui locutionibus infreqnentioribus et rarioribus vocum et locutionum ſignificatibus, imo et iis vocabulis, quae vt ſatis crebro in N. F. libris occurrant, in ſcriptoribus profanis interdum rariſſima ſunt. Quantam vtilitatem ad iuuandam librorum horum interpretationem, haec opera adferat, nemo, vt opinor, ignorabit. Lectorum ſane, qui et ſuos et aliorum animos, ſalutari ex ſacris his oraculis cognitione imbuere volunt, multum intereſt, non ſolum verborum locutionumque ſacrarum accurate noſſe ſignificatus, ſed et perſpicientiam hanc cum certitudine quadam coniungere. Sarta tecta hoc modo defenditur codicis ſacri integritas, quae ſaepe a doctis quoque viris ſollicitata eſt et impugnata, eo inprimis nomine, quod voces vel phraſes rariores, ſe nusquam alibi eodem modo ac ſenſu legiſſe meminerint. Crediderim ſane, me voces, earumque notiones infrequentiores, locutionesque minus tritas non paucas, e profanis enodaſſe, quarum nemo ante me ex iisdem attulit exempla. Vide e. g. *καταργεῖν* Luc. 13, 7. *μετριοπαθεῖν* Hebr. 5, 2. *εἰδωλεῖον* et *οἰκοδομεῖσθαι* 1 Cor. 8, 10. *ἐξολοθρεύειν* Act. 3, 23. *πρὸ ἓξ ἡμερῶν τῆς ἑορ-*

τῆς

τῆς Ioh. 12, 1. ἐκαθαρίσθη ἡ λέπρα Matth. 8, 3. cet. Significatibus quoque particularum eruendis et ellipsibus notandis atque firmandis nauaui operam, ita vt trito Lamb. Bosii libello accessionem quandam promittere queam. Multis N. F. vocibus et phrasibus *barbarismorum* et *soloecismorum* maculam adspersferunt Lucianus, Phrynichus, aliique Graecitatis magistri, his et aetate et auctoritate inferiores. In his sordibus eluendis et abstergendis pro virili elaboraui. Non pauca librorum sacrorum vocabula, vocabulorum notiones, constructiones et genera loquendi, ex infimae plebis circulis petita esse, et veteres asserunt et recentiores haud vulgaris eruditionis auctoritatisque scriptores, quibus obuiam ire, mearum esse partium existimaui. Haud magni esse videtur momenti, vtrum scribendi genus, quo vsi sunt viri θεόπνευστοι, ad veterum scriptorum Graecorum e. g. Demosthenis, Xenophontis, aliorumue nitorem et elegantiam assurgat, an potius ii vocibus et locutionibus, e medio et vsu vulgari petitis, doctrinas sacras exposuerint, iis quoque loquendi generibus non fastiditis, quae in vitio ponebant homines, qui pluris faciebant gratiam atque veneres sermonis, quam veritatum explicandarum grauitatem

et

et pondera. Neque ego inficias iuero, in explicandis N. F. tabulis, non tam ab antiquis Graeciae florentis et liberae ſcriptoribus, quam potius ab auctoribus, qui et tempore et loco viris θεοπνεύστοις propiores fuere, auxilia petenda eſſe, et ex his praecipue verſandos eſſe eos, qui ſimplici quodam, populari et obuio orationis genere vſi, et natiua ſermonis pulchritudine magis, quam exquiſitiori ornatu gauiſi ſunt. Vt enim libri ſacri nitidioris ſermonis ſe commendent cultu et ornatu, nihil opus eſt. Multum vero intereſt, vt ſenſus eorum ſit perſpicuus, et vt accuratior eorum intelligentia firmo nitatur fundamento. Id ipſum vero efficit, vt per eam, quae verbo diuino tribuenda eſt, auctoritatem et reuerentiam, haud facile liceat, in ſtilo ſacro barbariſmos et ſoloeciſmos et frequentiora ſermonis plebeii veſtigia admittere. Experientia conſtat magiſtra, ſermonem plebeium, barbarum et σολοικίζοντα, anguſtis plerumque limitibus contineri, ita vt in ſingulis prouinciis, imo in ſingulis fere vrbibus, plebs in ſermone vulgari priuum aliquid ſibi vindicet, quod aliarum regionum incolae non intelligunt. Cultior vero lingua et curatior, ſingulis prouinciis communis, neque eruditis ſolum trita, ſed et plebi

in

in pluribus locis intellectu facilior esse solet. Quanto plura igitur libris sacris inerunt barbara, σολοικίζοντα et idiotica: tanto magis illos lectoribus, in tam dissitis orbis terrarum partibus obscuros atque imperuios fuisse credendum est. Grauius vero est illud, quod admissis eiusmodi sermonis vitiis, incerta et fluctuans reddatur librorum sacrorum interpretatio. Sic exsulabit tandem tam frequens in exegesi sacra ad regulas grammaticas prouocatio, cuius tanta necessitas est et vtilitas. Monstra opinionum sic excogitabunt, cupida nouitatum ingenia. His si argumentis ex grammatica et linguae indole depromtis occurrere velis: ad Soloecismos confugient; dicent: non adeo rigide exigendum esse sermonem sacrum ad regulas grammaticorum. Notiones vocabulorum hi ex arbitrio fingent; nec onus in humeros suscipient, e suo natos cerebro vocum significatus, aliunde probandi, cum obuia sit excusatio: *sermonem esse plebeium*, qualem mirum non sit, in aliis Graeciae elegantioris scriptoribus non reperiri. Non parum quoque studii et industriae in eo posui, vt tot *hebraismos*, *latinismos*, aliasque peregrinitates sermoni sacro infusas et obtrusas profligarem. Obscurius itidem redditur orationis genus, cui multi

multi peregrinarum linguarum idiotiſmi admixti ſunt. Facile equidem largior, non omnes N. F. voces et locutiones, ab *hebraiſmi* aut alterius alicuius linguae idiotiſmi ſuſpicione poſſe purgari: attamen de eo quoque certus ſum, multas peperiſſe peregrinitatum accuſationes, vel Graeci ſermonis imperitiam, vel in verſandis Graeciae ſcriptoribus negligentiam. Quum etiam extra controuerſiam poſitum ſit, multis ſcripturae ſacrae locis, ex ritibus antiquis lucem egregiam poſſe adfundi: quae huic ſcopo accommodata eſſe videbantur, conquirere et adferre conatus ſum, vt libellus ſe doctrinae quadam varietate commendaret. Attuli tamen ex hoc apparatu pauciora fere, quam inſtitueram. Plura in hoc argumento ex antiquitatum Iudaicarum fontibus, quam ex Graecis ſcriptoribus haurienda ſunt. Quod vero vides, opuſculum, ex ſedula et attenta auctorum Graecorum lectione enatum eſt. Quae igitur ex antiquorum rituum fontibus in hunc deriuaui libellum, ex Graecia plerumque petita ſunt. E fontibus hauſi omnia, qui limpidiores fluunt, quam riuuli, adeoque non nego, me maiorem rerum copiam et vbertatem ſuppeditare potuiſſe, ſi plures antiquitatum Graecarum riuulos in promtu habuiſſem. Non adeo

multa ſunt, in Matthaeo praeſertim, quae ex antiquitatum hebraicarum penu depromſi. Cautione vſus ſum, ne ſingula, quibus ſimilitudo aliqua cum ritibus ſacris ineſſe videbatur, absque ſelectu congererem. Multa ſunt in hoc doctrinae genere, quorum maior eſt pompa quam fructus. Ab attexendis narrationibus mythologicis, in quibus multi ſaepe ſunt alii, etiam magni nominis Commentatores, ſciens prudensque plerumque abſtinui; quum talia cumulare, non ſolum parum vtile videatur, ſed interdum etiam periculoſum. Vt effatis morumque praeceptis ſanctioribus, ſimiles profanorum adſcriberem ſententias, id parcius et circumſpectius, nec niſi varietatis gratia factum eſt. In hoc occupatus labore perlegi aliquoties bonae frugis plenam Diſſertat. Vener. Moshemii, *de eo, quod iuſtum eſt circa ſacr. litterarum ex profanis interpretationem;* et vt vitia a Viro Doctiſſ. reprehenſa effugerem, omni ope anniſus ſum. Crediderim tamen Virum Erud. in Diſſert. hac ante triginta, et quod excurrit annos conſcripta, paulo acrius in interpretum criticorum naeuos eſſe inuectum, adeoque in hoc meo libello inuenies, quae cenſuram incurrent, ſi e Celeb. huius Viri praeceptis aeſtimentur. Meo quidem iudicio,

in

in ſingulis eruditionis partibus, ſcriptis in lucem prodeuntibus indulgentia quaedam debetur.

Tres mihi tuli leges, quae in toto hoc opuſculo elaborando oculis obuerſatae ſunt. 1) Vt omnia, quae ſcribo, tenderent ad ſummi Numinis et Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriam, ad ponendam in altiori loco verbi diuini maieſtatem, et ad promouendam veritatum ſanctiorum in his libris contentarum ampliorem et pleniorem intelligentiam. Non id egi equidem, vt praecepta moralia et doctrinas ad pietatis culturam pertinentes e libris ſacris proponerem, ſed in inquirendo ſolo litterali, vt aiunt, ſenſu ſubſtiti: id ipſum vero, vt mea fert opinio, ad emendationem animi noſtri plurimum confert. Non capior illa inſtitutione ad pietatem, quae ſacris effatis nititur perperam intellectis. Abſtinui tamen ſollicite ab omnibus illis, quae pias poſſint mentes offendere. Pauciſſima ſunt, quae ne tentata incautius eſſe videantur, reformido, quae non tentaſſem ſane, niſi quaslibet ſcripturae ſacrae interpretationes ſatis pias eſſe crederem, quae ſatis ſunt accuratae. In contextu librorum ſacrorum vel vnicum verbulum corruptionis accuſare, religio mihi

 fuit.

fuit. Plurimorum verborum et locutionum integritatem, ab aliis sollicitatam, tutatus sum. Interpunctiones receptas sensus commodioris eliciendi gratia, mutaui saepius; rarissime mutationem quandam accentuum suscipiendam propugnaui. 2) Cupide elaboraui, vt quam paucissima dicerem, quae essent dicta et trita ab aliis, et vt meus, non aliorum esset, quem edo libellus. Qui compendia scribunt, ii, si sexcenties dicta repetunt, id neque vsu caret, neque in vitio poni potest. Qui vero in ampliores scientiarum campos excurrunt; nae illi neque rem iuuant litterariam, neque operae pretium faciunt, si tam curta iis est supellex, vt nonnisi ex aliis hausta, mille modis, vt fit, transformata propinent, e centenis veteribus scriptis nouum aliquod cudant, nihil vero idonei de suo addere possint. Noua igitur non pauca Lectoribus polliceor, me quidem iudice ad accuratiorem librorum sacrorum intellectum profutura. Nusquam animus mihi fuit, ex aliorum riuulis meos irrigandi hortulos. Non igitur ignoro, saepe plus nitescere messem aliorum, quam spicilegium mihi relictum. Non tamen adeo frequenter explicationes protuli, quae prorsus nouae essent; saepe et veteres sententias argumentorum

quadam

quadam nouitate defendi, nouitatesque ab aliis tentatas refellere conatus ſum. Haud raro voces et phraſes et res ab aliis iam enodatas, diuerſis tamen vſus exemplis et probationibus illuſtraui, quod eo minus Lectoribus ingratum fore auguror, quod libri nonnulli ſaltem, eodem inſtituto conſcripti, non adeo vulgares ſint, atque obuii. Omnem, qui ad manus fuit librorum exegeticorum apparatum, non tam eo verſaui conſilio, vt inde in meos aliquid transferrem forulos, quam vt, quaenam ab aliis iam tradita mihi praetereunda eſſent, reſciſcerem. Haud tamen dubito, quin nonnumquam a me prolata, me ignorante, ab aliis in eodem argumento iam propoſita ſint, cum in tanta rerum, de quibus ſcribere orſus ſum, copia et varietate, infiniti fere ſit laboris et morae, ſingulos perreptare ſcriptores, qui de iisdem capitibus commentati ſunt. Interdum libris carui, in quibus praeſagire poteram, res, quas ego tetigi, ſolidius et limatius eſſe tractatas. Wetſtenii N. T. ſane vſque adhuc nondum vidi, quum id e noſtratibus, quod ſciam, poſſideat nemo. Nonnumquam obſeruatis meis in chartam iam coniectis, vidi me iam acta ab aliis agere; ſicque vt plurimum, quae ſcripſeram, non expunxi, et alios cum libertate quadam vel no-

minaui vel nominare neglexi. Idoneos rerum harum aeſtimatores confido, ex ipſo me labore facile perſpecturos eſſe, me id operam dediſſe, vt ab aliis iam occupata, e libello hoc exſularent. Tenuiora et leuiora erunt ſaepenumero, in quibus induſtriam quandam poſui. Saepe ob nexum cum iis, quae promere inſtituti mei ferebat ratio, neceſſe habui, res ſatis notas et vulgares repetere. Inprimis tamen in difficilioribus et obſcurioribus librorum ſacrorum effatis ingenii vires periclitari volui, et attuliſſe me puto non pauca, quae ſeſe rerum non minus grauitate et dignitate, quam nouitatis gratia poterunt commendare. Scriptores ab aliis data opera excuſſos e. g. Herodotum, Xenophontem, Polybium, Arrianum cet. hic parcius videbis adhibitos. Attuli tamen e Xenophonte et Polybio nonnulla, quae a Diligentiſſimo Raphelio mihi relicta eſſe miratus ſum. Interpretibus Graecis V. T. vſus ſum rarius, partim quod horum, ad probandam ſermonis ſacri in N. T. puritatem non eſt rata auctoritas, partim, quod hi a multis iam aliis, praeſertim poſt euulgatas Kircheri et Trommii, vt vocant, Concordantias, in partes ſuas vocati ſunt. 3) Vt breuis eſſem elaboraui. Ab excurſionibus conſulto abſtinui, quum etiam erudite dicta, non multum

multum placere ſoleant, ſi loco minus idoneo comparent. Breuitatis quoque ſtudio abeſſe ab hoc libro volui crebras eorum nominationes, qui idem ante me ſaxum volutarunt, aut easdem propugnarunt ſententias. Proſtant in hoc genere ſubſidia, ex quibus abunde ſitim reſtinguere poſſunt, quorum intereſt noſſe, quid ab aliis in iisdem argumentis prolatum ſit. Ego opuſculum hoc iis conſcripſi, qui Cel. Io. Chriſtoph. Wolfii *Curis philologicis*, Poli *Synopſi* et operibus ſimilibus non deſtituuntur. Perpetuus conatus, loquendi genus, quo vſus ſum, circumcidendi et amputandi reddidit interdum ſtilum ſalebroſum et inconcinnum, ita vt alicubi producti auctorum loci, cum verbis meis, quibus eos explanare et ſenſum eorum definire conatus ſum, non ſatis apte cohaereant. Eius inſuper rei a Lectoribus veniam mihi petendam eſſe opinor, quod vno loco ſaepe copioſius auctorum cumulauerim exempla. Sunt forſitan ex illis loci, quos non ſatis intellexi, vt homines ſumus et vt facilis lapſus eſt, in hoc negotio, vbi ſaepe in diſtinguendis vocum notionibus maxime vicinis cardo rei vertitur. Exemplorum igitur multitudine cauere volui, ne ipſae, quas erutum iui, notiones, vacillarent, etiamſi aliqua mihi exempla eripiantur. Obuiam

quoque ire volui accuſationi: raros et infrequentes eſſe vocum, quos propoſui ſignificatus, adeoque haud facile admittendos. Tandem, ſi quid in hoc nimium, id in reliquis ſcribendi genere contractiori et ab omni verboſitate alieno mihi videor compenſaſſe.

Apparatu librorum et ſubſidiorum vſus ſum, ſi cum nonnullis res meas velim componere, qui noſtro aeuo prela fatigant, ſatis inſtructo et locupleti, in ſe vero modico et mediocri. Miſera, vti expertus ſcio, ſaepe hominum litteratorum ſors eſt. Tranſigenda eſt in acquirenda ſolida eruditione aetas; exhauriendae ſunt opes, ſi quas habes haereditate relictas, non ſolum ad vitam ſuſtentandam, ſed et ad acquirenda ſtudiorum inſtrumenta, ſine quibus nihil praeclari effici poteſt. In litteris excolendis multorum annorum opera, in libris congerendis, ſumtuum haud exiguorum profuſione vix ad mediocritatem quandam aſcenditur. Si quem tandem vtcunque attigeris gradum: labores ſuppeditat reſpublica, in quibus absque praemio et mercede, corporis animique vires atterere poſſis et proſternere. Diuturni ſudores et miſeriae ſpe compenſantur fallaci et exſpectatione inani.

Gran-

Grandia saepe quibus mandauimus hordea sulcis,
Infelix lolium et steriles dominantur auenae.

Non adeo multi tamen defuerunt interpretes' et auctores, qui N. F. libros critica et philologica industria persecuti sunt. Ad manus habui plurimos, quos citarunt et excerpserunt Wolfius atque Polus. Vsurpaui et excussi prae aliis opus *Criticorum Londinensium* et ex hoc Casaubonum, Grotium, Pricaeum, praeterea Bezam, Hammondum, Clericum, Erasmum Schmidium, Heinsium, ex obseruationum scriptoribus Lamb. Bosium, Hombergium, Elsnerum, Raphelium, Cel. Ioh. Alberti. Ex Anglis copia fuit paraphraseos Whitbyi et Lockii et operis Anglici biblici a Polo inchoati. Singulos commemorare longum foret et superuacaneum. Dici vix potest, quantum in eiusmodi laboribus compendii adferat vsus *Curarum* Wolfii, *Synopseos* Poli et similium librorum. Quum exigua haud raro attingantur librorum sacrorum momenta, non iuuat, vbique longius excurrere et tot Commentatorum fluctibus se immergere.

A doctis viris dissentiens modestiam seruare studui et debitam magnis nominibus reuerentiam. Ne illa, quae tradidi, nimis vulgata aut extra con-

trouerſiam poſita eſſe viderentur, praeſidium interdum quaeſiui in celebribus aliorum nominibus, qui in ſententia alia fuere. Nemini vero, quod hominem ſe eſſe prodiderit, indignatus ſum. Cum honoris praefatione nominandus mihi hic eſt Cel. Heumannus, cuius Commentarii in N. F. libros, quum et recentiſſimi ſint et plurima complectantur, quae intra inſtituti mei cadunt circulos, ſaepe mihi verſandi et examinandi fuerunt. Vti in multis aliis eruditionis partibus: ita et in exegeſi ſacra eximia Viri S. Reu. merita ſuſpicio et haud pauca e libris eius me profeciſſe gratus profiteor. Tanto magis ſpero, haud moleſte laturum eſſe Virum Doctiſſ. quod nonnullas ipſius explicationes et ſententias, ad ſtilum praeſertim ſacrum ſpectantes, ponderauerim. Eadem vtor libertate, qua ſaepe Vir Celeb. erga alios vſus eſt; imo nonnulla ita ad liquidum perduxiſſe mihi videor, vt ſpes me teneat, ipſius Viri Celeb. aſſenſum, qui eſt eius candor, impetrandi.

Optaui ſaepe, vt melioribus vti poſſem ſcriptorum Graecorum, quos vel totos, vel ex parte perlegi editionibus, ſed anguſte et mecum habitare coactus ſum. Conſpectum editionum, quae praeſto

ſto fuere, exhibebo infra. Scripta veterum, ſiue ſpuria et incerta, ſiue genuina illa ſint, ſub eo citaui nomine, ſub quo iſta feruntur. Sic prouoco ad LXX. interpretes, Plutarchum *de fluminibus*, Ariſtotelem *de mundo*, Arrianum *in Periplo maris Erythr.* cet. Loquendum eſſe putaui cum vulgo, idque dare volui breuitati et propoſiti operis inſtituto, ex quo non in eo fui, vt a quibus auctoribus quilibet libri profecti ſint, docerem, ſed vt monerem breuiter, in quibus illi operibus veterum reperiri poſſint. Typorum et formae elegantiam, chartaeque nitorem Lector Beneuole! Bibliopolae honeſtiſſimo Viro accepta refer, vt et mendarum, in opere praeſertim tam vario paucitatem. Quae potiora ſunt errata, ex indice ſubiecto emendes velim. Vale mihique faue. Dedi Regiomonti Menſe Februar. MDCCLV.



EDITIO.



EDITIONES PLERVMQVE AVCTORVM, QVIBVS IN HIS OBSERVATIONIBVS VSVS SVM.

Achilles Tatius Salmasii Lugd. 640. 12.
Aelianus *Var. hist.* Kühnii Argent. 685. 8.
Eiusd. *hist. anim.* Colon. Allobr. 616. 12.
Aeschinis *orationes* Demostheni iunctae, Wolfii. Frf. 604. fol.
Andocides et
Antiphon inter *oratores veteres* Hanou. 619. 8.
M. Antoninus *de rebus suis*, Gatakeri, in operibus Gatakeri, Traiecti 697. Fol.
Apollodori *bibliotheca* Commelini, Geneu. 1599. 8.
Appianus Alexandrinus Tollii Amst. 670. 8.
Aristophanes Porti Geneu. 607. Fol.
Aristoteles Iul. Pacii 597. 8.
Arrianus Blancardi Amst. 668. 8.
Eiusd. *dissert. Epicteti*, Lond. 670. 8.
Athenaeus Casauboni, Lugd. 657. fol.
Callimachus Spanhemii Ultrai. 697. 8.
Cebetis *tabula* adiecta Epicteti *enchirid.* Lond. 670. 8.
Constantinus Porphyrogenneta Meursii, Lugd. 617. 8.
Demades inter oratores veteres Hanou. 619. 8.
Demosthenes Hier. Wolfii, Frf. 604. fol.
Dinarchus inter oratores veteres Hanou. 619. 8.
Dio Cassius ex excerptis Valesii Paris. 634. 4.

Diodo-

Diodorus Siculus Oporini Baſ. 539. 4.
et in Excerpt. Valeſ. Par. 634. 4.
Diogenes Laërtius Longolii Curiae Regn. 739. 8.
Dionyſius Halicarn. Sylburgii, Lipſ. 691. 8.
Dioſcorides, Colon. 529. fol.
Epictetus Arriani Lond. 670. 8.
Eiusd. *enchiridion* ibid. eodem.
Euripides Barneſii Cantabr. 694. Fol.
Harpocration Blancardi, Lugd. 683. 4.
Heliodorus Parei, Frf. 631. 8.
Heraclidis Pontici *Allegoriae Homeri* inter *opuſc. mythica et phyſica* Galei.
Heraclitus de *incredibil.* in iisdem *opuſc.*
Herodianus Lugd. 624. 8.
Herodotus Herwagii Baſ. 541. Fol.
Heſiodus Screuelii, Lugd. 653. 8.
Hierocles Londin. 673. 8.
Hippocrates Foeſii, Fr. 595. Fol.
Homerus Screuelii, Amſt. 656. 4.
Eiusd. *vita in opuſc. mythol.* Galei.
Iamblichus de *vita Pythagorae et Protrepticon* Commelini 598. 4.
Ioſephus Ittigii, Colon. 691. 4.
Iſaeus inter oratores vet. Han. 619. 8.
Iſocrates, Hier. Wolfii Baſ. 570. Fol.
Lesbonax inter oratores vet. Hanou. 619. 8.
Libanii *epiſtolae*, Wolfii, Amſt. 738. Fol.
Longinus de *ſublimitate*, Tollii 694. 4.
Lucianus, Salmur. 619. 8.
Lycophron Oporini Baſ. 546. Fol.
Lycurgus inter oratores vet. Hanou. 619. 8.
Lyſias Hanou. 615. 8.
Maximus Tyrius Heinſii Lugd. 614. 8.
Nicolaus Damaſcenus in *excerpt.* Valeſii, Par. 634. 4.
Nonni *metaphraſis euang. Iohannis*, Lipſ. 629. 8.
Eiusdem *Dionyſiaca*, Hanou. 610. 8.

Palae-

Palaephatus *de incredibil.* inter *opuſcula mythica* Galei, 8.
Pauſanias Sylburgii, Hanou. 613. Fol.
Philo Iudaeus, Francof. 691. Fol.
Pindarus: Oxonii 698. Fol.
Iulius Pollux Grynaeus Baſil. 536. 4.
Polybius Gronouii, Amſt. 670. 8.
Porphyrius de *abſtinent. anim.* Lugd. 620. 8.
Salluſtius *de diis et mundo* inter *opuſc. myth.* Galei.
Simplicius, Aurelian. 621. Fol.
Sophocles Francof. 567. 8.
Stobaei *eclogae morales* Baſ. 549. Fol.
Eiusd. *eclogae phyſicae*, Antw. 575. Fol.
Strabo, Amſtelod. 707. Fol.
Svidas, Frobenii, Baſ. 544. Fol.
Teſtamentum 12. *patriarcharum* apud Fabricium in *codice pſeudepigrapho V. T.*
Themiſtius Harduini, Pariſ. 684. Fol.
Theocritus, Commelini, 596. 8.
Theognis in *opere aureo* Neandri Lipſ. 559. 4.
Theophraſti *characteres* inter *opuſcula mythica* Galei.
Thucydides Herwagii, Baſ. 540. Fol.
Xenophon, Baſ. 545. Fol.



ERRATA

POTIORA, QVAE OB ABSENTIAM MEAM IRREPSERE.

Pag. 6. lin. 16. pro: *exercitium* lege: *exercitum*. p. 10. l. 18. pro: *Demodes* lege: *Demades*. p. 11. l. 29. pro: ἐλθόν lege: ἐλθών. p. 12. l. penult. pro: מהחרח lege: מהתרת p. 16. l. 9. pro: *admoneatur* lege: *admoueatur*. p. 18. l. 1. pro: διψᾳ χιόνᾶ lege: διψᾷ χιόνα. p. 23. l. 19. pro: κέκλημα lege: κέκλημαι. p. 24. l. 29. pro: γυναῖκαι lege: γυναῖκα. p. 30. l. penult. pro: *annum* lege: *annuum*. p. 33. l. 3. pro: λημαινομένας lege: λυμαινομένας. l. 14. et 16. pro: וברח יצה iunctim lege: וברחיצה l. 21. pro *vultui* lege: *faciei*. p. 38. l. 19. post vocem: *esset* punctum deleatur. p. 41. l. 19. pro: διδάσκοντας lege. διδάσκοντος — lin. 26. pro: ἐς' lege: ἐς'. p. 45. lin. 6. post: δεσπότῃ punctum deleatur. p. 49. l. 7. pro τῦτον lege: τῦτον. p. 50. lin. 13. pro: συνεισβιάσθησαν lege: συνεισιάσθησαν. p. 52. lin. 21. pro: Ὕσαν lege Ἦσαν. p. 53. l. 3. pro: τρύχας lege: τρίχας. — — lin. 21. pro: *allicebantur* lege: *alliciebantur*. p. 54. l. 1. pro; σῖον lege: οἷον. p. 60. l. 16. post: *absit* punctum tollatur. — l. 23. pro: *meteria* lege: *materia*. p. 62. l. 5. post: *auctores* punctum pone. — l. 3. a fine lege: ἀπεκάλυψας. p. 68. l. 6. pro: *Philonem* lege: *Philone*. p. 71. l. 3. a fine, pro: *spectet* lege: *spectent*. p. 76. l. 14. pro: πρόπον lege: τρόπον. p. 78. l. 5. pro: *existimant*, lege: *existimans*. p. 80. l. 11. et 13. pro: χολὲς et χολοὶ lege: χωλὲς et χωλοί. p. 82. l. 7. a fine, post σύγε comma ponatur loco signi interrogationis. p. 84. l. 4. a fine, pro: δισμορίας lege: δισμυρίας. p. 86. l. 26. pro: *Herodis* lege: *Herodes*. p. 91. l. 4. pro: ἠμὴν lege: ἦ μὴν. — l. 15. pro: ὅσοι lege: ὅσον. p. 93. l. 28. pro: *vno* lege: *vni*. p. 96. l. 5. a fine, pro: *adhibitam* lege: *adhibita*. p. 97. l. 28. 29. pro: *post tempus resurrectionem*, lege: *tempus post resurrectionem*. p. 101. l. 17. pro: *dictorum* lege: *doctorum*. p. 110. l. 5. pro: *secundam*, lege: *secundum*. p. 111. l. 21. pro: Φυμοείν lege: Φιμόειν. p. 116. l. 1. pro: *Reso* lege: *Rheso*. — lin. 16. pro: *quod* lege: *vt*: — lin. penult. pro: *ne* lege: *de*. p. 120. l. 6. pro: ἐσὸς lege: ἑσώς. p. 122. l. 15. pro: *falsarum* lege: *falsorum*. p. 123. l. 21. pro: *quod* lege: *vt*. p. 129. l. 8. pro: יחי ביתך lege: יהי ביתך — lin. 25. pro: ἀῤῥωσάντων lege: ἀῤῥωσάντων. p. 134. l. 21, 22. lege: *dormitisne*. p. 135. l. 24. pro: Ὕμαρτον lege: Ἥμαρτον. p. 139. l. 5. pro: ἱερωσολήσῃ lege: ἱεροσυλήσῃ. — lin. 7. pro: τηνινκαῦτα lege: τηνικαῦτα. p. 140. l. vlt. lege: *in iucundum* duabus vocibus. p. 142. l. 17. pro: πρόχειρον lege: πρόχειρον. p. 150. l. 26. pro: σκληρὸς lege: σκληρῶς. p. 157. l. 28. pro: καρ lege: παρ. p. 163. l. penult. pro: ννκήσαντα lege: νικήσαντα. p. 165. l. 12. pro: *narrat* lege: narratur. p. 165. l. 5. a fine pro: καὶ lege: καί. p. 174. l. 16. pro: εὐθέως lege: ἐξαπίνης. p. 176. l. 14. pro: *et* lege: *sed*. p. 178. l. 10. pro: *adunde* lege: *abunde*. p. 180. l. 1. pro: ἀγαπῆσαί lege: ἀγαπῆσαι.

p. 180.



p. 180. l. 2. pro: *tum* lege: *tam*. — l. 20. pro: *videre* lege: *videri*. p. 183. l. 1. pro: *vtuntur* lege: *vtatur*. p. 196. l. 7. pro: *dicens* lege: *dicentis*. p. 202. l. 27. pro: ἐξίον τι lege coniunctim ἐξιόντι. p. 203. l. 18. pro: *finem* lege: *fidem*. p. 215. l. 17. pro: *Capellas*, lege: *Capellus*. p. 220. l. 14. pro: *nostris* lege: *rostris*. p. 221. l. 7. a fine, pro: *nos* lege: *vos*. p. 226. l. 2. post vocem: *numinis* adde: *comminationes*. — lin. 27. pro: *defodebantur* lege: *defodiebantur*. p. 240. l. 6. pro: διηγήσισθε lege: διηγήσησθε. — lin. 29. post: *insuper* punctum pone. p. 245. l. 7. a fine, post: *sunt* punctum pone. p. 252. l. 18. post: *extollentibus* punctum pone. p. 260. l. 4. a fine post: χρήσιμα claudatur parenthesis. p. 263. l. 6. a fine, pro: μιθῶν lege: μισθῶν. p. 267. l. 27. post: *sufficere* punctum pone. p. 268. l. 20. post: *occurrit* punctum pone. p. 271. l. 11. pro: *spectat* lege: *spectant*. p. 272. l. 23. lege: *feracissimam*. p. 275. l. 1. pro: *cumque* lege: *cumque*. p. 280. l. 24. pro ἤ lege: ἦ. p. 287. l. 13. pro: *regebat* lege: *vrgebat*. p. 292. l. 23. pro: μιθίων lege: μισθίων. p. 298. lin. vlt. pro: ἔν lege: ἕν. p. 300. l. 6, 7. pro: *magnus iste hiatus*, pone: *magnum istum hiatum*. p. 301. l. 28. pro: החחיה lege: החתה. p. 305. l. 4. a fine: pro: κατυφείᾳ lege: κατηφείᾳ. p. 306. l. 19. pro: מחוף lege: מחוך p. 310. l. 28. pro: σῆ lege: σὴ. — l. 3. a fine, pro: εἰρήρην lege: εἰρήνην. p. 311. l. 16. pro: ἔπο lege: ἔπω. p. 313. l. 3. pro: μῆνας lege: μῆνος. p. 314. l. 5. a fine, pro: ἀντηλέγοντες, lege: ἀντιλέγοντες. p. 316. l. 12. pro: χρυσῶν lege: χρυσῶν. p. 330. l. 11. pro: διϊσχυρίζετο lege: διϊσχυρίζετο. p. 341. l. 4. pro: *inquierendum* lege: *inquirendum*. p. 349. l. 3. a fine, pro: *sine* lege: *siue*. p. 350. l. 10. pro: *visibilis* lege: *inuisibilis*. p. 355. l. 9. pro: *so* lege: *se*. p. 357. l. 12. pro: *iudicio* lege: *indicio*. p. 374. l. 11. lege: *superficies*. — lin. 15. pro: *decere*, lege: *debere*. p. 377. l. vlt. pro: *morosia* lege: *morosi*. p. 378. l. 24. pro: *opere* lege: *operae*. p. 379. l. 16. pro: ἀναμιγναμένη lege: ἀναμιγνυμένη. p. 384. l. 10. pro: πρέχῃ lege: τρέχῃ. p. 386. l. 2. pro: καὶ lege: ἣν καὶ. p. 391. l. 4. a fine, lege: νυθετήματα. p. 394. l. 22. pro: *tam* lege: *etiam*. — l. 27. lege: ארגזי. — l. vlt. lege: *depromtos*. p. 396. l. 7. pro: *se* lege: *illum*. p. 401. l. 10. pro: *volens* lege: *volentem*. p. 402. l. 2. pro: *verbo* lege: *verba*. p. 412. l. 22. lege: *congregatos*. p. 415. l. 4. a fine, pro: *Ireneo* lege: *Timeo*.





OBSERVATIONES SACRAE IN NOVVM FOEDVS.

IN MATTHAEVM.

CAP. I. v. 18.

Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου.



Verba priora cum Vulgata verto: *antequam conuenirent* et interpretibus aſſentior, qui vocem συνελθεῖν, non de coniunctione thori in ſpecie, ſed generatim de matrimonii inchoatione, explicant, ita vt nuptiarum feſtiuitatem et deductionem in domum mariti ſimul includat. Reſpondet enim συνελθεῖν voci παραλαβεῖν v. 20 et 24. imo ad minimum ὡσεὶ μῆνες τρεῖς, quos in domo Eliſabetae tranſegit Maria, inter deſponſationem illius et deductionem in domum Ioſephi interceſſerunt Luc. I, v. 26. 27. 56. Συνελθεῖν eodem ſenſu habent profani. Sic Diony-

fius Hal. *antiq. Rom.* l. 2. p. 95. refert Romulum hanc tulisse legem: γυναῖκα γαμετὴν κατὰ νόμους ἱεροὺς συνελθοῦσαν ἀνδρὶ κοινωνὸν ἁπάντων εἶναι, χρημάτων τε καὶ ἱερῶν, *mulierem nuptam, quae iuxta sacras leges conuenisset cum viro, participem esse omnium bonorum et sacrorum.* Plutarchus in *amatorio* p. 753. 754. ἄδοξοι καὶ πένητες ἕτεροι πλουσίαις γυναιξὶ καὶ λαμπραῖς συνελθόντες, *alii ignobiles atque pauperes ductis diuitibus splendidisque vxoribus, corrupti non sunt.* Idem *in vit. Ag. et Cleom.* p. 805. de vidua Agidis dicit, quod illa Cleomeni nuptiis nondum maturo nubere coacta, συνελθοῦσα εἰς ταυτὸ Κλεομένει, *postquam connubio Cleomeni iuncta esset*, hunc amare coeperit, vbi συνελθεῖν postea per λαμβάνειν γυναῖκα explicatur. Philo de *legibus spec.* p. 780 dicit: Mosem prohibuisse ἀδελφῇ συνέρχεσθαι. Apud Romanos vxores, quae matres familias erant, in manum *conuenire* dicuntur apud Ciceronem *in topicis* p. 394. Adde Gellium l. 18. c. 6.

Verba vltima verto: *grauida erat e spiritu s.* εὑρεθῆναι enim idem est, ac: εἶναι e. g. Luc. 17, 18. 1 Pet. 2, 22. Gal. 2, 17. absque Hebraismo tamen, quem hic se deprehendisse putarunt Olearius *Obs. in Matthaeum* p. 40. et alii. Sic Iosephus *Antiq. Iud.* l. 7. c. 7. p. 595. dicit, Herodem Romam mittere voluisse Antipatrum parricidii reum, id tamen non fecisse, quoniam veritus esset: μὴ βοηθείᾳ τῶν φίλων εὑρίσκοιτο τοῦ κινδύνου διαφυγὼν, *ne amicorum ope periculum effugeret.* Euripides *Iphig. in Taur.* v. 777. ποῦ ποτ' ὄνθ' ηὑρήμεθα; *vbi inuenti sumus?* i. e. vbi sumus. Hierocles *in carm. aur. Pyth.* p. 85. ἀρχὴ μὲν τῶν ἀρετῶν ἡ φρόνησις εὑρίσκεται, *virtutum initium est prudentia, finis autem iustitia.* Antoninus *de rebus suis* l. 9. p. 269. ἐπὶ μὲν τῶν ἀλόγων εὑρέθη σμήνη, *apud animalia irrationalia exsistunt examina*, vbi plura vide in notis Gatakeri. Cur nostro loco εὑρέθη haud commode vertatur: *inuenta est*, Olearius aliique docebunt.

v. 20.

v. 20.

Ἄγγελος κυρίου κατ᾽ ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ.

Τὸ κατ᾽ ὄναρ damnat Phrynichus in *Eclogis* p. 78. vt insuſitatum. Habet id Plutarchus, aut quisquis auctor eſt, *in Parallelis* p. 305. Νεοκλέους τοῦ πατρὸς αὐτοῦ κατ᾽ ὄναρ ἑωρακότος, *quum pater eius Neocles in ſomnio vidiſſet.* Idem p. 307. Κατ᾽ ὄναρ ἰδὼν ἀναλαβεῖν ἱερέως κόσμον, *per ſomnium veſtem pontificiam ſumere iuſſus.*

Παραλαβεῖν eſt feminam *ſibi adjungere, in domum illam deducere;* opponitur ergo voci ἀπολῦσαι et faciendum ipſius ſocietatis coniugalis initium innuit. Elsnerus et Raphelius in *Xenophonteis* ad h. l. putant, reſpicere hanc vocem ſimul ad parentes, ſiue eos, qui parentum loco ſunt, a quibus ſponſa accepta aſſumatur. Valet hoc interdum. Calliſthenes apud Achillem Tatium l. 8. p. 531 dicit, ſe virginem quam rapuerat, reducere velle ad patrem, καὶ νόμῳ παρ᾽ ἐκείνου λαβεῖν τὸν γάμον, *et ab eo, ſicuti leges iubent, in vxorem accipere.* Aliter vero Lucianus *in dialog. meretr.* p. 736. ἑταίραν τὶς παραλαβών, i. e. *ſibi adiungens in domum ſuam deducens.* Ib. p. 738. de eadem ἑταίρα dicitur σὲ παρείληφα, *te mihi adiunxi*, paulo poſt: οὐκ ἂν ἧκον, εἴ μοι προεῖπέ τις, ὡς ἐπὶ τούτοις παρελαμβανοίμην, *non ſane veniſſem, ſi quis mihi praedixiſſet, me ob hanc cauſſam aſſumtam eſſe*, vbi τῷ παραλαμβάνειν opponitur ἥκειν, et de traditione a parentibus facta cogitari nequit.

Maria ſponſa hic Ioſephi γυνὴ vxor dicitur e more Iudaeorum, apud quos ſponſa eodem cum vxoribus loco habebatur. Sic Philo *de legibus ſpecialibus* p. 788. de deſponſata, quae γάμων μήπω ἐπιτελεσθέντων cum alio commercium habet, dicit: Παρ᾽ ἐμοὶ κριτῇ μοιχείας καὶ τοῦτ᾽ ἔστιν εἶδος; αἱ γὰρ ὁμολογίαι γάμοις ἰσοδυναμοῦσι, *me iudice etiam hoc adulterii ſpecies eſt, ſponſalia enim idem valent quod nuptiae.*

Τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν verte, Aoriſto per praeſens expreſſo: *quod in illa gignitur.* Γεννάειν, *gignere* mulieribus tribuitur dum foetum *concipiunt, et in vtero ad maturitatem vſque enutriunt:* Sic apud Apollodorum in *biblioth. Deor.* l. 1. p. 8. dicitur: Ἥρα δὲ χωρὶς εὐνῆς ἐγέννησεν Ἥφαιςον· ὡς δὲ Ὅμηρος λέγει καὶ τοῦτον ἐκ Διὸς ἐγέννησε, *Iuno ſine concubitu concepit* (et in vtero enutriuit) *Vulcanum. Sed Homero teſte etiam hunc e Ioue genuit.* Phraſi ſimili Plutarchus *de amore prolis* p. 494 de felibus dicit: Ζωογονοῦσι ἐν ἑαυτοῖς, *partum viuum in ſemet ipſis gignunt.* Ioſephus vero *Antiq. Iud.* l. 4. c. 8. p. 128. abortum mulieris calce percuſſae vocat: τὸ διαφθαρὲν ἐν τῇ γαςρὶ, *foetum in vtero corruptum.* Frequens eſt apud Graecos, de quolibet partu neutro genere loqui. Idem *ibid.* l. 2. c. 5. p. 54. Rex puniri iubebat: τοὺς σώζειν τολμήσαντας τὸ τεχθὲν, *eos qui foetus* Iudaeorum *ſeruare audebant.* Ibid. l. 3. c. 10. p. 95. ἂν ἄῤῥεν τὸ τεχθὲν ᾖ. Dionyſius Hal. *ant. Rom.* l. 1. p. 64. Amulium inquit, de Romulo et Remo recens natis iuſſiſſe: τὸ γεννηθὲν εἰς τὸ τοῦ ποταμοῦ βάλλεσθαι ῥεῖθρον, *vt foetus hi in flumen abiicerentur.* Laius teſte Apollodoro *bibl. deor.* l. 3. p. 147. τὸ γεννηθὲν ἐκθεῖναι δίδωσι νομεῖ, *recens natum infantem i. e.* Oedipum *paſtori dedit exponendum.* Timaea apud Plutarchum de *animi tranq.* p. 467. τὸ γεννηθὲν Ἀλκιβιάδην ἐκάλει, *foetum natum Alcibiadem vocabat.*

v. 25.

Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον.

Verbum γινώσκειν per εὐφημισμὸν adhibitum eodem ſenſu apud graecos occurrit. Callimachus *epigram.* 58. p. 228. dicit, Aceſonem vxoris imaginem in fano Aeſculapii poſuiſſe: ἀρξάμενον γινώσκειν, *quum illam noſſe inciperet.* Plutarchus in *vit. Galbae* p. 1056. Nymphidium

dium refert Caii Caesaris filium vocatum esse: ἐγνώκει γὰρ ὁ Γάϊος, ὡς ἔοικε τὴν τεκοῦσαν αὐτὸν, ἔτι μειράκιον ὢν, *cognouerat enim Caius, vt fama erat, admodum adolescens, matrem eius.* Idem in *praeceptis reip. ger.* p. 818. Alexandrum ait, cum audiret sororem: ἐγνωκέναι τινὰ τῶν καλῶν καὶ νέων, *iuuenem quendam formosum cognouisse, dixisse: dandum hoc esse illi, vt et ipsa regni aliquem fructum percipiat.* Catullus *ad Lesbiam* carm. 72. p. 76. *Dicebas quondam solum te nosse Catullum, Lesbia.* Plura vide apud Elsnerum.

CAP. II. v. 3.

Καὶ πᾶσα ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ.

Hierosolyma vel ἱερουσαλὴμ, vel τὰ ἱεροσόλυμα neutro genere dici solet; at oppido rarum est in feminino, in quo τῆς ἱεροσολύμης etc. flecti debet. Ita tamen Iosephus l. 1. *contra Apion.* p. 1047. haec habet e Clearcho verba: τὸ δὲ τῆς πόλεως αὐτῶν ὄνομα πάνυ σκολιόν ἐστιν, ἱεροσολύμην γὰρ αὐτὴν καλοῦσιν. Idem *de bello Iud.* l. 7. c. 18. p. 969. ἑάλω μὲν οὕτως ἱεροσόλυμα ἔτει δευτέρῳ - - - ἁλοῦσα δὲ καὶ πρότερον πεντάκις. Corruit igitur tota obseruatio Grotii ad h. l.

v. 6.

Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα.

Durum visum est nonnullis, quod hic Bethlehemum *terra* Iudae vocetur, adeo vt ipsam textus lectionem sollicitauerint. At frequens hoc est in lingua graeca, vrbem aliquam vna cum agro circumiacente γῆν appellari. Sic Hesiodus in *op. et dieb.* v. 161. p. 18. dicit periisse, Τοὺς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ Θήβῃ Καδμηΐδι γαίῃ, *quosdam ad septiportes Thebas, Cadmaeam terram.* Easdem Thebas Euripides in *supplic.* v. 400. p. 11. Κάδμου χθόνα vocat. Ibid. v. 399. quum praeco interrogaret: τίς γῆς

τύραννος, quis terrae tyrannus esset? cui verba Creontis annuncianda sint: v. 405. respondet Theseus: quod non adsit ibi tyrannus, *ἀλλ' ἐλευθέρα πόλις, quod vero vrbs sit libera.* Apud eundem *in Ione* v. 260. 261. p. 315. Creusa de se dicit: Ἐκ δ' Ἐρεχθέως πέφυκα, πατρὶς γῆ δ' Ἀθηναίων πόλις, *ex Erechtheo nata sum, patria vero est Atheniensium ciuitas.* Alexandriui quoque interpretes vocem עיר per graecum γῆ transtulerunt Ier. 29, 7. c. 34, 22. c. 37, 7. c. 40, 5. vide Olearii *obseru. in Matthaeum* p. 44. et C. H. Langii *Obseru. ex Eurip.* p. 8.

Ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου, recte transtulit Vulgata: *qui reget populum meum.* Hebraicum enim משל, quo Michas vtitur, translationem hanc requirit. Sic auctores. Euripides *in fragm. Temeni* v. 22. 23. - - - χρὴ δὲ τὸν στρατηλάτην, Ὅμως δίκαιον ὄντα ποιμαίνειν στρατόν, *Dux autem bonus aequo necesse est iure regat exercitium.* Libanius *epist. 301.* p. 145. ad Acacium, quem inter imperantes refert, scribit: Φρύγας πρὸς ἅπαν εὐδαιμονίας ἤγαγες τῇ περὶ τὸ ποιμαίνειν τέχνῃ, *Phrygas ad felicia quaeuis tua pascendi arte perduxisti.* Metaphora est non solum hebraicis familiaris, vt reges cum pastoribus, hisque subiecti cum ouibus conferantur e. g. 2 Sam. 24, 17. quam historiam referens Iosephus *antiq. Iud.* l. 7. c. 10. p. 245. Dauidem dixisse inquit: ὡς αὐτὸς εἴη δίκαιος κολασθῆναι ὁ ποιμήν, τὰ δὲ ποίμνια σώζεσθαι μηδὲν ἐξαμαρτόντα, *se vt pastorem poena dignum esse, gregem vero culpa immunem seruari debere.* Maximus Tyrius *differt.* 40. p. 406. dicit: Κῦρος μὲν γὰρ ἡγεῖται Περσῶν ὡς ποιμὴν θρεμμάτων, *Cyrus Persis imperabat vt pastor pecoribus, seruans gregem atque nutriens.* P. 407. dicit: *Cyrum lupis barbaris ferisque ne aditum quidem ad gregem permisisse, Cambysem vero et Xerxem:* ἐκ ποιμένων ἀγαθῶν, πονηροὺς λύκους *factos esse.* Xenophon *de fact. et dict. Socr.* l. 3. p. 478. refert, dixisse Socratem: *Agamemnonem propterea ab Homero* ποιμένα λαῶν *vocatum esse: quoniam, sicut pastorem oporteret gregi de salute et pabulo prospicere,*

cere, ita et imperatorem curare necesse sit, vt exercitus saluus sit, et ad vitam necessaria habeat. Philo l. 1. *de vita Mosis* p. 611 dicit: ποιμενικὴ μελέτη καὶ προγύμνασμα βασιλείας μέλλοντι τῆς ἡμερωτάτης τῶν ἀνθρώπων ἐπιςατεῖν ἀγέλης, *ars pastoralis ad regnum est praeludium, illi qui hominibus, gregi mansuetissimo, imperaturus est.* Vide eundem in seq.

v. 8.

Πορευθέντες ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τῦ παιδίυ - - - ὅπως καγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ.

Ἀκριβῶς ἐξετάσατε, *accurate inquirite.* Phrasin habet Strabo l. 1. p. 46. Ἅπερ ὅτ' ἀκριβῶς ἐξετάζειν δεῖ, *quae neque oportet accurate inquirere.* Demosthenes *aduersus Leptin.* p. 364. εἰ δέ τις αὐτὸ ἀκριβῶς ἐξετάσειε, *si quis accurate in illud inquirat*, Idem *cont. Aristogit.* p. 496. τὸ μὲν ὅν ἐξετάζειν ἀκριβῶς ἐάσω, *in id quidem subtilius inquirere omittam*, idem *in Olynth. sec.* p. 8. Aeschines *contra Ctesiph.* p. 279.

Προσκυνεῖν casui tertio iunctum, pro hebraismo habet Vorstius in *phil. s.* part. 2. c. 36. p. 178. Defendit iam phrasin Bosius cum aliis. Addo alia. Hippocrates *in praeceptionibus* f. 1. p. 29. *Sumtuum magnificentia cum aegroti careant*, κακοτροπίῃ προσκυνεῦντες καὶ ἀχαριςέοντες, *morum improbitatem venerantur et ingrati euadunt.* Philo *de decalogo* p. 755. μηδεὶς τῶν ἐχόντων ψυχὴν, ἀψύχῳ τινὶ προσκυνείτω, *nemo animam habens, adoret, quae animata non sunt.* Iosephus *ant. Iud.* l. 6. c. 5. p. 175. ἀνθρώπυς προσκυνῆσαι τῷ θεῷ πορευομένυς, idem *ibid.* l. 6. c. 9. p. 185. συνελθὼν προσκυνεῖ τῷ θεῷ, idem l. 2. c. 2. p. 37. l. 8. c. 8. p. 292. l. 9. c. 13. p. 323. l. 10. c. 3. p. 331. l. 11. c. 5. p. 368. et alibi. Ritus hic adorationis partim ciuilis partim religiosae Iudaeis inprimis Persisque erat familiaris, graecis *barbarus* vocabatur. Euripides in

Orefte v. 1507. p. 104. *προσκυνῶ σ᾽ ἄναξ νόμοισι βαρβάροισι προσπεσὼν, adoro te rex more barbarorum procidens.* Non fiebat adoratio tantum fubmiffo poplite, fed ita vt adorantes toti proni in terram procumberent. Teftatur hoc de Iudaeis vel Plutarchus. Tribuit enim illis *lib. de fuperftit.* p. 167. *σαββατισμὸς, ῥίψεις ἐπὶ πρόσωπον αἰσχρὰς, προσκαθίσεις, ἀλλοκότους προσκυνήσεις, fabbatifmos, turpes in vultum proiectiones, feffiones et peregrinas adorationes.* De Parthis Athenaeus l. 4. p. 153. dicit, quod conuiua regis a rege dedecore adfectus, *τὸν τιμωρησάμενον ὡς εὐεργέτην ἐπὶ τὸ ἔδαφος πρηνὴς προσπεσὼν προσκυνεῖ, illum a quo punitus eft vt benefactorem, in terram pronus procumbens adoret.* Vide Schwarzium in *Lexico graeco N. T.* et Hyde *de religione veterum Perfarum* p. 6. feq.

v. 12.

Καὶ χρηματισθέντες κατ᾽ ὄναρ.

Et per fomnium diuinitus admoniti. Vocem: *χρηματίζεσθαι*, in paffiuo hoc fenfu extra libros N. T. fe non legiffe dicit Cafaubonus ad h. l. et non nifi ex actiuo hunc vocis fignificatum illuftrat Raphelius in *annot. Polyb.* ad h. l. Ita tamen Iofephus *ant. Iud.* l. 11. c. 8. p. 385. de Iaddo pontifice per fomnum diuinitus admonito dicit: *τὸ χρηματισθὲν αὐτῷ πᾶσι μηνύσας, καὶ ποιήσας ὅσα κατὰ τοὺς ὕπνους αὐτῷ παρηγγέλη, oraculum acceptum omnibus indicauit, et quae in fomno facere iuffus erat, fecit.* Vbi conftructio eadem eft, quae Luc. 2, 26. fimilius noftro loco eft quod *ib.* l. 3. c. 9. p. 89. de Mofe dicitur: *Εἰς τὴν σκηνὴν εἰσιὼν, ἐχρηματίζετο, περὶ ὧν ἐδεῖτο, παρὰ τοῦ θεοῦ, in tabernaculum ingreffus oracula quoties opus erat, a Deo accipiebat.* Patet hinc apud Matthaeum fuppleri debere verba: *παρὰ τοῦ θεοῦ.*

v. 18.

v. 18.

Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσι.

Verba ὅτι οὐκ εἰσι, vertunt plerique: *quoniam non viuunt, quoniam mortui ſunt.* Docent phraſin eo ſenſu etiam apud Graecos occurrere. Quod et ego multis exemplis aliis oſtendere poſſem. At verba haec apud Matthaeum eodem ſenſu explicanda ſunt, quo apud Ieremiam cap. 31, 15. vnde petita ſunt. Ibi vero: כי איננו quod diſtributiue poſitum eſt pro: כי אינם, ſi *relatiue* explices de matribus Iſraëliticis ob filios plangentibus: *quod conſolationem admittere noluerint, quoniam filii non eſſent:* ſenſus eſſe nequit: *quoniam mortui eſſent.* Ignorare enim non poterant hae matres, filios ſuos magnam partem in captiuitatem Babylonicam eſſe abductos. Si verba כי איננו vt verba ipſius prophetae *ſtilo recitatiuo* explicamus: *quoniam non ſunt:* male hoc interpretaremur: *quoniam mortui ſunt.* Dicit enim propheta v. 17. redituros eſſe filios e captiuitate babylonica. *Non ſunt* ſenſum habet latiorem et hoc ſibi vult: *ad nihilum redacti ſunt, actum eſt de illis, fuerunt, partim mortui ſunt, partim forte viuunt miſerrima, ita vt ſi illos ſimul ſumtos quales nunc ſunt cum iis conferas, qui et quales fuerunt olim, illos nihil plane eſſe iudices.* Occurrit אין cum ſuffixis hoc ſenſu in libris V. T. e. g. Pſ. 59, 14. vbi de impiis dicitur, eos punitum iri ואינמו, *ita vt plane actum de iis ſit*, vt ex hoc cognoſcant, quod Deus Iſraëlitarum curam gerat. Eodem ſenſu איננו reperitur Ier. 49, 10. Eundem phraſes οὐκ εἶναι, οὐδὲν εἶναι, et μηδὲν εἶναι habent ſignificatum apud ſcriptores Graecos. Libanius *epiſt.* 765. de vrbe Emeſa calamitatibus adflicta ſcribit: τὴν οὖν οὐκέτι οὖσαν, τὴν γὰρ ἀντὶ τοιαύτης τοιαύτην δεῖ νομίζειν οὐκ εἶναι, πάλιν ἡμῖν ὁ θεῖος Ἀρκάδιος ποιεῖται πόλιν, *illam igitur, quae non eſt amplius (cum enim talis e tali facta ſit, illam non eſſe amplius putandum eſt)*

diuinus Arcadius vrbem iterum esse faciat. Apud Dionysium Hal. *ant. Rom.* l. 8. p. 517. ad Marcium Cor. dicit mater: *Ex quo tu e patria discessisti*, ἡμεῖς δὲ ἔρημοι καὶ τὸ μηδὲν ἔτι ἔσαι κατελιπόμεθα, *nos vero desolatae et in nihilum redactae relictae sumus.* Apud Sophoclem in *Philoctete*, p. 406. Philoctetes quum sibi arcus Herculis per Neoptolemum esset ablatus dicit: ὀδὲν εἰμ᾽ ὁ δύσμορος, *actum est de me misero.* Apud Aristophanem *in Vespis* p. 501. Philocleon quum reus, quem damnatum voluerat, effugisset, dicit: ὀδὲν εἴμ᾽ ἄρα, *prae dolore igitur dispereo.* In Euripidis *Helena* v. 1210. p. 293. dicit haec: Ὄλωλα· φροῦδα ταμὰ, κὀδὲν εἰμ᾽ ἔτι, *perii: res meae sunt euanidae, nihil sum amplius.* Ibidem in *Hercule furente* v. 314. senes viribus corporis carentes dicunt, νῦν δὲ ὀδὲν ἐσμεν, *nunc vero nihil sumus; ib.* v. 635. p. 374. qui opes non habent, dicuntur: οἱ ὀδὲν ὄντες. Homines etiam miseri et qui in pretio non sunt: ὀκ εἶναι dicuntur. Sic Demodes in *orat. de duodecennali* p. 235. dicit: ἐγὼ δὲ ἀποθανὼν μὲν, ἢ ζῶν ὀδέν εἰμι, *ego vero seu viuus, seu mortuus nihil sum.* Plutarchus *in praec. reip. ger.* p. 802. verba adducit Euripidis optantis *vt res humanae ipsae loqui possint*, ἵν᾽ ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λέγειν, *nullo diserti vt essent in pretio viri.* Contra ea Demosthenes *de Corona* p. 322. Ζῶντας ἀθηναίους καὶ ὄντας, *Athenienses viuentes et florentes* appellat. Significanter igitur et recte verba Matthaei transtulit B. Lutherus. Apud Ieremiam sermo est de filiis matrum Israëliticarum, partim occisis, partim miseris et in captiuitatem abductis. Matthaeus haec applicat ad pueros Bethlehemiticos occisos, ex quibus nonnullos tamen effugisse necem probabile est, quum vox πάντας v. 16. vel de intentione Herodis, qui nemini parci voluerit, intelligi, vel eo sensu quo c. 3. v. 5. sumitur, accipi possit.

V. 22.

v. 22.

Ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν.

Voculam ἐκεῖ eo ſenſu vt motum ad locum ſignificet: *eo*, *illuc*, graece absque hebraiſmo occurrere concedere non vult Gatakerus *de ſtilo N. T.* c. 43. p. 153. At ſatis frequens eſt optimis auctoribus hic vocis ſignificatus. Xenophon lib. 7. *rerum graecarum* p. 421. ἐκεῖ δὲ ἐλθόντες, *eo autem venientes.* Polybius l. 1. c. 26. p. 36. τὸν πόλεμον ἐκεῖ περισπᾶν, *bellum illuc transferre.* Plutarchus de *oracul. defectu* p. 437. ἐκεῖ βαδίζειν, *illuc ire*, idem *de gen. Socratis* p. 576. ἐκεῖ βαδίζοιεν. Arrianus *diſſert. Epict.* l. 3. c. 26. ἐκεῖ πυρετὸς οὐκ ἔρχεται; *num febris illuc non venit?* Achilles Tatius l. 2. c. 89. ὁ ὄρνις ἔτυχεν ἱπτάμενος ἐκεῖ, *auis illuc volatum tenebat.* Appianus *de bellis pun.* p. 71. ἀφικομένων ἐκεῖ πρέσβεων ἐκ Καρχηδόνος, *cum legati Poenorum eo veniſſent.* Themiſtius *orat. 21. Explor.* p. 258. ἐὰν μὴ πέμπωμεν ἐκεῖ μαθησόμενα τὰ παιδία, *niſi pueros diſcendi gratia eo mittamus.*

v. 23.

Καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέτ.

Participium ἐλθὼν eleganter graecis interdum abundat. Arrianus *in Diſſ. Epict.* l. 3. c. 21. p. 305. ἀλλ᾽ ἐλθόντες ἀκούσατέ μου σχόλια λέγοντος, *ſed audite me commentaria dictantem.* c. 23. p. 327. Παρακαλῶ σε ἐλθόντα ἀκοῦσαι ὅτι σοι κακῶς ἐστι, *rogo te vt audias male tibi eſſe.* Lib. 4. c. 13. p. 429. καὶ ἐλθὼν παρακατέθου μοι σαυτοῦ οἶνον, *tuque vinum tuum mihi commiſiſſes. Ib. paulo poſt:* Ἀλλ᾽ αὐτὸς ἐλθόν σε παρακαλῶ ἀκοῦσαι τῶν ἐμῶν, *ſed quod ipſe te rogaturus ſim vt audias mea.* Noſtro tamen loco aeque bene ſubintelligi poteſt: ἐκεῖ, vt ſenſus ſit: *Quum eo veniſſet, ſc. in Galilaeam.* Conf. Eph. 2, 17 et ad locum illum *annot.* Raphelii *ex Polybio.*

Κατῴ-

Κατῴκησεν εἰς πόλιν, vertere potes: *habitatum ſe contulit in vrbem.* Sic apud Ioſephum *ant. Iud.* l. 10. c. 11. p. 343. Gedalias Iudaeis in Palaeſtina relictis: *συνεβούλευσε κατοικεῖν εἰς ἣν ἕκαςος βούλεται πόλιν, conſuluit vt in quam quisque vellet vrbem, habitatum ſe conferret, dicens miſſurum ſe vna aliquot e ſuis et daturum operam, vt diruta inſtaurentur et habitentur denuo.* Parum tamen differt, ſi εἰς πόλιν pro: ἐν πόλει dici ſtatuas et vertas: *habitauit in vrbe.* Sic Ioſephus *ant. Iud.* l. 20. c. 1. p. 682. *καταλαμβάνει ςασιάσαντας τοὺς εἰς τὴν Περαίαν κατοικοῦντας ἰουδαίους, Iudaeos in Peraea habitantes, litigantes inueniebat.*

CAP. III. v. 11.

Οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαςάσαι.

Senſus eſt: ſe dignum haud eſſe, vt vel viliſſimi ſerui ſeu diſcipuli loco a Chriſto habeatur. Calceos enim induere, exuere, portare, non ſolum apud Iudaeos, ſed et Graecos et Romanos, viliſſimorum mancipiorum erat labor. Arrianus *Diſſert. Epict.* l. 3. c. 26. p. 349. timere dicit eum, qui inopiam timet: *μὴ οὐ σχῇ ἄλλον ὀψωνητὴν, ἄλλον τὸν ὑποδήσοντα, ἄλλον τὸν ἐνδύσοντα*, etc. *ne deſit coquus, ne deſit ſeruus alius, qui calceos induat, alius qui veſtem induat, alii qui fricent, alii qui eum comitentur.* Propius Plutarchus *ſympoſiac.* l. 7. *qu.* 8. p. 712. *ludicra mimorum in conuiuiis ait, ita ſcatere ſcurrilitate et inanitate verborum vt οὐδὲ τοῖς τὰ ὑποδήματα κομίζουσι παιδαρίοις, ἄγε δὴ δεσποτῶν ἢ σωφρονούντων, θεάσασθαι προσήκει, ne a puerulis quidem, qui dominis modeſtis calceos portant, ſpectari ea deceat*, vbi in ſeq. ſerui calceos portantes vxoribus dominorum et filiis impuberibus opponuntur. Apud Iudaeos praeter ſeruos idem faciebant diſcipuli. In Talmude Babylonico *tract. Cethubboth* c. 11. fol. 66. 1. Rabbi Ioſua filius Leui dicit: *omnia opera, quae ſeruus praeſtat hero, diſcipulum praeſtare magiſtro ſuo:* חוץ מהתרת לו מנעל, *praeterquam ſolutionem calcei.* Rabba vero dicit:

לא

לא אמרן אלא במקום שאין מכירין אותו אבל במקום שמכירין אותו לירת לן בה

Non dicimus hoc nisi de loco, vbi ignotus est; verum in loco vbi notus est, nobis non est in eo sc. exemptus a solutione calcei. Locum plenius exscripsit Altingius de *Schilo* l. 3. c. 6. p. 162. Idem amoris officium doctoribus suis exhibebant Christiani primorum temporum. Polycarpo hoc factum esse docet epistola Smyrnensium apud Eusebium *hist. ecc.* l. 4. c. 15. p. 133. Dicunt de beato hoc martyre rogo iam imposito: ἐπειρᾶτο καὶ ὑπολύειν ἑαυτὸν μὴ πρότερον τῦτο ποιῶν, διὰ τὸ ἀεὶ ἕκαστον τῶν πιστῶν σπυδάζειν, ὅστις τάχιον τῦ χρωτὸς αὐτῦ ἐφάψηται, *calceos etiam sibi detrahere tentabat, quod quidem facere antea non solebat, quum singuli fidelium quotidie, inter se certarent, quisnam prior cutem eius attingeret.*

V. 12.

Τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ.

Recte ἄχυρον *paleam* explicauit Raphelius *in Xenophonteis*, per hanc vocem totum culmum intelligens, qui ex stramine, spica et folliculis illis constat, quibus grana ipsa continentur. Sic pro *stramine*, quod dare Israëlitis nolebat Pharao Ex. 5, 7. non tantum versio Graeca ponit: ἄχυρα; sed et Iosephus *ant. Iud.* l. 2. c. 5. p. 62. dicit Pharaonem illis ἄχυρα dare amplius noluisse et νυκτὸς συνάγειν τὸ ἄχυρον iussisse. Eadem voce eandem rem describens vtitur Philo l. 1. *de vita Mosis* p. 608. Occurrit vox praeterea hoc sensu apud Iosephum *de bello Iud.* l. 3. c. 18. p. 860. Plutarchum *in praec. coniugal.* p. 138. vbi dicit: τὸ πῦρ ἐξάπτεσθαι εὐχερῶς ἐν ἀχύροις - - σβέννυσθαι δὲ τάχιον, *ignem in paleis facile exardescere, mox autem extingui*, idem *sympos.* l. 6. qu. 6. p. 691. Fallitur Clericus in notis ad Hammondum sententiam hanc ex eo oppugnans fundamento, quod palea

palea ſeu calamus ariſtarum nunquam comburatur ſed multis potius vſibus inſeruiat. Comburebant Iudaei aliaeque gentes ſtramen, ſtipulasque loco ligni ad cibos coquendos, furnos calefaciendos aliosque vſus. Plutarchus *in ſympoſiacis* l. 3. qu. 10. p. 658. *οἱ μὲν χρυσοχόοι διὰ τῆς ἀχυρίνης Φλογὸς ἐργάζονται τὸν χρυσὸν*, *qui aurum fundunt, flamma de paleis ſuccenſa aurum domant.* In Miſchna *tract. Schabbath* c. 3. *Miſch.* 1. כירה שהסיקוה בקש בגבבא *focus quem ſuccendunt palea aut ſtipula. Miſch.* 2. תנור שהסיקוה בקש בגבבא, *furnus quem ſuccendunt palea aut ſtipula. Tract. Parah* c. 4. *miſch.* 3. שרפה שלא בעצים או בכל עצים אפילו בקש או בגבבה כשרה *ſi ſine lignis, aut tamen non omnibus lignis, ſtipula tantum aut palea illam combuſſerit, legitima eſt.* Minor praeterea ſtraminis in oriente, vſus eſt, quam in noſtris regionibus, quum pecora ibidem per totum annum ſibimet ipſis in agris pabula quaerere poſſint, vide Kortens Reiſebeſchreibung, 3 B. 15 C. p. 573.

Multo aptius eſt, per triticum pios, per paleam impios intelligere, quam paleas de vitiorum ſordibus explicare, a quibus purgandi ſint electi, quem ſenſum ab hoc loco non alienum eſſe iudicauit Cel. Elsnerus. Non aeque bene notio *comburendi* per *πῦρ ἄσβεστον* vitiis conuenit, quam impiis vitiorum ſordibus inquinatis, qui vt Zizania *εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς* coniiciuntur Matth. 13, 42. Impii quoque ſaepiſſime cum palea et ſtipulis vento diſſipandis vel igne comburendis comparantur. Pſalm 35, 5. Iob. 21, 18. Ieſ. 29, 5. Hoſ. 13, 3. Ieſ. 5, 24. Exod. 15, 7. Mal. 4, 1.

CAP. IV. v. 4.

Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος.

Ἐπ' *ἄρτῳ ζῆν* eſt: *ex pane viuere.* Ita eleganter auctores graeci. Maximus Tyrius *Diſſ.* 19. p. 193. *Potuiſſet Philippus: ζῆν ἐπὶ τοῖς Ἀμύντου ἀγαθοῖς καὶ τῇ* Περ-

Περδίκκου εὐδαιμονίᾳ, *viuere e bonis Amyntae et ex felicitate Perdiccae.* Polybius l. 6. c. 7. p. 637. ἐσθίειν τὰ ἀλλότρια καὶ τὰς ἐλπίδας ἔχειν τοῦ ζῆν ἐπὶ τοῖς τῶν πέλας *de alieno comedere et ſpem viuendi habere ex aliorum fortunis.* Sic quoque capere potes Plutarchum *de cupidit. diuit.* p. 526. μαθόντες μηδὲ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ ζῆν ἢ τῷ πολλὰ κεκτῆσθαι, *diſcentes, neque ex alia re ſe viuere, quam ſi multa poſſideant. Sine vocula:* ἐπὶ Demoſthenes *orat. funeb.* p. 153. τοὺς καρποὺς οἷς ζῶσιν ἄνθρωποι, *fructus ex quibus viuunt homines.*

v. 24.

Προσήνεγκαν αὐτῷ - δαιμονιζομένους καὶ σεληνιαζομένους.

Multa περὶ τῶν δαιμονιζομένων recentiori praeſertim aeuo diſputata ſunt ab eruditis. Vocem apud profanos raram habet Plutarchus *ſympoſ.* l. 7. *qu.* 5. p. 706. οἱ μάγοι τοὺς δαιμονιζομένους κελεύουσι τὰ Ἐφέσια γράμματα πρὸς αὑτοὺς καταλέγειν καὶ ὀνομάζειν, *Magi a daemone obſeſſos iubent litteras Epheſias ſecum legere et recitare.* Apud profanos *furioſi* ſaepe daemonem habere dicuntur, quod ſatis docuerunt L. Bos ad Ioh. 7, 20. et *Cel.* Alberti *in Obſeru.* ad Matth. 11, 18. Eodem modo: δαιμόνιον ἔχειν καὶ μαίνεσθαι Ioh. 10, 20. coniunguntur. Mulier quaedam, quae nonniſi morbo quodam laborabat Luc. 13, 11. πνεῦμα ἀσθενείας ἔχειν et v. 16. a ſatana ligata fuiſſe dicitur. Morbus quoque erat ſpiritus malus Sauli diuinitus immiſſus 1 Sam. 16, 14. ſeq. niſi forte ſatanam per artem muſicam expelli poſſe exiſtimes. Matthaeus h. l. δαιμονιζομένους medio loco ponit inter aegrotos alios. Hinc me quidem iudice vix poterit dubitari, interdum ſaltem δαιμονιζομένους in ſacris fuiſſe tantum morbis grauioribus vexatos, furioſos praeſertim, melancholicos et epilepticos. At ſuperſunt loca in libris N. T. adeo perſpicua, vbi corporaliter vt vocant, a ſpiritu maligno obſeſſi neceſſario ſunt intelligendi. Fidem rei hiſtoricam firmabo teſtium peregrinorum conſenſu.

fenfu. Iofephus l. 7. *de bello iud.* c. 23. p. 981. mentionem facit radicis Baara, de qua fequentia venditat: τὰ γὰρ καλέμενα δαιμόνια, ταῦτα δὲ πονηρῶν ἐςιν ἀνθρώπων πνεύματα, τοῖς ζῶσιν εἰσδυόμενα καὶ κτείνοντα τὲς βοηθείας μὴ τυγχάνοντας, αὕτη ταχέως ἐξελαύνει κἂν προσενεχθῇ μόνον τοῖς νοσἕσι, *nam quae vocantur daemonia, quae fcilicet malorum hominum funt animae, quae viuentes occupant et nifi auxilium illis feratur, occidunt, illa ftatim, etiamfi tantum admoneatur aegrotantibus expellit.* Locos Iofephi alios profert Schwarzius in *Lexico* N. T. voce δαιμόνιον. Nec eft quod credas, Iofephum talia maligno contra religionem Chriftianam animo confinxiffe, quod putat Ant. van Dale *de idololatria Differt. 3.* c. 5. p. 519. Daemones enim hominum mortuorum animas effe, erant quoque e Chriftianis, qui putarent. Iuftinus martyr *apol. 2. pro Chriftianis* p. 50. οἱ ψυχαῖς ἀποθανόντων λαμβανόμενοι, καὶ ῥιπτέμενοι ἄνθρωποι ὃς δαιμονιολήπτες καὶ μαινομένες καλἕσι πάντες, *homines, qui per manes mortuorum corripiuntur, quos a daemonibus correptos et furiofos vocant omnes.* Daemones vero humana ope expelli poffe, crediddiffe videtur Iofephus e communi opinione iftorum temporum. Plutarchus *de fluuiis de Nilo* p. 1159. γεννᾶται ἐν αὐτῷ λίθος κυάμῳ παρόμοιος, ὃν ἂν κύνες ἴδωσιν ἐχ ὑλακτἕσιν· ποιεῖ δὲ πρὸς τὲς δαιμονιζομένες· ἅμα γὰρ προστεθῆναι ταῖς ῥισὶν ἀπέρχεται τὸ δαιμόνιον, *gignitur in illo lapis fabae fimilis, quo vifo canes non allatrant; iuuat quoque a daemone obfeffos, vbi enim admotus eft naribus, expellitur daemonium.* Tranfcripfit haec verba Plutarchus ex Thrafylli magi famofi *Aegyptiacis*, quod et e Stobaeo *ferm. 98.* p. 539. patet, vbi eadem leguntur. Antoninus tamen *de rebus fuis* l. 1. §. 6. Diogneto fe debere dicit, ne fidem haberet: τοῖς ὑπὸ γοήτων περὶ ἐπῳδῶν καὶ περὶ δαιμόνων ἀποπομπῆς καὶ τῶν τοιέτων λεγομένοις, *iis, quae a magis de incantationibus et de daemonibus auerruncandis aliisque eiusmodi rebus dicerentur.* Mihi fufficit,

cit, si qua est veterum monumentorum hac in re fides, de hominibus a malo spiritu corpore obsessis, satis constare. Messem locorum huc pertinentium dabit libellus: *Traité sur les demoniaques dont il est parlé dans le N. T.* qui ex anglico translatus prodiit Lugd. 1738 et ad manus non est. σεληνιαζόμενοι *lunatici*, sunt *epileptici* morbo comitiali laborantes, qui ad certa lunae interualla redire solet. Lucianus *in Toxari* p. 72. de muliere quadam: ἐλέγετο δὲ καὶ καταπίπτειν πρὸς τὴν σελήνην αὐξανομένην, *luna quoque crescente cadere dicebatur.* Isidorus *orig.* l. 4. c. 7. de epilepsia dicit: *haec passio et caduca vocatur, eo quod cadens aeger spasmum patiatur. Hos etiam vulgus lunaticos vocat, quod per hunc cursum comitetur eos insania daemonum.*

PAP. V. v. 6.

Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην.

Esurire et *sitire* per metaphoram est: *auide* et *vehementer appetere.* Sic Plutarchus *de sui laude* p. 540. οἱ πεινῶντες ἐπαίνων, *qui laudes esuriunt*, idem *non suau. viui sec. Epicur.* p. 1100. ὅταν ἐπαίνε πεινῶντες παρ' ἑτέρε μὴ τυγχάνωσιν, *quum laudem quam auide cupiunt, ab aliis non obtinent.* Idem *de exsilio:* p. 603. ἡσυχίας, ἧς διψῶσιν ἕτεροι, *quies, cuius sitis plerosque tenet.* Numquam cum accusatiuo τὸ πεινᾶν et διψᾶν a profanis construi, asserit Gatakerus de *stilo N. T.* c. 20. Cel. Wolfius in *curis* ad h. l. idem asserit, et hanc praecipue ob caussam improbabili Olearii explicationi h. l. calculum adiicit. At hoc construendi modo, praeter LXX. interpr. quorum loca iam produxit Gatakerus l. c. vtitur Iosephus *de bell. Iud.* l. 1. c. 20. p. 770. διαφεύξεται δ' ἐδεὶς διψήσας τἐμὸν αἷμα, *nemo autem sanguinem meum sitiens effugiet.* Stobaeus *serm.* 5. *de temper.* p. 69. haec profert Teletis philosophi: καὶ ὁ διψῶν ἥδιστα πίνει, καὶ ἥκιστα τὸ μὴ παρὸν ποτὸν ἀναμένει· ἢ πεινᾷ τις πλα-

κᾶντα ἢ διψᾷ χιόνα; sitibundus suauissime bibit absentemque potum minime desiderat. Putasne quemquam esurire placentam aut sitire niuem? Locum iam notauit *erud.* Anonymus in *symbol. litter. Bremens. Tom.* 3. p. 305.

De voce *χορτάζεσθαι* Gatakerus l. c. cap. 41. concedere non vult, eam a graecis praeter bruta etiam de hominibus adhiberi. Dissentit Iulius Pollux in *Onomast.* l. 6. c. 8. p. 315. ad Anaxandridem et Aristophanem provocans. Priscianus *inst. Gram.* l. 18. fol. 103. *edit. Paris.* 1519. asserit attice dici: *χορτάζω σὲ ἄρτῳ, χορτάζω σε ἄρτον* et *ἐχορτάσθην πολλοῖς ἀγαθοῖς.* Plura dabunt Elsnerus ad h. l. et L. Bos *obseru.* ad. Luc. 6, 21.

v. 15.

Οὐδὲ καίεσι λύχνον καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον.

Verbum *καίειν* quod proprie *vrere* significet, h. l. pro *accendere* ex hebraismo positum esse putat Beza in *notis* ad h. l. At minus recte. Aeneas *in Poliorcetico* c. 22. p. 1681. *δεῖ τὰς νύκτας λύχνα καίεσθαι λαμπτῆρσιν, noctu lucernas intra laternas accendi oportet.* Lucianus *in asino* p. 166. *ἡ δὲ λύχνον ἔνδον ἔκαιε μέγαν, illa autem magnam lucernam intus accenderat.* Plutarchus *sympos.* l. 1. qu. 9. p. 627. *τὲς λύχνες βέλτιον παρέχεσι καιομένες, faciunt, vt lucernae melius ardeant.* Idem *in praec. de ger. rep.* p. 803. haec verba Demosthenis profert: *Οἶδα ὅτι σε λυπῶ λύχνον καίων, scio, quod aegre tibi faciam, qui lucernam vram.* Idem *in Numa* p. 67. *λύχνος καιόμενος.* Themistius *orat.* 4. *in Constantium imper.* p. 50. *τὰ λύχνα καίοντες, lucernas accendentes.*

Vocem *μόδιος* pro latina immerito habuerunt Erasmus Rot. et Er. Schmidius. Ostensa est iam ab aliis e Dinarcho *orat. cont. Demosthenem.* Plutarchus in *Demetrio* p. 904. *ὁ τῶν πυρῶν μόδιος ὤνιος ἦν τριακοσίων, tritici modius trecentis drachmis venalis erat.* Iosephus *ant. Iud.* l. 14.

c. 3.

c. 3. p. 470. ὡς τὸν μόδιον τȣ͂ σίτȣ τότ᾽ αὐτοῖς ἐξωνεῖσθαι δραχμῶν ἕνδεκα, *ita vt tritici modius tunc drachmis quindecim veniret.* Migrauit igitur vox e Graecia in Latium. Hinc Iosephus *ant. Iud.* l. 9. c. 2. p. 305. μόδιον ἰταλικὸν memorat.

v. 17.

Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τȣ̀ς προφήτας· ȣ̓κ ἦλθον καταλῦσαι ἀλλὰ πληρῶσαι.

Significatus varios verborum καταλῦσαι et πληρῶσαι, non ſibi opponendos ſed coniungendos h. l. puto, ita tamen, vt eam notionem, quae a ſpiritu ſ. praecipue intenditur, neglexiſſe multi interpretes mihi videantur. Καταλῦσαι νόμον eſt 1) *legem abrogare.* Sic Dionyſius Hal. *ant. Rom.* l. 1. p. 5. φύσεως γὰρ δὴ νόμος ἅπασι κοινὸς, ὃν ȣ̓δεὶς καταλῦσαι χρόνος, *lex naturae omnibus eſt communis, quam nulla abrogabit aetas.* Ibid. l. 11. p. 729. *plebs irritata erat:* ὡς καταλυσόντων τȣ̀ς νόμȣς τῶν πατρικίων, ȣ̔̀ς ἐκύρωσαν οἱ περὶ Οὐαλέριον ὕπατοι, *quod patricii abrogare conarentur leges, a conſule Valerio et collega ſancitas.* Huic vocis ſenſui quum πληρῶσαι opponitur, id legem: *plene docere, accuratius et perfecte explicare* ſignificat, quae notio ex Rom. 15, 19 et Col. 1, 25. probari poteſt. 2) Καταλῦσαι eſt *legem violare.* Sic Demoſthenes *epiſt.* 3. p. 115. ſi qui iudicum calculis damnati, iuſtas ob cauſſas denuo abſoluantur, dicit: ȣ̓δεὶς ἂν ἐπὶ τȣ́τοις τȣ̀ς νόμȣς ἔφη καταλύεσθαι, τῶν νῦν βοώντων, *nemo ex illis, qui nunc clamant, tunc leges violari dicebat.* Dein: ȣ̓ γὰρ κατελύοντο, *non enim violabantur.* Paulo poſt: τȣ̀ς νόμȣς ȣ̓ κατελύετε, ἡνίκα ἐκείνȣς ἠφίετε, *leges non violabatis quum illos abſolueretis.* Dionyſius *ant. Rom.* l. 5. p. 285. verba Bruti, qui filios necari iuſſerat, haec profert: ȣ̓δὲν καταλέλυται διὰ τὴν ἐμὴν ἐπιείκειαν ȣ̓́τε νόμος ȣ̓́τε ὅρκος, *mea clementia neque legem neque iusiurandum fregi. Lib.* 7. p. 468. ὡς ταῦτα ποιῶν ȣ̓ καταλύει τȣ̀ς νόμȣς. Lib. XI. p. 716.

τῦ περὶ τῆς ἐλευθερίας νόμυ καταλυθέντος, si lex de libertate violaretur. Huic vocis sensui oppositum πληρῶσαι est: *legi satisfacere, officia lege praescripta implere*. Vt taceam loca N. T. e. g. Rom. 13, 8. Gal. 6, 2. sic etiam profani. Herodianus l. 2. p. 80. *μηδὲ πληρώσαντος ἐκείνυ ἃ ὑπέσχετο, cum ille promissis non satis faceret*. Libanius *epist*. 572. p. 276. *Ὑπερέχιον εἶδες σὺν κόσμῳ τὺς ἐπαίνυς πληρῦντα, Hyperechium vidisti laudibus praeclare satisfacientem*. Lucianus *apol. pro mercede conduct*. p. 515. *μηδὲ ἄλλῳ ἐγώγ' ἐντετύχηκα, τὴν τῦ σοφῦ ὑπόσχεσιν ἀποπληρῦντι, neque in quenquam alium incidi, qui nomini sapientis satisfaceret*. Hanc notionem *violandi* et *implendi* hic a seruatore optimo etiam intendi patet ex nexu cum v. 19. vbi λύειν est *violare*. 3) Cum per *νόμον libri Mosis*, per *prophetas*, libri prophetarum sint intelligendi, in illis vero multa vaticinia typi et vmbrae occurrant; hi vero plura vaticinia quam praecepta contineant: *καταλύειν* est: *efficere vt falsa deprehendantur, vt irrita fiant vaticinia, typique et figurae, quae in lege et prophetis continentur*. Sic Ioh. 11, 35. *ὃ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή, scripturae necessario sua constat veritas*, ad quem locum vide notanda. Πληρῶσαι vero est: *vaticinia et typos implere*, verbis, factis imo et euentibus, qui alicui accidunt. Sic etiam personae vaticinia *implere* dicuntur. Docet hoc locus Act. 13, 27. et Plutarchus *in Cicerone* p. 869. *ὧν δύο μὲν ἤδη πεπληρωκέναι τὸ χρεὼν, ex quibus duo fatum iam impleuissent*. Curtius de Alexandro nodum Gordium soluente, l. 3. c. 1. *oraculi sortem vel elusit vel impleuit*. Val. Flaccus in *Argonaut*. l. 6. v. 621. *At genitus Ioue complerat sua fata Colaxes*. Idem l. 5. v. 225. *fata laborati Phryxus compleuerat aeui*. Mireris merito ad hunc verborum sensum non attendisse interpretes plerosque, ad quem mentio prophetarum h. l. facta, et tot loca parallela, in quibus Christus aliquid fecisse siue perpessus esse dicitur: *ἵνα πληρωθῇ ἡ γραφὴ* sponte deducunt. Imo

Imo v. 18. in quo palam de implendis vaticiniis agitur, qui per particulam γὰρ cum verbis noſtris cohaeret, explicationem hanc ſatis firmat.

v. 19.

Ὃς ἐὰν ἓν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται.

Λύειν ἐντολὴν eſt 1) *abrogare*. Sic Demoſthenes *adu. Leptinem* p. 362. συμφέρειν τῇ πόλει λελῦσθαι τὸν νόμον, *ibid.* τοσούτῳ λῦσαι τὸν νόμον κάλλιον ἢ θέσθαι, p. 363. λύσασι τὸν νόμον, *ibid.* τοῦτον ὑμῖν ἀκολουθῆσαι περὶ τοῦ λῦσαι τὸν νόμον, ἢ ὑμᾶς τούτῳ περὶ τοῦ θέσθαι. Idem contra *Timocrat.* p. 466. vbi ter phraſis occurrit et λῦσαι τῷ θέσθαι opponitur. Thucydides l. 6. p. 148. λύειν τοὺς νόμους et p. 149. τὰ ἐψηφισμένα μὴ λύειν. Dionyſius Hal. *ant. Rom.* l. 9. p. 601. ἔλυσε τὸν νόμον, *ibid.* οἱ τοῦ θεῖναι τὸν νόμον ἢ λῦσαι κύριοι ἦσαν. At legem aliquam diuinam *abrogare* non poterant doctores Iudaici non enim erant ad hanc rem ἐξουσίαν ἔχοντες. Poterant tamen *anſam praebere, vt lex ab aliis non obſeruaretur et pro abrogata haberetur, quum illam male interpretarentur et per* παραδόσεις *ſuas eneruarent.* Matth. 15, 6. Marc. 7, 9. Eodem fere ſenſu *Aeſchines* de *falſa legat.* p. 269. ποῖον νόμον λύσας; ἢ ποῖον γενέσθαι κωλύσας; *quam legem abrogari ſuadens, aut quam quo minus ferretur impediens.* Herodotus l. 3. p. 89. *Legum interpretes cum ſororis nuptias expeteret Cambyſes* οὔτε τὸν νόμον ἔλυσαν δείσαντες Καμβύσεα, *nihil legi contrarium docuerunt, metu Cambyſis.* At nec hic ſenſus verbis noſtris ſatis apte tribuitur. Sic enim λύειν ἐντολὴν plane idem eſſet cum verbis ſequentibus: διδάσκειν ἀνθρώπους οὕτως. Hinc λύειν 2) eſt: *legem violare.* Sic enim ſatis ſibi conſtat oppoſitio. Legem enim *violare* et *violationem illius indirecte docere* recte opponitur τῷ ποιεῖν καὶ διδάσκειν, *legem obſeruare* et *obſeruationem*

 eius

eius docere. Hoc sensu Iosephus *ant. Iud.* l. 11. c. 5. p. 369. de iis qui vxores alienigenas duxerant: λελύκασι τὰς πατρίους νόμους, l. 15. c. 3. p. 513. πρῶτος Ἀντίοχος ὁ ἐπιφανὴς ἔλυσε τὸν νόμον, *violauit legem.* Lucianus *in abdicato* p. 814. τί δ' ἔλυες τὸν νόμον, et paulo post: ἄρτι μὲν λύεσθαι ἄρτι δὲ κυρίους εἶναι τοὺς νόμους, *leges modo violari, modo obseruari.* Plutarchus de *vitioso pudore* p. 535 λῦσαι τὸν νόμον καὶ παραβῆναι τὸν ὅρκον, *legem violare et periurum fieri.* Idem de *mal. Herodoti* p. 861. οὐ βουλομένοισι λύειν τὸν νόμον. Hombergius in *parergis* h. l. contra nexum sermonis λύειν ἐντολὴν interpretatus erat: *explicare praeceptum*, quem recte refutarunt Elsnerus et Cel. Alberti in *obseru.* ad h. l. Minus recte tamen λύειν idem significare posse, ac: ἐπιλύειν *explicare* contra Hombergium negarunt iidem. Minus recte phrasin: λύειν νόμον, quae lib. 3 Esrae c. 9. v. 46. hoc sensu occurrit, barbaram esse iudicauit Elsnerus. Obscuriora omnino λύεσθαι seu *explicari* graece dicuntur: sic Apollodorus *bibl. deor.* l. 3. p. 148. 149. de aenigmate, quod sphinx proposuerat, ter dicit: αἴνιγμα λύειν, *explicare aenigma.* Plutarchus *de gen. Socratis* p. 579. λῦσαι χρησμὸν *explicare oraculum*, idem *sympos.* l. 1. qu. 4. p. 622. λῦσαί τι τῶν ἀπορουμένων, *quaestionem aliquam obscuram explicare.* Idem *de aud. poetis* p. 20. Ὅσα δὲ εἴρηται μὲν ἀτόπως, εὐθὺς δὲ οὐ λέλυται, *quae absurde dicta et non statim explicata sunt.* Ibidem eodem sensu: λύσεις πρόχειροι, *promtae explicationes* et p. 21. τῶν ἀπίστως εἰρημένων λύσεις, *corum, quae incredibiliter dicta sunt, explicationes.*

In phrasi: μίαν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, *vnum e praeceptis hisce minimis*, vocem ἐλαχίστων, respectu sensus cum Cel. Alberti et aliis pertinere puto ad vocem μίαν, quasi dictum esset: μίαν τὴν ἐλαχίστην τῶν ἐντολῶν τούτων. Sic Act. 1, 5. οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας, pro: οὐ πολὺ μετὰ ταύτας ἡμέρας, vbi vide notanda. Nonnulli sic explicant: Act. 5, 20. τὰ ῥήματα τῆς

τῆς ζωῆς ταύτης, pro ταῦτα. Latini fimiliter. Sic Cicero *de nat. Deor. l. 1.* p. 294. *Vbi initiantur gentes orarum vltimae*, pro: *orarum vltimarum.* Lucretius l. 1. v. 31. *per gentes Italas hominum* pro: *hominum Italorum* Sic hebraice. Gen. 4, 10. קול דמי אחיך צועקים pro צועק et 1 Sam. 2, 4. קשת גבורים חתים pro קשת חתה.

Minimi in regno coelorum funt, *qui in regno coelorum plane locum non habent;* probat hoc nexus cum v. 20. vbi Pharifaei et fcribae plane non dicuntur ingreffuri in regnum coelorum. At Pharifaei et fcribae iidem funt, quos pungit verfu noftro feruator nofter; hi enim et legem violabant Matth. 23. et vt violaretur efficiebant. Matth. 15, 6. Marc. 7, 9. Iidem erant, qui Matth. 21, 31. a fcortis et publicanis in regno coelorum praeueniri dicuntur, quum ipfi nunquam fequerentur.

Κληθήσεται pro ἔσαι. Sic Chares Mitylenaeus apud Athenaeum l. 13. c. 5. p. 575. τούτου γὰρ κεκλήσῃ γυνὴ, *illius enim eris vxor.* Saepius apud Poetas. Euripides *Hippolyto* v. 2. p. 217. Θεὰ κέκλημαι Κύπρις, *fum Dea Venus.* Sophocles, *in Oedipo tyr.* p. 173. ἐξ οὗ καὶ βασιλεὺς καλῆ ἐμὸς, *ex quo etiam rex meus es.*

v. 21.

Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις.

Vertunt alii: *quod dictum fit ad veteres*, alii: *quod dictum fit a veteribus.* Mihi pofterius placet. Suppone, fermonem non effe de legibus diuinis, quales a Mofe erant traditae, fed quales erant ex corruptione et peruerfa interpretatione doctorum Iudaicorum recentioris aeui hauftae. 1) Plus intererat, illos nominari, qui peruerfas opiniones docuerant, quam eos, qui illis erant imbuti. 2) Si ἀρχαῖοι effent prifci Iudaei, qui peruerfas opiniones didicerant: Chriftus vi antithefeos dicere debuiffet in feq. ὑμῖν δὲ λέγω ἐγώ. Iam cum vox ἐγὼ praemiffa fit, in ea latet emphafis. Chriftus ergo palam τοῖς

ἀρχαίοις opponit. *ſemetipſum.* Fruſtra obiicit Spanhemius *dub. euang.* dub. 119. p. 3. p. 598. ſemper ἐῤῥέθη cum datiuo ſignificare in N. T. *dictum eſſe ad aliquem*, et conſtructionem eſſe duriorem, ſi vertas: *ad antiquos.* Frequens enim illa eſt profanis. Iſocrates *in Panathen.* p. 401. περὶ τοῖν δυοῖν πολέμοιν ἱκανῶς ἡμῖν εἴρηται, *de bellis duobus ſatis a nobis dictum eſt.* Polybius l. 2. c. 22. p. 154. ὡς καὶ πρόσθεν ἡμῖν εἴρηται, *vt etiam antea diximus.* Lib. 5. c. 5. p. 494. καθάπερ καὶ πρότερον ἡμῖν εἴρηται. Idem in *Excerpt. Valeſ.* p. 18. διὰ τὰς πρότερον ἡμῖν εἰρημένας αἰτίας, *propter cauſſas, quas antea diximus.* Arrianus *Exped. Alex.* l. 7. p. 456. λεχθήσεταί μοι ὁ λόγος, *ego verba faciam.* Idem *de reb. ind.* p. 548. πάντα ταῦτα λέλεκταί μοι ἤδη. *Paulo poſt*: Νεάρχῳ λέλεκται - - - ὅδε ὁ λόγος, *Nearchus ita ſcribit.* Dionyſius Hal. *ant. Rom.* l. 11. p. 700. καὶ ἐμοὶ νομίσατε εἰρῆσθαι, *etiam a me dicta eſſe putate.* Plutarchus de *Pythiae orac.* p. 401. τοῦτο ἦν εἰρημένον τῷ Κράτητι, *hoc dixit Crates.* Appianus *de bell. ciu.* l. 5. p. 1079. ὡς μοι περὶ Σύρων λέγοντι εἴρηται *quemadmodum de Syris verba faciens, dixi.* Lucianus *de Syria Dea.* p. 898. Κομβάβου μέν μοι πέρι τοσάδε εἰρήσθω. ἀρχαῖοι igitur ſunt doctores Iudaei, qui vltimis ante Chriſtum natum ſaeculis, quibus in peius ire coeperat theologia Iudaica, vixere. Sic Act. 21, 16. Mnaſon dicitur: ἀρχαῖος μαθητής, Act. 15, 7. quae haud multo ante euenerant: ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων facta eſſe dicuntur.

v. 28.

Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα, πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς.

Elsnerus aliique putant ἐπιθυμῆσαι, eſſe hoc loco idem quod *turpiter amare.* Sic omnino auctores. Iſaeus *orat.* 2. p. 378. ἤδη γάρ τινες νέοι ἄνθρωποι ἐπιθυμήσαντες τοιούτων γυναικῶν καὶ ἀκρατῶς ἔχοντες αὐτῶν, *iam enim iuuenes quidam, talium mulierum cupidi et intemperanter erga illas adfecti.* Lyſias *orat.* 2. p. 25. de tur-

turpiſſimo amore maſculo: ἐπιθυμῆσαι μὲν ἅπασιν ἀνθρώποις ἔνεϛιν, et paulo poſt: ἡμεῖς ἐπεθυμήσαμεν ὦ βȣλὴ Θεοδότȣ, *nos, Senatores! Theodotum amauimus.* Lucianus *de Dea ſyria* p. 889. εἰ καίτοι μητρυιῆς ἐπεθύμεε, *etiamſi nouercam expeteret.* Apollodorus *bibl. deor.* l. 2. p. 64. ἐπεθύμει συγγενέσθαι. Ἐπιθυμεῖν tamen in ſe ſpectatum, de mulieribus adhibitum non *turpem amorem*, ſed quodlibet mulieris deſiderium indicat, ſiue ad nuptias illa, ſiue ad aliud quoddam commercium impurum expetatur. Sic Chares Mityl. apud Athenaeum l. 13. c. 5. p. 575. de ſponſo et ſponſa, qui ad coniugium ſe inuicem expetebant: Διετέλȣν γȣ̃ν ἀλλήλων ἐπιθυμȣ̃ντες, διὰ τὴν κατὰ τὸν ὕπνον Φαντασίαν, *amare inuicem perſeuerabant, propter ſpecies ſomno oblatas.* Hoc Matthaei loco igitur cum ἐπιθυμεῖν γυναῖκα, *feminam ad nuptias expetere*, adulterium non ſit, per γυναῖκα, *uxor* eſt intelligenda, quae viuo marito ne per nuptias, quidem ſine adulterio poteſt γίνεσθαι ἀνδρὶ ἑτέρῳ Rom. 7, 3. Hinc ex effato optimi ſeruatoris adultera mens eſt, ſiue ad nuptias, ſiue ad πορνείαν vxorem alteri nuptam expetas.

Μοιχεύειν τινα dicuntur mares, μοιχεύεσθαι, de feminis dicitur. Achilles Tatius l. 4. p. 237. ȣ̓ μοιχεύεταί μȣ τὰ Φιλήματα, *non mihi oſcula fient adultera.* Peccandi cupiditatem, iam eſſe peccatum, etiam profani agnouerunt. Seneca l. 4. *de benefic.* p. 89. *non immerito in numerum peccantium refertur, quae pudicitiam timori praeſtitit, non ſibi.* Porphyrius *de abſtinent.* l. 1. p. 63. μετὰ τῶν ἔργων ἀποϛατέον καὶ τῆς πρὸς αὐτὰ προσπαθείας καὶ τȣ̃ πάθȣς. τί γὰρ καὶ ὄφελος τῶν ἔργων ἀφιϛάμενον, ταῖς αἰτίαις, ἀφ᾽ ὧν καὶ τὰ ἔργα, προσηλῶσθαι.

v. 32.

Παρεκτὸς λόγȣ πορνείας.

Cum praeter πορνείαν auctore Apoſtolo 1 Cor. 7, 15. aliae adſint cauſae diuortii legitimae: in voce λόγος

hic aliquid amplius, quam *hebraismum* puto quaerendum esse. Verto: *extra rationem* f. *censum scortationis*. Sic Polybius l. 5. c. 35. p. 531. *qui sciret, multas esse regni eius lacinias longe summotas*, πολλὰς ἀφορμὰς ἔχοντα πρὸς πραγμάτων λόγον, *quae praeclaras dare possent occasiones ad rationem rerum gerendarum*. Idem in *Excerpt. Vales.* p. 82. πολλὰ μὲν εἰς πραγμάτων λόγον ἀγαθὰ προσεφέρετο, πολλὰ δὲ καὶ κακὰ, *multas virtutes multa quoque vitia ad rationem rerum gerendarum attulerat*. Dionysius Hal. *ant. Rom.* l. 5. p. 303. ὁ μικρὰν τῇ πόλει χαρισάμενος εἰς χρημάτων λόγον δωρεὰν, *non mediocrem urbi exhibens, si in censum pecuniae rem referas, munificentiam*. Ibid. l. 3. p. 188. τὸ ἀγενὲς καὶ διὰ τοῦτο σωθὲν ἐν ἀνδραπόδων ἐπράθη λόγῳ, *ignaui et hoc ipso nomine seruati mancipiorum loco habiti, venierunt*. Lib. 6. p. 357. ἐν ἀνδραπόδων ποιήσασθαι λόγῳ, *in mancipiorum censum referre*. Lib. 3. p. 192. *Captiuos legatis non reddidit*, ἀλλ᾽ ἐν ὁμήρων κατεῖχε λόγῳ, *sed obsidum instar illos retinuit*. Esset ergo: ἐν πορνείας λόγῳ, *quod scortationis instar est*, siue *in eundem cum scortatione censum referri potest*; παρεκτὸς λόγου πορνείας est: *quod non est scortationis instar*, quod cum scortatione eodem loco et censu haberi nequit.

v. 33.

Οὐκ ἐπιορκήσεις, ἀποδώσεις δὲ τῷ κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου.

Ἀποδοῦναι ὅρκον, vertunt: *iusiurandum seruare*. Haud consentio hactenus. 1) Phrasis haec nunquam eo sensu nec in sacris nec in profanis occurrit. 2) Sic: οὐκ ἐπιορκεῖν et ἀποδοῦναι ὅρκους plane ταυτόλογα esse viderentur. 3) Nexus inter doctrinam pharisaicam his verbis contentam et oppositam Christi doctrinam foret difficilior. Tunc enim phrasis: ἀποδώσεις τῷ κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου hunc habere deberet sensum: *seruare debes iusiurandum per nomen Domini praestitum*, iurisiurandi vero

quod

quod per coelum terramue iurasti, impune poteris violare fidem. At sic multo insolentius foret, phrasin ἀποδοῦναί τινι ὅρκον, significare debere, *iusiurandum per nomen alicuius praestitum seruare.* Verto verba simpliciter: ἀποδώσεις τῷ κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου, *iurabis* (s. *iusiurandum dabis*) *per Dominum.* Sic Demosthenes de *falsa legat.* p. 223. ἀποδοῦναι καὶ Κερσοβλέπτῃ τὸν Φίλιππον τοὺς ὅρκους, *Philippum etiam Cersobleptae se debere per iusiurandum obstringere*, ibid. p. 257. ἀξιοῖ δὲ ἀποδοῦναι τοὺς ὅρκους τοῖς Φιλίππου πρέσβεσιν, *postulare illum, vt iusiurandum legatis Philippi daretur.* Paulo post: *In decreto scriptum erat, vt is, qui a Cersoblepte venisset cum ceteris sociis* ἀποδοῦναι τοὺς ὅρκους Φιλίππῳ, *Philippo iusiurandum daret.* Idem *de corona* p. 316. *suasisse se* dicit: *Athenienses a Philippo quam primum* ἀπολαμβάνειν ὅρκους, *iusiurandum exigere debere*, huic vero opponit: *Philippum putasse, se omnia constanter retenturum, quae vrbi eripuisset*, πρὸ τοῦ τοὺς ὅρκους ἀποδοῦναι, *antequam iurisiurandi se fide obstringeret.* Aeschines de *falsa legat.* p. 264. τοὺς ὅρκους ἀπέδωκα τοῖς ὑμετέροις πρέσβεσι, *legatis vestris iusiurandum dedi.* Idem *contra Ctesiphontem* p. 284. ἀποδοῦναι τοὺς ὅρκους τοῖς πρέσβεσι, *legatis iusiurandum dare*, quod p. 285. per ὀμνῦναι *iurare* explicatur. Eodem modo interpretanda sunt verba Demosthenis de *falsa legat.* p. 243. de Philippo Macedone, quae in alium sensum inflexit Elsnerus. Εἰ μὲν γὰρ προσεδέξατο Φωκέας συμμάχους, καὶ μεθ' ὑμῶν τοὺς ὅρκους αὐτοῖς ἀποδοίη· τοὺς πρὸς Θετταλοὺς καὶ Θηβαίους ὅρκους παραβαίνειν εὐθὺς ἀναγκαῖον ἦν, *si enim Phocenses socios recepisset et vobiscum illis iusiurandum dedisset: iusiurandum Thebanis et Thessalis datum statim violare coactus esset.* Hostes erant Phocenses et Thebani, si igitur cum illis Philippus foedus iniisset, *idque* iureiurando firmatum *seruasset*, (quo modo: ὅρκους ἀποδοῦναι explicat Elsnerus): iusiurandum Thebanis datum, eo ipso iam *fuisset violatum*, non vero demum

demum, quod Demosthenes dicit: *mox violandum.* Consentit, vt nunc video, ipse Elsnerus *in addendis* p. 495. Datiuum τῷ κυρίῳ recte puto verti: *per Dominum* s. *per nomen Domini.* Sic Leuit. 19, 13. οὐκ ὀμεῖσθε τῷ ὀνόματί μου, *non iurabitis per nomen meum.* Iud. 21, 7. ὠμόσαμεν τῷ κυρίῳ, *iurauimus per Dominum.* Elliptice ponitur: *iurare* τῷ κυρίῳ, pro: ἐν siue ἐπὶ τῷ κυρίῳ. Verba vero Matthaei respicere puto ad haec: ובשמו תשבע Deut. 6, 13. et cap. 10, 20. vbi graeci sine ellipsi vertunt: ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ὀμῇ. Translatio igitur loci nostri haec esto: *Non peierabis, iurabis vero per Dominum.* Verba posteriora restringunt priora, et in fundo latet virus pharisaicum *iusiurandum per coelum terramue cet. praestitum non obligare.*

Vers. seq. λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως, est: *iubeo vos plane non iurare.* Sic Demosthenes *adu. Polyclem* p. 713. λέγω τῷ κυβερνήτῃ ἀποπλεῖν εἰς τὴν Θάσον, *gubernatorem iubeo redire in Thasum.* Euripides in *Hercule fur.* v. 332. p. 365. οἴγειν κλῇθρα προσπόλοις λέγω, *ministris dico, vt aperiant claustra.*

v. 39.

ὅστις σὲ ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα.

Cum vox, ῥαπίζειν, a ῥαπὶς, *virga, fustis*, descendens proprie sit: *virgis* i. *baculis caedere*: h. l. vero *palma percutere* denotet: hoc ex Hellenistarum non graecorum more facere euangelistas asserit Heinsius *in Aristarcho sac.* c. 14. p. m. 940. tuente caussam illis Gatakero *de stilo N. T.* c. 32. p. 140. At contra ius fasque. Plutarchus *sympos.* l. 7. *qu.* 8. p. 713. *Socrates voluptatem quae ex vnguentis percipitur*, ἐπὶ κόῤῥης ῥαπίζων ἐξέβαλεν, *veluti alapa inflicta eiecit.* Idem *quaest. Rom.* p. 267. παίουσιν ἐπὶ κόῤῥης καὶ ῥαπίζουσιν, *in genis caedunt et alapas infligunt.* Paulo aliter idem *quaest. graec.* p. 293. ἐῤῥάπισεν αὐτὴν ὑποδήματι, καὶ τῷ προσώπῳ τὸ ὑπόδημα προσέῤῥιψε, *calceo malam eius percussit et* cal-

calceum in faciem coniecit. Achilles Tatius l. 2. p. 119. κατὰ κόῤῥης, ὡς εἶχε ῥαπίζει, *totis viribus alapas infligit*, idem l. 5. p. 341. ῥαπίζει με κατὰ κόῤῥης πληγὴν θυμοῦ γέμουσαν, *ictu iracundia pleno alapas mihi infligit*. L. 6. p. 405. ῥαπίζει δὴ κατὰ κόῤῥης αὐτὴν, *genas illius palma cedit*. Iosephus *ant. Iud.* l. 8. c. 10. p. 294. verba haec Sedekiae pseudoprophetae tribuit: εὐθὺς ῥαπισθεὶς ὑπ' ἐμοῦ βλαψάτω με τὴν χεῖρα, *damnum simulac alapam a me accepit, manui meae inferat.* Quod 1 Reg. 22, 24. *percutere* על לחי dicitur, hic a Iosepho per: ῥαπίζειν explicatur. Hyperidem *orat. adu. Dorotheum* dixisse ἐῤῥαπίσθη τὴν γνάθον, testis est Harpocration voce ἐπὶ κόῤῥης.

v. 44.

Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς.

Elsnerus et alii ἐπηρεάζειν explicant sensu forensi: *deferre apud Iudicem*, *obtrectare in iudicio*, et διώκειν per: *actionem intendere*, *persequi in iudicio.* Mihi hae significationes verborum horum, satis alioqui frequentes huic loco non satis videntur conuenire. Praescribit Seruator optimus, quales esse debeamus erga illos, qui inimici sunt 1) *animo*, hos dicit *esse amandos*, 2) erga illos, qui verbis nobis sunt infesti, his *fausta* iubet *adprecari*. 3) Erga illos, qui re ipsa nos laedunt et *iniuria adficiunt*, pro his, precibus iubet intercedere. Si forensis ille verborum sensus locum haberet: omissa essent officia inimicis exhibenda, qui multis aliis modis ipsis factis nos premunt. Ἐπηρεάζειν igitur est in genere: *laedere*, *iniuria aut damno adficere.* Demosthenes adu. *Midiam*, cum ab hoc vestis ei lacerata, et ipse alapa caesus esset p. 395. οὕτω φανερῶς καὶ μιαρῶς ἐπηρεάζων παρηκολούθησεν, *tam palam et nefarie me laedens affectatus est, vt neque a sacris vestibus, neque a choro, denique nec a corpore manus abstineret.* Ibid. p. 415. εἰ δὲ

δὲ μὴ πάντες ἐπαίεσθε, μηδὲ πάντες ἐπηρεάζεσθε χορηγοῦντες, *si vero non omnes caesi, non omnes iniuria adfecti estis in aedilitate.* Eodem sensu vox occurrit, ibid. p. 393. et *de Corona* p. 333. Isaeus *orat.* 5. p. 458. *Euctemon filio iratus*, καὶ ἐπηρεάζειν βουλόμενος, *et eum laedere volens, Democratis sororem vxorem duxit.* Iosephus *ant. Iud.* l. 16. c. 4. p. 550. τὰς ἐπηρείας ἔλεγον, ἃς ἐπηρεάζοντο, *iniurias indicabant, quibus adficiebantur.* Vide ibid. p. 552. Construitur etiam cum accusandi casu. Plutarchus de *auditione* p. 43. *Qui claui ligna findere aut securi fores reserare conetur*, οὐκ ἐκεῖνα δόξειεν ἂν ἐπηρεάζειν, *non tam illis damnum inferre, quam se vsu illorum priuare videretur.* Conf. eundem *sympos.* l. 1. qu. 4. p. 621.

Διώκειν *persequi*, intensum et continuum aliis nocendi studium ipsis factis demonstratum denotat. E. g. Gal. 4, 29. Act. 7, 52. c. 9, 4. cet.

Non desunt in profanis exempla hominum erga inimicos bene animatorum. Apud Plutarchum in *apophthegm.* p. 189. *Phocion allato ipsi iam cicutae poculo, interrogatus filione aliquid mandaret: mando tibi inquit, fili atque hortor te, ne Atheniensibus memorem te iniuriarum praebeas.*

v. 45.

Ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει - - καὶ βρέχει.

Ἀνατέλλει *exoriri facit.* Verbum hoc vsitatius est sensu intransitiuo, e. g. ὁ ἥλιος ἀνατέλλει, *sol oritur.* Hinc Beza aliique illud h. l. transitiue ad normam Coniugationis Hiphil adhiberi putant Transitiue tamen praeter Homerum etiam Pindarus eodem vtitur in *Isthmiis Od. 6.* v. 110, 111. *aqua quam filiae Mnemosynes* ἀνέτειλαν παρ' εὐτειχέσι κάδμου πύλαις, *produxerunt iuxta bene muratas Cadmi portas.* Philo de *nomin. mut.* p. 1083. quem dicit, καρπὸν ἐτήσιον ἀνατέλλειν, *annuum fructum producere.* Verba non pauca Euripidem ita adhibere vt Hebraif-

Hebraiſmus ineſſe videatur oſtendit Barneſius ad Euripidis *Ionem* v. 1596. p. 353 et alibi.

Βρέχει Beza transfert: *et rigat* et vocem *pluuia* ſubintelligit. At multo commodius eſt iungere verbum βρέχει cum voce πατρός. *Ille* ſcil. *oriri facit ſolem et pluit.* Sic enim de Deo ſiue Ioue loqui ſolent Graeci. Lucianus *dial. Deor.* p. 125. *Nonne nomen Iouis audiuiſti,* οὐδὲ βωμὸν εἶδες ἐν τῷ Γαργάρῳ τοῦ ὕοντος καὶ βροντῶντος καὶ ἀστραπὰς ποιοῦντος, *nec pluentis illius, tonantis et fulgura facientis aram in Gargaro vidiſti?* Theophraſtus *charact. Eth.* c. 15. ὕοντος τοῦ Διός, *quum pluit Iupiter* c. 18. p. 597. *Ioui ſuccenſet: ὃ διότι ὕει, non quod pluat.* Ioſephus *ant. Iud.* l. 1. c. 4. p. 9. Ἐπισημήναντος τοῦ Θεοῦ καὶ ὕειν ἀρξαμένου, *quum Deus ſignum daret et pluere inciperet.* Ibid. l. 2. c. 4. p. 53. μήτε ὕοντος τοῦ θεοῦ, *quum Deus non plueret.* L. 7. c. 10. p. 242. ἤρξατο δὲ ὕειν παραχρῆμα ὁ θεός. L. 14. c. 26. p. 499. ὕσας διὰ τῆς νυκτὸς ὁ θεός. Idem Deum quoque ningere dicit. Sic *ant. Iud.* l. 7. c. 10. p. 244. Νίφοντος τοῦ θεοῦ. Sic etiam l. 14. c. 27. p. 502.

v. 46.

Οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι.

Inuiſi et infames apud Iudaeos erant publicani ſeu potius portitores; adeoque in ſacris vbi homines perditiſſimi et flagitioſiſſimi nominandi erant: τελῶναι dicuntur. Matth. 18, 17. Hinc Matth. 9, 10. 11. τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοί, c. 21, 31. 32. τελῶναι καὶ πόρναι coniunguntur. Quae e fontibus iudaicis huc ſpectant larga manu deriuarunt inde Lightfootus aliique. Eodem loco habebantur τελῶναι e moribus Graecorum. Theophraſtus *charact. eth.* c. 7. p. 580. hominum nequiſſimorum eſſe dicit: πανδοκεῦσαι, καὶ πορνοβοσκῆσαι, καὶ τελωνῆσαι καὶ μηδεμίαν αἰσχρὰν ἐργασίαν ἀποδοκιμάσαι, *cauponam exercere, lenonis ac portitoris partes ſuſcipere, neque ab vllo turpi lucro ſe abſtinere.* Plutarchus in *apophtheg. Lacon.*

Lacon. p. 236. dicit: *Laconem quendam vidisse Athenienses salsamenta et obsonia praecone proclamante vendere*, καὶ τελωνοῦντας καὶ πορνοβοσκοῦντας καὶ ἕτερα ἔργα ἀσχήμονα πράττοντας, *vectigalia exigere, lenocinium exercere et multa alia parum decora agere.* Idem de *vit. aere al.* p. 829. de foeneratoribus dicit: τὸ τελωνεῖν ὄνειδος ἡγοῦνται τοῦ νόμου διδόντος, αὐτοὶ παρανόμως δανείζουσι τελωνοῦντες, *quum portitoris vicem subire pro dedecore ducant, quod tamen leges permittunt: ipsi contra leges foenerando homines vectigales faciunt.* Timaeus apud Polybium in *excerpt. Vales.* p. 53. Demetrium Phalereum eiusmodi rebus dicit gloriari, ἐφ᾽ οἷς ἂν καὶ τελώνης σεμνυνθείη βάναυσος, *propter quas etiam sordidissimus portitor se efferat.* Apud Stobaeum serm. 2. *de militia* p. 31. Theocritus interrogatus, quaenam ferae essent saeuissimae, dixit: ἐν μὲν τοῖς ὄρεσιν ἄρκτοι καὶ λέοντες· ἐν δὲ ταῖς πόλεσιν τελῶναι καὶ συκοφάνται, *in montibus quidem vrsi et leones in vrbibus autem publicani et calumniatores.* Sic Zacchaeus Luc. 19, 8. εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα. Vicini quoque sint τελῶναι καὶ συκοφάνται, Luc. 3, 12. 14.

CAP. VI. v. 16.

Μὴ γίνεσθε ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ σκυθρωποὶ, ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν.

Ἀφανίζειν h. l. est *deformare, obscurare*, nitore suo et pulchritudine vultum priuare. Sic Nicostratus apud Stobaeum *serm.* 72. p. 445. dicit: *mulierem, sanae mentis vultum fuco non illinere nec cerussa uti*, καὶ ἄλλου χρώματος ζωγραφοῦντος καὶ ἀφανίζοντος τὰς ὄψεις, *neque alio pigmento, quod vultum pingat et deformet.* Ibid. *serm.* 46. p. 333. Ecphantes Pythagoricus dicit: *Regnum esse rem sinceram et incorruptam, hinc regem quoque purissimum et lucidissimum esse debere*, ὡς μὴ τὸ λαμπρότατον ἀφανίζῃ ἐν σπίλοις τοῖς ὑφ᾽ αὐτῷ, *ne quod*

quod clarissimum eius est, maculis suis deformet. Dionysius Hal. *ant. Rom.* l. 2. p. 98. artes sellularias et sordidas vocat: *ἀφανιζέσας καὶ λημαινομένας τά τε σώματα καὶ τὰς ψυχὰς τῶν μεταχειριζομένων, corpora animosque illorum, qui illas tractant deformantes et corrumpentes.* In *Testamento 12 patriarcharum* in Fabricii *codice Pseudep.* p. 545. *ἀνθρώπους ἑώρων ἀφανίζοντας τὴν ὁδὸν αὐτῶν, vidi homines viam suam deformantes.* Vbi *ἀφανίζειν ὁδὸν* idem est quod השחית דרכו Gen. 6, 12. I. iunantes apud Iudaeos vultum *deformabant.* 1) Caput non vngentes et vultum non lauantes v. 17. Id enim in ieiuniis tunc temporis non fieri, moris erat. Sic de tribus ieiuniis publicis propter pluuiam in Mischna *tract.* תענית c. 1. §. 6. ואסורין במלאכה וברח יצה ובסיכה *prohibitum est coetui opus facere se lauare et vngi. Tract. Ioma* c. 8. יום הכפורים אסור באכילה ובשתיה וברח יצה ובסיכה, *In die expiationis prohibitus est cibus et potus et lotio et vnctio.* Maimonides de *ieiuniis* cap. 5. §. 10. die nono mensis Abh ne licere quidem statuit: אפילו להושיט אצבעו במים, *digitum in aquam immittere.* 2) Dum crebrius ieiunantes, siti fameque enecti, vultui pallorem conciliabant, eamque accedente capitis per cineres conspersione, maculatam, subnigram reddebant. Hinc homo eiusmodi מושחר פניו מפני העניות *subniger vultu prae ieiunio* vocabatur. Vide Lightfootum in *horis* ad h. l. et Othonis *Lexicon Rabbin.* p. 258. 3) Dum vultum in rugas contrahebant et in terram submittebant. Praecipit id Maimonides de *ieiuniis* cap. 1. §. 14. לא יקל ראשו ולא יהיה שמח וטוב לב אלא דואג ואונן, *Non attollat caput suum, neque gaudeat et bono sit animo, sed tristis sit et lugeat.* 4) Dum nec barbam quantum fieri licebat, tondebant et componebant. Fieri hoc solebat tempore luctus 2 Sam. 19, 25. Squalorem vero deposituri radebantur Gen. 41, 14. Lugentium hunc ritum obseruabant etiam ieiunantes. Maimonides de *ieiuniis* cap. 5. §. 6. etiamsi in sabbatum incidat nona mensis Abh,

tamen

tamen in illo אסור לספר ולכבס *tondere et lauare* illicitum pronunciat.

His omnibus opponit feruator optimus: *ieiunantes non esse debere σκυθρωπὲς.* Ex dictis apparet, plures vocis σκυθρωπὸς notiones hic esse coniungendas. Denotat 1) *tristes* idque non tantum apud Hellenistas, quod visum est Heinsio *Exerc. sac. ad Lucam* p. 204. Libanius *epist.* 1155. p. 553. ὅπως φαιδρὸν μᾶλλον ἢ σκυθρωπὸν ἀποπέμψεις, *vt hilarem illum potius quam tristem remittas.* Xenophon *Cyropaed.* l. 1. p. 12. ἀνιαρὸς καὶ σκυθρωπὸς ὢν, *cum tristis et moestus est*, quae verba paulo post per λυπέμενον εἶναι ἰσχυρῶς explicantur. 2) *Tetricos* et *morosos.* Sic Appianus de *bell. pun.* p. 77. *Consules quanquam subibat miseratio humanarum vicissitudinum*, σκυθρωποὶ δ' ἀνέμενον, *tetricum tamen retinebant vultum.* Ibid. p. 84. οἱ δὲ ὕπατοι δῆλοι μὲν ἦσαν ἐσκυθρωπακότες παρὰ πάντα τὸν λόγον, *palam erat, Consules ad totum sermonem tetrico fuisse vultu.* Plutarchus in *Amator.* p. 762. ἐκ δυσκόλων καὶ σκυθρωπῶν τοῖς συνῦσι ποιεῖ φιλανθρωποτέρες καὶ ἡδίες, *ex difficilibus et morosis in conuictu humaniores reddit et suauiores.* Ieiunantes vero tetrici fiebant et morosi dum illoti, incomti, squalidi, barba non rasa, vultu corrugato et veluti obnubilato, horrorem quendam aliis incutiebant eosque taedio adficiebant. Hoc enim modo vultum formare est σκυθρωπάζειν et σκυθρωπὸν εἶναι. Plutarchus *quaest. Rom.* 285. *Flaminicam Iunonis antistitam* νενόμιςαι σκυθρωπάζειν, μήτε λεομένην τηνικαῦτα, μήτε κοσμεμένην, *leges iubent, esse tetricam eoque tempore nec lauari nec ornari.* Idem in *Phocione* p. 746. *Archibiadem quendam dicit fuisse* πώγωνα καθειμένον ὑπερφυῆ μεγέθει - - καὶ σκυθρωπάζοντα, *barba vltra modum promissa et tetrico vultu.* Idem *non suauiter viui sec. Epic.* p. 1104. ἐκεῖνο τῦ θανάτυ τὸ πρόσωπον ὡς φοβερὸν καὶ σκυθρωπὸν καὶ σκοτεινὸν ἅπαντες ὑποδειμαίνεσι, *eam mortis faciem, vt terribilem, et tetricam et tenebricosam omnes refor-*

reformidant. 3) Etiam crebrioribus ieiuniis enecti, in vultu *macilenti* et *pallidi* σκυθρωποὶ dici possunt. Notavit locum ex versione graeca Dan. 1, 10. cel. Heumannus, vbi vox hoc sensu occurrit.

v. 19.

Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσι.

Thesauri hic intelligendi sunt in genere omnes, quos homines coaceruare, iisque animum mancipare solent. Quae enim a tineis et erosione corrumpi nequeunt, ea saltem a furibus perfossoribus auferri possunt. Inprimis in thesauris haberi solebant apud veteres vestes pretiosae. Sic Iob. 27, 16. *Si congesserit argentum vt pulverem et vt lutum comparauerit vestem.* Apud Homerum *Odyss.* l. 2. v. 338. 339. Telemachus in thalamum patris ascendebat: ὅθι νητὸς χρυσὸς καὶ χαλκὸς ἔκειτο, Ἐσθής τ' ἐν χηλοῖσιν, ἅλις τ' εὐῶδες ἔλαιον, *vbi cumulatim aurum et aes iacebat, et vestis in cistis abundeque odoriferum oleum.* Id vero praecipue est, quod σῆτες *tineae* corrumpere possunt. Vide Bocharti *Hieroz.* p. 2. l. 4. c. 25.

Voces σὴς καὶ βρῶσις scrupulum iniecerunt interpretibus. Eos qui phrasin per Hendyadyn positam esse putant, pro: σὴς βρώσκουσα, recte ex eo capite refutat Cel. Elsnerus, quod v. 20. σὴς et βρῶσις a se inuicem distinguantur. At minus feliciter idem per βρῶσιν animalculum aliquod erodens intelligit. Repugnat. 1) forma, eiusmodi enim verbalia *actionem aliquam* et *obiectum actionis*, non vero *subiectum agens* denotare solent, e. g. πόσις, ὅρασις, κρίσις. 2) Non satis ille hanc notionem probauit. Prouocat ad Mal. 3, 11. vbi vocem hebr. אכל LXX. vertunt βρῶσιν. Verba graeca, quae a vero fontium sensu nimium quantum aberrant, haec sunt: καὶ διαστελῶ ὑμῖν εἰς βρῶσιν (l. τὴν βρῶσιν) καὶ οὐ μὴ διαφθερῶ ὑμῶν τὸν καρπὸν τῆς γῆς. Verto: *et separabo*

 l. *diui-*

f. *diuidam vobis cibum* f. *in cibum et non perdam fructum terrae vestrae.* Verbum גער sensu: *diuidendi* illos intellexisse patet ex c. 2. v. 3. vbi per: *ἀφορίζειν* illud exprimunt. Versio Arabica e LXX. interp. versione expressa, transfert: *dabo vobis cibum.* Porro Elsnerus prouocat ad Aquilam, qui Ies. 50, 9. vocem עש vertat *βρῶσις*. Resp. 1) variat lectio, nec satis constat, vtrum Aquilas: *βρῶσις* an potius *βρωτὴρ* scripserit. Vide *Lexicon Graecum* ad Hexapla *Concordantiis Trommianis* annexum. 2) Metonymice ponere potuisset Aquilas, *erosionem*, quae fit per *tineam*, pro *tinea* ipsa. Sic Symmachus vocem eandem ibidem et Psal. 38, 12. per *εὖρως* transfert, quod *cariem* f. *putredinem* denotat. LXX. interpr. in contrarium Prouerb. 14, 32. *σῆτα tineam* pro רקב *putredine* posuerunt.

Mihi *βρῶσις erosionem* seu *corrosionem* quamlibet denotat, quum vel vestes a tineis vel vetustate et putredine eroduntur, vel lignum a cossibus et carie, frumentum a curculionibus quales (a *τρώγειν*) *τρῶγας* graeci vocant, vel metalla ab aerugine, ferrugine *cet.* eroduntur et corroduntur. Probo hunc vocis sensum, praeter ipsum Aquilae locum Ies. 50, 9. ex Plutarcho, qui in lib. *non suauiter viui sec. Epic.* p. 1087. de membris corporis humani dicit: *οἷς ἐνοικίζεται τὰ πάθη δεινὰ καὶ σχέτλια ποδαγρικὰ ῥεύματα καὶ φαγεδαινικὰ καὶ διαβρώσεις καὶ ἀποσήψεις*, *quibus insunt atroces atque miseri adfectus, fluxus podagrici et vlcerosi, corrosiones et putrefactiones.* Paulo aliter Celsus *de medicina* l. 4. c. 4. p. 203. si exesa aliqua parte sanguis exeat, id medicos *διάβρωσιν* vocare testatur. In *epist. Ieremiae* v. 11. dicitur, Deos aureos, argenteos et ligneos non posse incolumes seruari, *ἀπὸ ἰοῦ καὶ βρωμάτων*, *a rubigine et erosione.* Ἀφανίζειν h. l. idem est, quod *διαφθείρειν*, *perdere*, *corrumpere*, *ad vsum inutile reddere.* Demosthenes *adu. Midiam* p. 405. *τὸ ὅλως ἀφανίζειν ἱερὰν ἐσθῆτα*, *vestem sacram prorsus corrumpere,* quod *ibid.* p. 388. explicatur per *διαφθείρειν τὸ ἱμάτιον καὶ λυμαίνεσθαι.* Aeneas in *Poliorcet.* c. 8. p. 1653. *ὡς*

δεῖ

δεῖ ἀχρεῖα ποιεῖν ἢ φθείροντα, ἀφανίζειν τά τε βρωτὰ καὶ ποτὰ καὶ τὰ κατ' ἀγροὺς ἔγκαρπα, *quomodo esculenta et potulenta et fructus in agris inutiles reddi aut corrumpendo perdi debeant.*

Κλέπται διορύσσουσι, *fures perfodiunt* sc. τὸν τοῖχον s. τὴν οἰκίαν. Phrasis elliptice occurrit in *fragmento Pythagorei anon.* in Mythographis graecis p. 718. ἆρα οὐ δίκαιον διορύξαντα κλέψαι καὶ σῶσαι τὸν πατέρα; *nonne iustum est perfosso muro, patrem abripere et liberare?* Plene Xenophon in *sympofio* p. 650. μή τις μου τὴν οἰκίαν διορύξας, *ne quis domum meam perfodiens.* Demosthenes *adu. Cononem* p. 732. τοίχους τοίνυν διορύττοντες, *cum igitur parietes perfodiant.* Eiusmodi homines τοιχωρύχοι vocabuntur. Teste Iosepho *ant. Iud.* l. 16. c. 1. p. 548. Herodes lege sanxit, vt τοιχωρύχους extra regnum mancipiorum loco vendere liceret. *Furari* et *spoliare* erat τοιχωρυχεῖν, et ἐκτοιχωρυχεῖν. Athenaeus l. 6. p. 228. e4 Diphilo: ἢ λωποδυτεῖν τὰς νύκτας ἢ τοιχωρυχεῖν, *aut noctu obuios spoliare, aut parietes suffodere.* Polybius l. 4. c. 18. p. 399. ἐξετοιχορύχησαν τοὺς βίους, *fortunas velut parietibus effossis exhauserunt.* Idem l. 17. c. 36. p. 1076. ἐξετοιχωρύχησε τὴν βασιλείαν.

Non fluxas et pereuntes opes, sed thesauros ἐν οὐρανῷ ἀποκειμένους Col. 1, 5. nunquam auferendos quaeri debere iubet Seruator sapientissimus. Similiter de Theodosio praedicat Themistius *orat.* 18. *de audiendi cupid. Theod.* p. 219. *animum illius non angi, vnde aurum et argentum congerat, sed:* ὁπόθεν πλεονάσουσιν οἱ τῶν ἀγαθῶν πράξεων θησαυροί, οἱ μόνοι ἄσυλοι καὶ ἀνάλωτοι, *vt abundarent thesauri bonorum operum, qui soli spoliari et consumi non possunt.*

V. 22. 23.

Ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ cet. ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ.

Assentior Oleario, Elsnero aliisque, qui per *oculum simplicem* h. l. *oculum corporis purum, integrum, sanum* intelligunt, cui nihil admixtum sit, quo res perspicue cernere

nere impediatur. Eodem ſenſu Themiſtius orat. 22. de *amicit.* p. 281. veritati *βλέμμα ἁπλȣ̃ν καὶ γενναῖον, vultum ſimplicem et generoſum* tribuit. Similiter fere Arrianus in *periplo maris Eryth.* p. 164. et 170. *ἱματισμὸν ἁπλȣ̃ν* opponit *ἱματισμῷ νόθῳ*, veſtes *ſimplices, genuinas*, veſtibus *adulteratis*. Philo de *monarchia* p. 825. corpore ſobrio dicit: *τὰς αἰσθήσεις καθαρωτέρας καὶ εἰλικρινεστέρας ſenſus eſſe puriores et ſinceriores.*

Ὀφθαλμὸς πονηρὸς vero eſt *oculus aegrotus*, vitio laborans. Sic Demoſthenes *Contra Neaeram* p. 525. *ἠσθένησε καὶ πάνυ πονήρως διετέθη, in morbum incidit,* peſſimeque habuit, ibid. *ὅτι πονήρως μὲν ἔχει, quod aegrotus eſſet.* Plato l. 1. *de republ.* dicit *σῶμά ἐστι πονηρὸν, corpus eſt imbecille, aegrotum* teſte Roberto Conſtantino *in Lexico.*

v. 28.

Καταμάθετε τὰ κρίνα τȣ̃ ἀγρȣ̃, πῶς αὐξάνει.

Beza haec verba transfert: *diſcite, quomodo lilia agrorum augeſcant*, quaſi particula *πῶς* tranſpoſita, *τὰ κρίνα* vero nominatiuus eſſet. Cum verbo *αὐξάνει* conſtruendus. Conſentit Cel. Schwarzius in *Lexico graeco* N. T. et plane negat *καταμανθάνειν* per: *conſiderare* verti poſſe. Sed locus parallelus Luc. 12, 27. vbi eadem ſic exprimuntur: *κατανοήσατε τὰ κρίνα πῶς αὐξάνει*, omnino ſuadet, vt verba noſtra vertamus: *conſiderate lilia agri* quomodo creſcant. Haud raro *καταμανθάνειν* cum accuſatiuo conſtructum graecis eſt: *accurate conſiderare, probe intelligere.* Demoſthenes *orat. amator.* p. 162. *ἓν πρῶτον ἐκεῖνό σε δεῖ καταμαθεῖν ἀκριβῶς, id vnum inprimis neceſſe eſt te accurate conſiderare.* Plutarchus de *auditione* p. 42. *ἀφορᾷν χρὴ πρὸς ἑαυτὸν, καταμανθάνοντα τὴν ψυχὴν, ad nos ipſos debemus reſpicere et animum conſiderare*, vtrum ſc. allenatus et tranquillior factus ſit. Idem *conuiu. 7. ſap.* p. 155. *ἠξίȣ τὰ ἐντὸς αὐτῆς καταμαθεῖν τὸν δικαστὴν, rogabat vt iudex interna ſua conſideret.* Strabo l. 3. p. 211. *καταμαθόντες ȣ̃ν τὴν φύσιν τῶν τόπων οἱ ἄνθρωποι, conſiderantes*

igitur

igitur naturam locorum homines. Arrianus *dissert. Epict.* l. 3. c. 22. p. 313. ἴδε σȣ τȣ̀ς ὤμȣς, κατάμαθε τὴν ὀσφὺν τȣ̀ς μηρȣ̀ς, *adspice humeros tuos, considera lumbum, femora.* Ibid. l. 3. c. 26. p. 356. ἀλλὰ τὰ δόγματα αὐτȣ̃ κατάμαθε, *sed doctrinas eius considera.* Vide ibid. l. 1. c. 11. p. 115. l. 1. c. 17. p. 129. l. 2. c. 23. p. 250. l. 3. c. 9. p. 283.

Αὐξάνειν, quod alias *augere* est, hic denotat: *crescere* intransitiue. Soloecismis hunc vocis significatum annumerat Lucianus in *Soloecista* p. 980. Cel. Alberti in *obseru.* ad h. l. praeter vnum Aristidis locum et duos Iosephi, *frustra* dicit *plura exempla* huius vocis hoc sensu adhibitae *quaeri apud scriptores Atticos.* Opponam messem exemplorum ex Auctoribus et Atticis et aliis. Polybius in *Excerpt. Vales.* p. 82. τὸ λοιπὸν ηὔξανε τὸ κακὸν ἐξ αὐτȣ̃ λαμβάνον τὴν ἐπίδοσιν, *augebatur postea malum ex ipso capiens incrementa.* Apollodorus Atheniensis *biblioth. deor.* l. 1. p. 22. ἔτοι κατ᾽ ἐνιαυτὸν ηὔξανον πλάτος μὲν πηχυαῖον, μῆκος δὲ ὀργυαῖον, *hi quotannis latitudine cubiti, longitudine vero vlnae increscebant.* Iulius Pollux l. 8. p. 448. solemnem ephororum Atheniensium iurisiurandi formulam haec verba continuisse testatur: θάλλω αὔξω ἡγεμόνι, *floreo, augesco duci.* Lucianus ipse in *Pseudomant.* p. 890. versum hunc habet, quem Glyconi regi tribuit: Πυθαγόρȣ ψυχὴ ποτὲ μὲν φθίνει, ἄλλοτε δ᾽ αὔξει, *Pythagorae mens modo perit, modo augetur.* Plutarchus de *fluminibus* p. 1151. de pisce quodam: ὑπεραυξήσας ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀκανθῶν, *vltra modum increscens a propriis spinis confoditur.* Themistius *orat.* 18. de *aud. cupid. Theod.* p. 224. dicit se a Theodosio ad verum vigorem reduci: ὅτι αὐτὸς αὔξει ἀεὶ, *quod ille semper augeatur, quod ille incrementa capiat, quod ille maior fiat.* Appianus *bell. Pun.* p. 52. ἐς τὸ μὴ πάλιν αὐξῆσαι, *ne crescant denuo.* Idem p. 54. In Iosepho verbum hoc sensu obseruaui septies. Tres locos produxit Graeuius ad *Luciani Soloecistam* p. 735. Duos his adiecit Schwarzius in *Lexico Graeco N. T.* Super-

funt duo alii. *Ant. Iud.* l. 10. c. 11. p. 348. τὸν λίθον αὐξῆσαι τοσοῦτον, *lapidem tantopere increuisse, vt omnis terra ab illo impleri videretur.* Ibid. c. 12. p. 354. ὃ αὐξῆσαν ἔλεγεν αὐτῷ θεὸς πολεμήσειν αὐτοῦ τὸ ἔθνος, *quod adultum Deus ipsi dixit, bellum contra gentem ipsius esse gesturum.*

v. 34.

Ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς.

Aegre fecit B. Oleario *Obs. ad Matth.* ad h. l. p. 237. quod voces ἀρκετὸν et κακία genere inter se diferepent. Sed frequens est, vt Adiectiua neutra cum fubstantiuis diuersi generis construantur, ita vt voces τὶ, πρᾶγμα, aut similes aliae sint subintelligendae. Sic in facris 2 Cor. 2, 6. In profanis Hippocrates περὶ εὐσχημοσύνης fect. 1. p. 25. καλὸν ἐκ τοῦ διδαχθέντος ἔργου λόγος. Plutarchus de *virtute mor.* p. 450. τυφλὸν ἐστιν ἡ ὀργή. Idem *de ira cohib.* p. 462. οὔτε φιλία μετ' ὀργῆς ἀνεκτὸν, ἀλλὰ χωρὶς ὀργῆς καὶ μέθη κοῦφον ἐστιν. Idem *de amore frat.* p. 491. ἵππος τῇ φύσει φιλάνθρωπον, καὶ κύων φιλοδέσποτον. Achilles Tat. l. 1. p. 27. πονηρὸν μὲν γυνή, idem l. 7. p. 415. περίεργον ἄνθρωπος ἀτυχῶν.

Vocem κακία hic pro *vexatione* f. *afflictione* positam, Hellenistis propriam esse, contra Pfochenium defendit Gatakerus de *stilo N. T.* c. 13. Ego ex puriori graecismo vocem paulo aliter puto interpretandam esse, hoc fensu: *sufficit, vt suo, quaeque dies vitio laboret.* Per *vitium* quodlibet malum physicum intelligo, eo fensu, quo latini dicunt: *vt capiant vitium ni moueantur aquae.* Sic Iosephus *ant. Iud.* l. 3. c. 1. p. 70. 71. et Philo *vit. Mosis* p. 631. *amaritudinem* aquae, a Mose fublatam κακίαν illius vocant. Plutarchus de *inuid. et odio* p. 537. deformi Thersitae τοῦ σώματος κακίαν, *vitia corporis* tribuit. Polybius l. 6. c. 8. p. 658. quamlibet reipublicae formam dicit: ταχέως εἰς τὴν οἰκείαν καὶ φύσει παρεπομένην ἐκτρέπεσθαι κακίαν, *facile ad proprium et natura adhaerens sibi vitium deflectere.* Etiam Dionysius Hal.

Hal. *ant. Rom.* l. 4. p. 267. *παρακολουθούσας* vocat *ἑκάστη τῶν πολιτειῶν κακίας*. Idem l. 6. p. 370. *πᾶσαν κακίαν καὶ διαφορὰν καὶ ἀνατροπὴν πόλεως*, *omnem adflictionem* (l. omne vitium) *et dissensionem et euersionem vrbis ortum trahere ex interuerso aere alieno. Vitia* diei igitur sunt omnia mala, quae homini quoque die eueniunt, adflictiones et molestiae quas patitur, curae praesertim, quas ob necessitates huius vitae subire tenetur.

Opposita sunt Christi monita vanis de tempore futuro curis, a fiducia in diuina prouidentia collocanda aberrantibus, quas satis caussae erat et in Iudaeis et gentilibus reprehendere. Romani veteres teste Plutarcho *quaest. Rom.* p. 279. *τὴν τράπεζαν οὐκ εἴων ἀναιρεῖσθαι κενὴν, ἀλλὰ πάντως τινὸς ἐπόντος*, *mensa cum tolleretur, semper aliquid super illa volebant relinqui*, idque coniiciente Plutarcho: *αἰνιττόμενοι τὸ δεῖν ἀεί τι τοῦ παρόντος εἰς τὸ μέλλον ὑπολιπεῖν, καὶ τῆς αὔριον ἐν τῇ σήμερον μνημονεύειν.* Idem *sympos.* l. 7. qu. 4. p. 703. dicit: *Pythagoram prohibuisse choenici insideri διδάσκοντας ὑμᾶς ἀεί τι τοῦ παρόντος εἰς τὸ μέλλον ὑπολιπεῖν, καὶ τῆς αὔριον ἐν τῇ σήμερον μνημονεύειν, quo nos docuerit, semper aliquid de praesenti in futurum relinquere et crastinae diei hodie meminisse.* Anxias tamen de incertis futurorum temporum fatis curas damnat Sophocles in *Trachiniis* p. 354. *εἴ τις δύο, Ἢ καὶ πλέους τὶς ἡμέρας λογίζεται, Μάταιός ἐστιν. Οὐ γάρ ἐσθ' ἥγ' αὔριον, Πρὶν εὖ πάθῃ τις τὴν παροῦσαν ἡμέραν, Dies si quis duos pluresue computat sibi, est stolidus, haud enim certa est dies crastina, antequam praesens bene acta sit dies.*

CAP. VII. v. 7.

Αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν, Ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε.

Solemnes erant graecis eiusmodi formulae, quibus hic Christus omnia bona et inprimis Spiritum sanctum Luc. 11, 13. a patre coelesti peti debere praescribit. Plu-

tarchus de *fortuna* p. 98. non omnia a fortuna, sed et multa ab humana industria et consilio pendere probaturus, haec Sophoclis adducit:

Τὰ μὲν διδακτὰ μανθάνω, τὰ δ' εὑρετὰ
Ζητῶ· τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ Θεῶν ἠτησάμην.

Discenda disco, inuenienda quaero, votis optanda a Diis expeto. Ibid. et haec Sophoclis profert: πᾶν τὸ ζητούμενον ἁλωτὸν, ἐκφεύγει δὲ τ' ἀμελούμενον, *Quidquid quaeritur, licet inuenire, neglectum vero latet.* Desumta haec sunt ex *Oedypo Tyr.* p. 131. Hinc in Arriani *Diss. Epict.* l. 1. c. 28. p. 156. et l. 3. c. 26. p. 355. Ζήτει καὶ εὑρήσεις, *quaere et inuenies.* Plura dabit Pricaeus ad Luc. 11, 9. 10. Constructio similis est apud Plutarchum *de ira coh.* p. 459. μὴ κλαῖε, καὶ λήψῃ, μὴ σπεῦδε, καὶ μᾶλλον ἃ θέλεις γενήσεται, *noli flere et accipies, noli festinare, et eo magis fiet, quod vis.*

v. 17.

Τὸ δὲ σαπρὸν δένδρον καρποὺς πονηροὺς ποιεῖ.

Σαπρὸν δένδρον est *arbor malae indolis*, quod recte in Polybianis obseruauit Raphelius. Addo ex Arriano *Diss. Epict.* l. 4. c. 11. p. 423. qui τὰ σαπρὰ χηνίδια vocat, *anseres malae indolis*, quod scilicet in coeno volutarentur.

Phrasis ποιεῖν καρπὸν hebraicae עשה פרי Gen. 1, 11. 12. respondet, adeoque a Vorstio pro *hebraismo* habetur. At ποιεῖν Graecis frequenter idem est quod: *producere*, e. g. Aristoteles *problem. sect.* 18. p. 937. ποιεῖ ὕπνον, ibid. *sect.* 26. p. 994. πολλὰ νέφη ποιεῖν, *multas nubes producere.* Totam igitur phrasin ex Aristotele graecis vindicare studuerunt alii. Addo Plutarchum de *consolat. ad Apoll.* p. 111. καὶ γὰρ ἄριστα φυτῶν τὰ πλεῖστον καρπὸν ἐν βραχεῖ φορᾶς ποιούμενα, *plantae optimae sunt, quae plurimum fructum minimo tempore producunt.*

CAP.

CAP. VIII. v. 3.

Καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα.

Cel. Heumannus *in Comment. ad h. l.* hanc phrasin inter plebeias refert, quae apud Graecos stili elegantiam sectantes non occurrat. Plurimi hypallagen verbis his inesse statuunt. Ioh. Ioach. Weidner in *Differt. de hypallage ex h. l. explosa*, Rost. 1708. verba nostra vertit: *et statim munda declarata est ipsius lepra.* Cui phrasi tunc omnino similis esset ista, Leuit. 13, 13. וטהר את הנגע *et puram declarabit plagam.* Sed vt taceam, aeque durum esse: *puram declarare lepram*, ac: *illam mundare:* si ita verba nostra capias, in textu plane deesset mentio, quod Christus lepram reuera miraculose sustulerit; imo sic Christo aliquid tribueretur, quod ipse tamen sec. v. 4. a sacerdotibus fieri debere iussit. Ego sic verto: *et statim expurgata* (s. purgamenti instar e medio sublata) *est eius lepra.* Verba *purgandi* apud Graecos eleganter simul habent notionem *expurgandi* et *purgamentum remouendi*, et tam cum re quae purgatur, quam cum purgamento, quod remouetur construi possunt. Sic καθαίρειν *purgare* Ioh. 15, 2. Hebr. 10, 2. est: *expurgare* apud Homerum *Odyss. Z.* v. 93. ἐπεὶ πλῦνάν τε καθῆράν τε ῥύπα πάντα, *postquam lauerunt et expurgarunt sordes omnes. Hippocrates de morbo sacro sect.* 3. p. 87. τὰ μέγιστα τῶν ἁμαρτημάτων τὸ θεῖον ἐστὶ τὸ καθαῖρον, *Vide ibid.* p. 88. Appianus de *bell. Mithr.* p. 414. τά τε λῃστήρια καθῆρας, *piratas expurgans.* Arrianus *de rebus Ind.* p. 524. de Hercule dicit: καθάραντα ὅ, τι περ κακὸν, *quod quodlibet malum expurgauerit.* Idem *Differt. Epict.* l. 2. c. 16. p. 217. de eodem: περιῄει καθαίρων ἀδικίαν καὶ ἀνομίαν. Ἀλλ' οὐκ εἶ Ἡρακλῆς, καὶ οὐ δύνασαι καθαίρειν τὰ ἀλλότρια κακά. Ἀλλ' οὐδὲ θησεὺς, ἵνα τὰ τῆς Ἀττικῆς καθάρῃς· τὰ σαυτοῦ κάθαρον. *Circumibat vt iniuriam et iniquitatem expurgaret. At non es Hercules, nec aliena mala purgare potes, ac ne Theseus quidem, vt Atticae mala purges,*

purges, tua ipsius purgato. Ibid l. 1. c. 6. p. 100. de eodem dicit, quod leonem et hydram et aprum et feros quosdam homines ἐξήλαυνε καὶ ἐκάθηρε *expulerit et expurgauerit.* Eodem sensu vox occurrit ibid. l. 3. c. 24. p. 330. et l. 3. c. 26. p. 351. et apud Plutarchum de *placit. philos.* l. 1. p. 881. Ἐκκαθαίρειν apud Xenophontem de *expedit. Cyri* l. 1. p. 170. est *purgare.* Dicit: ἀσπίδας ἐκκεκαθαρμένας, *scuta purgata.* In epist. 1. ad Cor. c. 5. 7. vero est: *expurgare, remouere*, vt et apud Dinarchum *orat. cont. Aristogit.* p. 67. ἀλλ᾽ ἐκκαθάρατε καθ᾽ ὅσον δύνατόν ἐστιν τὴν δωροδοκίαν ἐκ τῆς πόλεως, *sed expurgate quoad eius fieri potest, munerum corruptelam ex vrbe.* Quid multis? etiam verbum καθαρίζειν est: *tollere remouere.* LXX. interp. Deut. 19, 13. καὶ καθαριεῖς τὸ αἷμα τὸ ἀναίτιον ἐξ Ἰσραὴλ, *et expurgabis (remouebis, hebr.* ובערת) *sanguinem innocentem ex Israele.* Philo *allegor. legis* l. 1. p. 49. dicit: *Deum iussisse* καθαίρειν τὴν ἀκροβυστίαν, *remoueri praeputium* arborum, vbi ad Leu. 19. 23. alludit, quem locum ita vertunt LXX. interp. περικαθαριεῖτε τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτοῦ, *expurgabitis immunditiem eius.*

v. 6.

ὁ Παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ.

Vocem Παῖς, pro *seruo* adhibitam, licet ab *Hebraismi* accusatione liberauerit Pfochenius, Schoetgenius tamen in *horis hebr.* T. 2. p. 990. inter hebraismos refert, qui ex antiquis scriptoribus graecis refelli non possint. Contrarium iam dudum ostendisse satis videtur Elsnerus ad Luc. 7, 7. adiiciam tamen symbolam. Diodorus Sic. l. 17. c. 36. οἱ τοῦ βασιλέως παῖδες, *serui regis* Alexandri coenam ipsi parabant in tentorio Darii. Plutarchus in *Arato* p. 1047. *Regem Antigonum et Aratum tapete allato* ἀμφοτέρους ὁμοῦ περιέβαλον οἱ παῖδες, *ambos simul tegebant famuli.* Lucianus *in Asino* quem p. 111. θεράποντα vocauerat, eundem p. 113. et p. 117. τὸν παῖδα, *famulum* suum

suum appellat. Ibid. p. 114. dicit, se mulierem obuiam sibi factam pro opulenta habuisse, quoniam uestes ipsius fuissent floridae, καὶ παῖδες συχνοὶ, καὶ χρυσίον περιττὸν, *et famuli multi, aurumque copiosum.* Libanius *epist.* 88. p. 47. Zoilum παῖδα *seruum* vocat, qui praeclara τῷ δεσπότῃ. *Domino* suo praestet officia.

Βέβληται, *decumbit*, vi quadam morbi in lectum veluti *proiectus* est. Sic Apoc. 2, 22. de Iezabele: ἰδοὺ βάλλω αὐτὴν εἰς κλίνην, *in morbum illam coniiciam.* Plutarchus de *cupidit. diuit.* p. 524. si *medicus intret*: πρὸς ἄνθρωπον ἐῤῥιμμένον ἐν τῷ κλινιδίῳ καὶ στένοντα καὶ μὴ βουλόμενον τροφὴν λαβεῖν, *ad hominem in lecto proiectum et gementem et cibum auersantem.*

v. 19.

Καὶ προσελθὼν εἷς γραμματεύς.

Vocula εἷς h. l. pro: τὶς, *aliquis* ponitur, absque *hebraismo.* Plutarchus de *auditione* p. 46. Cum Euripides carmen aliquod dictaret: εἷς ἐγέλασεν, *ridebat aliquis.* Idem de *superstit.* p. 169. ὥσπερ ἐν σαγήνη μιᾷ, *veluti in reti quodam.* Idem in *Apophtheg.* p. 181. Ταξίλης εἷς τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς ὢν, *Taxiles quidam, qui rex erat Indorum.* Lucianus *dial. mar. Alph. et Nept.* p. 192. τῶν Νηρηΐδων αὐτῶν μιᾶς, *aliquam e Nereidibus ipsarum.* Idem in *Demonacte* p. 1012. ἕνα γοῦν ἰδὼν κυνικὸν, *Cynicum igitur quendam videns.* Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 58. ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἰλιάδων, *a muliere quadam ex Troianis.*

v. 21.

Κύριε ἐπίτρεψόν μοι πρῶτον ἀπελθεῖν καὶ θάψαι τὸν πατέρα.

Praecipuum filiorum officium erat apud Iudaeos *sepelire parentes*, quod negligere turpe habebatur. Sic Tob. 6, 15. Tobias ob id ipsum mortem parentum caussa reformidat, quoniam υἱὸς ἕτερος οὐκ ὑπάρχει αὐτοῖς, ὃς θάψει αὐτοὺς, *filium alium non haberent, a quo sepe-*

ſepeliri poſſent. Sic Ioſephus *ant. Iud.* c. 19. p. 490. prius dicit Phaſaeli curae fuiſſe, τάφον κοσμεῖν τῷ πατρὶ, *ſepulcrum patris* Antipatri *exornare*, quam mortem eius vlciſci. Hinc quum Ioſephus patriarcha non a filiis ſuis ſed a filiis Iſrael ſepultus eſſe dicatur, Ioſuae 24, 32. mirantur id Talmudici in Gemara *Tract. Sota.* p. 298. Edit. Wagenſeil dicentes: או לא איעסקו ביה ישראל בניה לא היו מיעסקי ביה *Quodſi Iſraelitae non feciſſent hoc officium, an filii eius hoc non curaſſent?* Ad hoc vero reſpondetur ibidem: הניחו לו כבודו במרובין יותר מבמועטין *reliquiſſe illos ipſi honorem ſuum, qui maior erat, ſi a multis, quam ſi a paucis ſepeliretur.* Imo officium ſepeliendi mortuos adeo fuiſſe neceſſarium, vt ceſſare propter illud debuerit ſtudium legis, probauit Schoetgenius in *Horis Hebr.* ad h. l.

Similiter apud Graecos piaculum erat, iuſta parentibus non rite facere. Apud Homerum *Odyſſ.* B. ṽ. 101. 102. p. 28. Penelope linteum pro ſocero Laerte morituro ſtudet perficere dicens:

Μήτις μοι κατὰ δῆμον Ἀχαιϊάδων νεμεσήσῃ
Αἴκεν ἄτερ σπείρου κεῖται, πολλὰ κτεατίσσας.

Ne aliqua me in populo mulierum Graecarum culpet, ſi quidem abſque tegumento iacuerit multa poſſidens. In Xenophonte de *dict. et f. Socratis* l. 2. p. 465. Socrates de vrbe Athenienſium dicit: ἐάν τις τῶν γονέων τελευτησάντων τοὺς τάφους μὴ κοσμῇ καὶ τοῦτο ἐξετάζει ἡ πόλις ἐν ταῖς τῶν ἀρχόντων δοκιμασίαις, *ſi quis parentum defunctorum ſepulcra non ornet: in hoc etiam ciuitas inquirit in electionibus magiſtratuum.* Demoſthenes *cont. Ariſtogit.* p. 496. de Ariſtogitone dicit: *Patrem* ἀποθάνοντα ὁ ἀσεβὴς οὗτος καὶ μιαρὸς οὐκ ἔθαψεν, οὐδὲ τοῖς θάψασι τὴν ταφὴν ἀπέδωκεν, *mortuum impius iſte et nefarius non ſepeliit, neque iis, qui ſepelierant, ſumtum funeris reſtituit.*

Quum mors et ſepultura ex ritu hebraeorum anguſto diſtent interuallo, haud probabile eſt, hunc diſcipulum patre

patre iam mortuo demum a Christo petiisse, vt sepulturae curam suscipere liceret, verba igitur: *permitte, vt patrem sepeliam:* eum habent sensum: permitte, vt ad patrem senem iam, fortasse etiam iam aegrotantem redeam, ad mortem vsque illi opem feram, mortuumque tandem sepeliam. Consequens ponitur, antecedente simul inclufo. Sic melius perspicitur, cur votis non annuerit Christus. Nam praeter ea, quae Matth. 10, 37. 38. dicuntur, potuisset mens huius discipuli Christo iam dedita, longiori apud patrem mora, iterum abalienari et terrenis huius vitae cupiditatibus implicari, aut saltem in obtinenda pleniori Iesu Christi cognitione impediri.

v. 23.

Ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

Frequens est Matthaeo, participio cum pronomine in Datiuo posito, paulo post pronomen in Datiuo repetere, e. g. Matth. 8, 1. et 28. c. 9, 27. 28. Hinc Beza in notis ad c. 8, 1. posterius αὐτῷ abundare dicit. At aptius est, duos Datiuos vt absolute positos, vertere in Ablatiuo. Satis enim apud Graecos est vsitatum pro duobus Genitiuis absolutis, duos ponere Datiuos. Sic Iosephus *ant. Iud.* l. 8. c. 7. p. 286. Μονωθέντι δ' αὐ ἀπὸ τοῦ βασιλέως ὠβεδίᾳ, συνήντησεν αὐτῷ ὁ προφήτης, *Obedia vero a rege digresso, eidem* (sc. Obediae) *obuiam venit propheta.* Frequens hoc est Pausaniae. Sic l. 4. *in Messen.* p. 271. καὶ μὴ συντελοῦσιν αὐτοῖς ἐς τὸ συνέδριον ὡς ἐπὶ Λακεδαιμονίους τὰ Ἀχαιῶν ὑπάρχει, *quod etiam illis se concilio non adiungentibus, Achaei tamen Lacedaemoniorum hostes futuri essent. Lib. 2. in Corinth.* p. 156. Ἐς τοῦτο τὸ Τημένιον ἰοῦσιν, ὅτε Φρίξος ποταμὸς ἐκδίδωσιν ἐς θάλασσαν, *Temenium contendentibus Phryxus in mare se effundit.* Ibid. p. 150. Πλέοντι ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν, ἄκρα τ' ἐστὶν ἑτέρα, *vrbem versus nauigantibus aliud promontorium conspicitur.* Vide ibid. p. 141.

p. 141. et 131. cet. Verba itaque noſtra verto: *Et nauigium illo conſcendente, ſequebantur illum.*

CAP. IX. v. 6.

Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας (τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ)· ἐγερθεὶς ἆρόν σου τὴν κλίνην καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου.

Quum hic in periodo compoſita protaſis ad ſcribas, apodoſis vero ad paralyticum directa ſit: Eraſmo aliisque duriuſcula oratio eſſe viſa eſt. Mihi duplex in mentem venit rem explicandi via. Vel ſublata parentheſi poſt vocem ἁμαρτίας punctum pono et verto: *Scitote vero quod poteſtatem habeat filius hominis peccata remittendi in terra.* Sic eleganter flueret in noua propoſitione comma ſequens: *deinde dixit paralytico.* Quod vero ἵνα εἰδῆτε vertam: *ſcitote*, tueri poſſem. Frequens eſt in ſacris et profanis ἵνα cum coniunctiuo ſequente, poni loco imperatiui. Sic Marc. 5, 23. ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας, *veniens impone illi manus.* 1 Tim. 1, v. 3. ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, *praecipe nonnullis ne alia doceant*, ad quem locum vide notanda ex profanis. Quoniam tamen Marc. 2, 10. et Luc. 5, 24. vocula τότε deeſt, hac abſente impeditior fit oratio, ſi voce λέγει nouam periodum velis inchoare, quanquam et id exemplis ſimilibus e. g. Ioh. 2. v. 4. 5. 7. defendi poſſit. Malim igitur omnino retineri periodum compoſitam, protaſi ad multos, apodoſi vero ad vnum referenda. Quod ne durum videretur parentheſi verborum: λέγει τῷ παραλυτικῷ emolliuerunt ſcriptores ſacri. Eſt ſane hoc elegans loquendi genus Demoſtheni familiare. Demoſthenes *de corona* p. 329. ἵνα τοίνυν εἰδῆτε, ὅτι αὐτός μοι μαρτυρεῖ, ἐφ' οἷς ὢν ὑπεύθυνος ἦν, ἐστεφανῶσθαι, λαβὼν ἀνάγνωθι τὸ ψήφισμα ὅλον, *vt igitur ſciatis, quod ipſe mihi teſtetur, me ob ea eſſe corona donatum,*

natum, propter quae rationes mihi reddendae non fuerunt: cape et recita totum decretum. Ibid. p. 335. ἵν' εἰδῆτε, ἡλίκα πράγματα ἡ μιαρὰ κεφαλὴ ταράξασα αὕτη δίκην οὐκ ἔδωκε· λέγε μοι τὰ δόγματα, *vt sciatis, quantis rebus turbatis nefarium istud caput poenas non dederit: recita mihi decreta.* Vide ibid. p. 356. Idem *adu. Leptinem* p. 379. ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· λάβε μοι πρῶτον μὲν τῆς στήλης τὰ ἀντίγραφα, *vt autem sciatis, haec ita se habere: cape primo exemplum columnae*, idem *adu. Aristoc.* p. 453. ἵνα τοίνυν εἰδῆτε, ὅτι ταῦτ' ἀληθῆ λέγω· λάβε μοι τὴν ἐπιστολὴν, idem *in Stephan.* or. 1. p. 610. ἵνα δ' εἰδῆτε ταῦτα ὅτι ἀληθῆ λέγω· λάβε μοι τὴν τοῦ κηφισοφῶντος μαρτυρίαν, idem *in Stephan.* or. 2. p. 620. ἵνα δ' εἰδῆτε ἀκριβῶς· αὐτὸν τὸν νόμον μοι ἀνάγνωθι, *vt autem rem accurate sciatis: ipsam mihi legem recita*, idem *adu. Timoth.* p. 705. ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι καὶ ἄνευ ἐνεχύρων ὠφειλέ τισι τῶν πολιτῶν οὐκ ἔχων ὑποθεῖναι τὰ ἄξια, ἀνάγνωθί μοι τὴν μαρτυρίαν, *vt autem sciatis, eum etiam sine pignoribus debuisse quibusdam ciuibus, quum nihil sufficiens haberet oppignorandum: lege mihi testimonium.* Vide Eundem *adu. Boeotum* p. 638

v. 10.

Τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ ἐλθόντες συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ.

Quemadmodum teste historia euangelica Pharisaei familiare Iesu Christi cum peccatoribus commercium et conuictum in vitio ponebant Matth. 11, 19. Luc. 15, 2: sic et profani cibum cum impiis capiendo inquinari se credebant. Queritur de hoc Orestes matricida apud Euripidem *Iphig. in Tauris* hospites se Athenas euntem communione cibi et potus exclusisse, v. 949. dicens: ξένια μονοτράπεζά μοι παρέσχον οἴκων, *hospitalia munera in singulari mensa mihi tribuerunt in domibus*, et v. 951. addens: ὅπως δαιτὸς γενοίμην πώματός τ' αὐτῶν δίχα, εἰς δ' ἄγγος ἴδιον ἴσον ἅπασι Βακχίου μέτρημα πληρώ-

 σαντες,

σαντες, εἶχον ἡδονὴν, *ut a cibi potusque communione semotus essem, in vas proprium aequalem omnibus Bacchici liquoris mensuram infundentes, habebant voluptatem.* Ibid. in *Andromache* v. 657. Menelaus Peleo Achillis patri familiaritatem cum Andromache, cuius lenir Paris Achillem, interfecerat, exprobrat, dicens: καὶ τῇδε γ' εἰσέρχῃ σὺ ταυτὸν εἰς στέγος, καὶ ξυντράπεζον ἀξιοῖς ἔχειν βίον, *Et tamen tu cum hac idem subis tectum, et eiusdem mensae participem vitam cum ea vis habere.* Apud Lucianum de Antiphilo sacrilegii reo dicitur in *Toxari* p. 75. *Qui fuerant hactenus amici auersabantur hominem, tanquam qui templum Anubis spoliasset*, καὶ ἀσέβημα αὐτῶν ἡγοῦντο εἶναι, εἰ συνέπιόν ποτε καὶ συνειστιάθησαν αὐτῷ, *seque impie fecisse putabant, si vnquam cum ipso bibissent vel edissent.* Seneca pater *controu.* l. 1. *cont.* 2. p. 52. de sacerdote quadam dicit: *Hispo Romanus - - - tractauit, impuram esse - - - quae cibum cum impuris ceperit.* Hinc Theognis in *sentent.* p. 162. praecipit: κάκοισι δὲ μὴ προσομίλει ἀνδράσιν ἀλλ' αἰεὶ τῶν ἀγαθῶν ἔχεο, καὶ μετὰ τοῖσι πῖνε καὶ ἔσθιε καὶ μετὰ τοῖσιν ἵζε, *malis vero non conuersare viris, sed semper bonis adhaere, et cum illis bibe et comede et cum illis morare.*

v. 13.

Πορευθέντες δὲ μάθετε τί ἐστιν, ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν.

Verbum πορεύεσθαι et similia a graecis saepe in participio pleonastice ponuntur. Sic Iosephus *ant.* l. 8. c. 8. p. 290. τοῖς πρέσβεσιν ἐκέλευσεν πορευθεῖσι λέγειν αὐτῷ τῷ βασιλεῖ. Idem ibid. c. 2. p. 267. ὕλην ξύλων ἀπελθὼν ἔκοψεν ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ λεγομένου λιβάνου. Arrianus *Diss. Epict.* l. 4. c. 9. p. 414. οὐκ ἂν ἀπελθὼν αὐτόχειρ ἐγένου τοῦ ἀνθρώπου; *nonne veniens hominem iugulares?* Xenophon *Cyrop.* l. 2. p. 39. ἐκείνου δ' ἐλθόντες πυνθάνεσθε ὅ, τι λέγει. Vide dicta ad Matth. 2, 23.

Ἔλεον θέλω, *placet mihi misericordia.* Sic Andocides *orat.* 3. p. 281. φιλότητα ἀντὶ διαφορᾶς ἐθέλοντες, cum

cum amicitia illis magis quam diffidia placerent. Propofitio eft comparatiua non abfolute negatiua, hoc fenfu: *Magis mihi placet mifericordia quam victimae.* Sic Aelianus *Var. Hift.* l. 12. c. 56. τῶν θρεμμάτων ποιῦνται πρόνοιαν οἱ μεγαρεῖς τῶν παιδῶν δὲ ὂχι, *pecora Megarenfibus magis curae funt, quam liberi.*

Mentem Deo facratam plus Deo placere, quam facrificia non folum Iudaei agnofcebant Marc. 12, 33. fed et profani. Sic Porphyrius de *abftinent.* l. 2. p. 233. πεισθεὶς δὲ, ὅτι τῦτων χρείαν ὀκ ἔχυσιν οἱ θεοὶ, εἰς δὲ τὸ ἦθος ἀποβλέπυσι τῶν προσιόντων, μεγίστην θυσίαν λαμβάνοντες, τὴν ὀρθὴν περὶ αὐτῶν τε καὶ τῶν πραγμάτων διάληψιν, πῶς ὀ σώφρων καὶ ὅσιος καὶ δίκαιος ἔσαι; θεοῖς δὲ ἀρίστη μὲν καταρχὴ, νῦς καθαρὸς καὶ ψυχὴ ἀπαθὴς, *qui perfuafus eft, Deos his rebus non indigere, fed ad mores eorum, qui offerunt, refpicere et pro maximo facrificio habere rectam de ipfis eorumque operibus aeftimationem, nonne is fobrius erit et fanctus et iuftus? Diis enim optimae funt primitiae mens pura et anima ab affectibus libera.* Vide eundem p. 230. Hierocles in *aur. carm. Pyth.* p. 25. Μόνος οἶδε τιμᾶν ὁ τὴν ἀξίαν μὴ, συγχέων τῶν τιμωμένων, καὶ ὁ προηγεμένως ἱερεῖον ἑαυτὸν προσάγων καὶ ἄγαλμα θεῖον τεκταίνων τὴν ἑαυτῦ ψυχὴν καὶ ναὸν εἰς ὑποδοχὴν τῦ θείυ φωτὸς τὸν ἑαυτῦ παρασκευάζων νῦν, *ille folus Deum honorare nouit, qui eorum, quos honorat, dignitatem non confundit, qui in primis femetipfum vt hoftiam offert, animam fuam diuinum fimulacrum facit, et mentem fuam vt templum ad lumen diuinum fufcipiendum praeparat.*

v. 24.

Οὐ γὰρ ἀπέθανε τὸ κοράσιον.

Vocem κοράσιον non bonae notae effe docuerunt Grammatici graeculi Phrynichus et Thomas Magifter, nec refragatur iis Cel. Alberti in *Obferu.* ad Marc. 6, 22. Iul. Pollux quoque l. 2. p. 83. dicit: τὸ δὲ κοράσιον εὐτελὲς, *vox κοράσιον vulgaris eft.* Vfi tamen funt hoc vocabulo

 pro-

probati auctores. Sex exempla in quibus vox *κοράσιον* et duo in quibus vox: *κορασίδιον* occurrit ex Arriani *Diss. Epict.* producit *Cel.* Georgius in *Hierocritico N. T.* p. 127. Obseruaui in eodem Arriano *Diss. Ep.* vocem *κορασίδιον* praeterea sexies l. 1. c. 18. p. 133. c. 28. p. 157. l. 2. c. 22. p. 242. c. 24. p. 255. l. 3. c. 12. p. 289 et 290. Voce *κοράσιον* vero vtitur quoque scriptor elegans Lucianus *in asino* p. 116. *σφόδρα γὰρ ἦν ἰταμὸν καὶ χαρίτων μεςὸν τὸ κοράσιον*, *valde enim impudens et gratiae plena erat puella*, ibid. p. 149. *ὦ κοράσια δοῦλον ὑμῖν ἐώνημαι καλὸν*, *o puellae! seruum vobis emi bonum*, et paulo post: *τὰ κοράσια ταῦτα*, *puellae istae.* Diogenes Laertius l. 6. c. 2. n. 6. p. 619. *ὡς ὑπὸ τοῦ τυχόντος κορασίου τραχηλίζεται*, *quomodo a vulgari puella per collum raptus abducitur.* Plutarchus voce *κορασιώδης* vtitur *sympos.* l. 2. qu. 1. p. 645. *ὅλως γὰρ εἶναι τοὺς ἀνθίνους κορασιώδεις*, *omnino enim coronas floreas puellas decere*, Idem *non suau. viui sec. Epic.* p. 1097. *χαρὰς gaudia* vocat: *ἀγεννεῖς καὶ κορασιώδεις ignobilia et puellas decentia.*

v. 36.

Ἦσαν ἐκλελυμένοι καὶ ἐῤῥιμμένοι ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα.

Quum argumentis externis satis probauerit Bengelius pro *ἐκλελυμένοι*, legi debere *ἐσκυλμένοι*, non est, quod in explicatione vocis prioris multum laboremus. Verterat illam post Bezam Elsnerus: *dissipati erant* s. *dispersi.* Sed locos veterum, quibus notionem hanc probatum iuerat Cel. Elsnerus, aliter interpretandos esse, satis euicisse videtur Cel. Alberti *obs. ad* h. l. Addam igitur locum, in quo vox *ἐκλύειν* est: *dissipare.* Lucianus in *Cataplo* p. 443. de homine auaro numos corradente dicit: *κατὰ μικρὸν συλλέγων τὰ μεθ' ὀλίγον ἐκλυθησόμενα*, *minutatim colligens*, *quae paulo post erant dissipanda.*

Vocis *σκύλλειν* notio primitiua fugisse videtur interpretes. De capillis vox proprie adhibetur et est: *vellere*, *vellicare*, *τίλλειν.* Cyrus Theodorus apud Stobaeum

p. 620.

p. 620. amicitiam vocat: συγγὴν, κατηφῆ τὴν κόμην ἐσκυλμένην, *moestam, tristem et quae comam sibi vellicasset.* Sic in prouerbio est: πολιὰς τρίχας σκύλλειν ἀσεβὲς, *impium est canos vellicare crines.* Inde fluit significatus metaphoricus: *vexare*, cuiusuis generis turbis et molestia adficere. Sic 3 Maccab. 4, v. 6. vxores Iudaeorum recens nuptae ἐσπαραγμέναι σκυλμοῖς ἀλλοεθνέσι, *vellicationibus aliarum gentium laceratae* esse dicuntur, vbi deriuatum σκυλμὸς occurrit. Herodianus vero l. 7. p. 263. de Maximino dicit, quod ille multos viros illustres, festinato itinere sine omni ministerio ad se venire iussos: σκύλας δὲ καὶ ὑβρίσας, *vexatos et iniuria adfectos* exilio vel morte puniuerit. Similiter Ptolemaeus 3 Mac. 3, v. 25. Iudaeos μετὰ ὕβρεως καὶ σκυλμῶν, *cum contumelia et adflictione ad se mitti iubet.* Vox haec praeterea 3 Mac. 7, v. 5. occurrit. Vid. Differt. Dresigii de notione verbi: σκύλλω.

Vellicabatur vero et *vexabatur* eo tempore populus Iudaicus, 1) dum veris pastoribus destituti, vigentibus diuersis inter Iudaeos sectis, modo ad has, modo ad illas partes amplectendas *allicebantur* et trahebantur. 2) Dum a pharisaeis, quorum principem locum tenebant placita, per φόρτια δυσβάστακτα *fatigabantur* Matth. 23, 4.

Ἐῤῥιμμένοι vero, idem est, quod *abiecti, neglecti* qui vt עם הארץ, vt ὄχλος μὴ γινώσκων τὸν νόμον Ioh. 7, 49. a doctoribus Iudaicis, contemnebantur, et de quorum aeterna salute illi legitimam curam omnem abiecerant. Vtuntur voce de re quacunque, quae *negligitur*, et cuius cura omnis *abiicitur*. Heraclides Ponticus *allegor. Hom.* p. 411. ἀβασάνιστος αὐτοῖς ἡ τῆς ἀληθείας κρίσις ἔῤῥιπται, *non tentatum veritatis iudicium abiiciunt.* Speciatim de hominibus *abiectis* et *neglectis*. Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 506. ἀφείλεσθε μὲν πάντα τἀμὰ καὶ τὸ μηδὲν ποιήσαντες ἐῤῥίψατε, *exutum me bonis omnibus et in nihilum redactum abiecistis.* Plutarchus *in Timoleonte* p. 242. *Alii cladibus eius* (sc. Dionysii) *ex odio laeti, libenter*

benter eo concurrerunt, οἷον ἐῤῥιμμένον ὑπὸ τῆς τύχης πατήσοντες, *vt velut a fortuna abiectum conculcarent.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 2. c. 22. p. 245. πόθεν οἶδας, εἰ τὴν χρείαν σ' ἀποβαλόντα τὴν τῦ σκευαρίε, ῥίψει σ' ὡς κατεαγὸς πινάκιον, *Vnde scis, anne te* (amicus) *cum vasculi vsum praebere desieris, ita sit abiecturus vt confractam tabellam?* Sic de liberis quos exponebant veteres et *abiiciebant*, ibid. l. 1. c. 23. p. 143. *pater et mater* ἐκ ἂν σὲ ἔῤῥιψαν, *tamen te non abiecissent*, ibid. l. 3. c. 22. p. 318. *Melius fuisset*, αὐτὰ γενόμενα ῥίψαι, *illos natos abiicere, quam ita occidere.* Item de pauperibus, qui in viis *abiecti* et *neglecti* sedebant. Ibid. l. 3. c. 26. p. 347. *Noctu et interdiu frigore rigentes* καὶ χαμαὶ ἐῤῥιμμένοι, *et humi iacentes.* Themistius *orat. 33. de nom. reg. et conf.* p. 365. de diuitibus dicit: οἰμώζεσι μᾶλλον τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐῤῥιμμένων, *magis gemunt, quam qui in viis abiecti iacent.* Frequentius tamen est abiiciendi et negligendi sensu τὸ ἀποῤῥίπτειν. Demosthenes *cont. Ctesiph.* p. 319. ἐκ ἀπεῤῥιμένοι, *nonne abiecti sunt?* Libanius *epist.* 88. p. 47. ἕτως ἡμᾶς ἀπέῤῥιψας, *adeo nos abiecisti.* Cicero l. 9. *ad Atticum* epist. 12. de Pompeio dicit: *Nunciant Aegyptum et Arabiam* εὐδαίμονα *cogitare, Hispaniam abiecisse.*

CAP. X. v. 11.

Ἐξετάσατε τίς ἐν αὐτῇ ἄξιός ἐςι, κἀκεῖ μείνατε ἕως ἂν ἐξέλθητε.

Quis in illa dignus sit. Subaudiri iubet Hombergius *in parergis*: τῆς αἰωνίε ζωῆς, *qui dignus sit vita aeterna.* At ellipseos supplementa sunt probabiliora, quae breviora et ex vicinia petita. Quum igitur sequatur: τὸ μείνητε, aptius est, respici ad hanc vocem et suppleri vocem: τέτε *qui sc. hac re dignus est, vt apud eum maneatis.* Aut si placet, supple: ἄξιος ὑμῶν, *vobis dignus*, consortio vestro et eo honore vos excipiendi dignus. Ita plene v. 37. 38. ἄξιός με. Raro dicit Hombergius, vocem ἄξιος sine casu

casu reperiri, quod tamen satis est frequens. Demosthenes, *epist.* 3. p. 115. *ἀφεῖσθαι δὲ καλῶς ποιοῦντι· ἄξιος γὰρ ἀνὴρ, merito autem absolutum esse, est enim vir dignus.* Idem *adu. Leptinem* p. 377. *τὸ τιμᾶν τοὺς ὄντας ἀξίους, eos qui digni essent honorare.* Aeschines *epist.* 11. p. 128. *ἐκεῖνον μὲν ὥσπερ ἦν ἄξιος, παραπλὴξ τὴν διάνοιαν ὢν κατελύσατε εἰκότως, illum vt merebatur, cum homo esset mente captus, iure repudiastis.* Idem *de falsa legat.* p. 253. *τοὺς πρέσβεις ἡμᾶς, εἰ δοκοῦμεν ἄξιοι εἶναι, ἐπαινέσαι, nos legatos, si digni videmur, laudare.* Iosephus, *ant. Iud.* l. 3. c. 3. p. 77. *τἀληθῆ μαρτυρεῖν τοῖς ἀξίοις, dignos laude sua non fraudare.*

Verba *ἕως ἂν ἐξέλθητε*, opposita sunt *τῷ: εἰσέλθητε.* Interdicitur discipulis *τὸ μεταβαίνειν ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν* Luc. 10, 7. Hinc in vna domo manere iubentur donec exeant vrbe. Supplenda igitur ellipsis: *ἕως ἂν ἐξέλθητε ἐκ τῆς πόλεως ἢ ἐκ τῆς κώμης.* Verbum *ἐξελθεῖν* sic elliptice *de exitu ex vrbe* ponitur tam in sacris Act. 12, 17. cap. 16, 40. c. 18, 23. quam in profanis. Demosthenes *adu. Aristocr.* p. 434. *ἐάν τις τινὰ τῶν ἀνδροφόνων τῶν ἐξεληλυθότων - - πέρα ὅρων ἐλαύνῃ, si quis aliquem homicidam, qui vrbe excessit - - - vltra terminos pellat.* Vide Elsnerum.

v. 16.

Ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.

Verior mihi videtur Etymologia vocis *ἀκέραιος*, vt idem sit, ac: *μὴ κεκραμένος κακοῖς nulla re mala mixtus*, quae est explicatio etymologici magni. Sic apud Iosephum *ant.* l. 12. c. 2. p. 391. de lege diuina dicitur: *φιλοσοφωτέραν καὶ ἀκέραιον τὴν νομοθεσίαν εἶναι συμβέβηκεν, euenit, sapientiorem et integriorem esse legislationem, quum Deum auctorem haberet.* Hinc saepe, quae *illaesa* et *calamitatis* ac *damni expertia, ἀκέραια* dicuntur. Sic in *excerpt. Valesf. ex Diodoro* p. 273. *τὴν πόλιν καὶ τὰς κτήσεις ἀκεραίους ἐάσας, vrbem et opes intactas relinquens.* Homines quoque *incorrupti, integri, a dolo et fraude immunes, ἀκέραιοι* dicuntur. Sic Antoninus l. 6. §. 30. *τήρησαι σεαυ-*

τὸν ἁπλȣ͂ν, ἀγαθὸν, ἀκέραιον, *conserua te simplicem, bonum, integrum.* Plutarchus *in Dione* p. 958. dicit malos daemones ex opinione veteri hominum bonorum virtutem concutere et impellere, ὡς μὴ διαμείναντες ἀπτῶτες ἐν τῷ καλῷ καὶ ἀκέραιοι, *ne in bono a lapsu immunes et integri permaneant.* Polybius l. 5. c. 46. p. 544. διὰ τὸ μένειν ἔτι τὸν Θεόδοτον ἀκέραιον, *propterea quod Theodoto fides adhuc constaret integra.* Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 384. ἄνδρες ἀκέραιοί τε καὶ τῶν ςάσεων ȣ̓δετέραις συμφιλονεικȣ͂ντες, *viri integri et neutri factioni dediti.* Ibid. l. 11. p. 717. ἀκέραιοί τε καὶ τῶν τὰ δίκαια λεγόντων παράκλητοι, *integri et iustae caussae aduocati.* Ibid. l. 7. p. 420. ἀκέραιοι κριταὶ, *iudices incorrupti.* Achilles Tatius l. 6. p. 379. τὸν λογισμὸν ἐπιςήσας κριτὴν ἀκέραιον, ἄκȣσον, *rationem vt incorruptum iudicem adhibens, audi.* Vide Elsnerum et Cel. Alberti ad h. l.

V. 21.

Καὶ ἐπαναςήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς.

Ἐπανίςασθαι est: *insurgere, hostiliter aliquid inuadere.* Sic Polybius l. 5. c. 38. p. 535. ὅτι μέλλει Κλεομένης - - ἐπανίςασθαι τοῖς τȣ͂ βασιλέως πράγμασιν, *quod Cleomenes res regis* (f. regem) *hostiliter esset inuasurus.* Thucydides l. 1. p. 26. καὶ πρῶτον μὲν τῷ δήμῳ ἐπανέςησαν καὶ ἐκράτησαν τῶν πλείςων, *et primo quidem populum hostiliter aggressi sunt et plurimos subegerunt.* Excerpt. Val. *ex Dione Cassio*, p. 689. πιςεύσας ὁμοίως καὶ τȣ̀ς βαρβάρȣς αὐτὸν κατεργάσεσθαι καὶ αὐτῷ μὴ ἐπαναςήσεσθαι, *credens etiam, quod barbaros confecturus, contra se autem non insurrecturus esset.* Iosephus *de bell. Iud.* l. 2. c. 18. p. 812. ἐπανίςανται δὲ οἱ περὶ τὸν Ἐλεάζαρον αὐτῷ, *inuadebant vero illum socii Eleazari.*

V. 23.

Οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τȣ͂ ἰσραήλ.

Cel. Heumannus imperatiue vertit hoc modo: *non desinite praedicare vrbibus Israelis.* Supplet sc. cum Grotio verbum διδάσκειν et verbum τελέσητε imperatiue ver-

vertendum esse, hac ratione defendit: quoniam non scriptum sit in futuro τελέσετε. At insolentior est ellipsis huius verbi cum quo absente h. l. accusatiuus τὰς πόλεις construi debet. Debuisset igitur ellipsis exemplis similibus firmari. Quod vero ad coniunctiuum τελέσητε attinet: non ignorare potest Vir Celeb. voculas ὀ μὴ, plerumque coniunctiuo iungi, licet coniunctiuus sensum futuri induat. E. g. Matth. 5, 18. 20. 26. c. 13. 14. c. 26, 29. 35. Nec sane video, quomodo cum imperatiuo iungi possit formula asseuerandi. Auribus cum audirent discipuli iussa Seruatoris, quid opus fuisset illum per voculam ἀμὴν asseuerare aliquid a se iuberi. Verto igitur: *non absoluetis vrbes Israelis* et interpretationes aliorum inter se coniungo hoc sensu: non absoluetis has vrbes, *peragrando, docendo, miraculis illas implendo* cet. De itinere *absolvendo* verbum τελεῖν habes apud Lucianum *in Toxari* p. 99. τριταῖος ἐτέλεσεν ἐκ Μαχλύων ἐς Σκύθας, *die tertio iter a Machlyensibus ad Scythas absoluit.* Idem in *Hermotimo* p. 603. *quod non auis instar volans vno die* ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰς Ἰνδοὺς τελεῖ, *iter ex Graecia ad Indos absolueret*, vbi vox ὁδὸν subticetur. Apostolus 2 Tim. 4, 7. plene: τὸν δρόμον τετέλεκα. Adhibetur quoque de numero ad finem perducto. Sic Apocal. 20, 3. ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη, *donec absoluti sint mille anni.* Esr. 10, 17. ἐτέλεσαν ἐν πᾶσιν ἀνδράσιν, *absoluerunt omnes viros*, i. e. absoluerunt numerationem eorum et inquisitionem in illos.

v. 29.

Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν, ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν.

Vox ἀσσάριον, iam ante scriptores N. T. graeca ciuitate donata absque dubio idem est cum *asse* Romano. Habet illam Plutarchus in *Catone mai.* p. 338. de Catone dicit: ὄψον παρασκευάζεσθαι πρὸς τὸ δεῖπνον ἐξ ἀγορᾶς ἀσσαρίων τριάκοντα, *illum obsonia ex foro triginta assibus comparasse.* Paulo post: ὃ τις οὐ δεῖται κἂν ἀσσαρίου

 πιπρά-

πιπράσκηται πολλȣ̃ νομίζειν, quo quis non indiget, etiamsi vel asse veneat, se carum ducere. Polybius l. 2. c. 15. p. 144. ἡμιασσάριον *semissem* s. dimidiam assis partem, esse quartam partem oboli, adeoque ἀσσάριον hoc auctore dimidium oboli erit siue pars duodecima drachmae atticae. Plutarchus in *Camillo* p. 135. *Imponebant Romani Camillo mulctam*: *τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων ἔχȣσαν, ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρίȣ λόγον, χίλιαι δραχμαὶ καὶ πεντακόσιαι. Ἀσσαρίων γὰρ ι ἦν τὸ ἀργύριον* (*vide Var. lect.*) *καὶ τὸ δεκάχαλκον ȣ̃τως ἐκαλεῖτο δηνάριον, quindecim millibus assium aestimatam, quod ad argenti rationem exactum mille et quingentas Drachmas efficit. Numus enim argenteus decem assibus constabat, adeoque decem numi aeris* (*s. asses*) *denarius vocabantur.* Cum idem fere fuerint drachma et denarius, auctore Polybio, assarium est duodecima, auctore Plutarcho decima pars denarii, quod parum differt. Conf. Raphelium in *Annot. Polyb.* et Er. Schmidium ad h. l. Vox ἀσσάριον occurrit quoque apud Dionysium Hal. Ant. l. 9. p. 586. et l. 10. p. 674. Romanis tamen inde a temporibus secundi belli Punici sedecim assibus permutabatur denarius, de quo vide Plinii *hist. Nat.* l. 33. c. 3. et Vitruuium l. 3. c. 1. Iudaei iisdem assibus Italicis vtebantur. Testantur hoc verba Mischnae in *Kiddusehin* c. 1. sect. 1. et in עדיות c. 4. sect. 7. וכמה היא פרוטה אחד משמונה באיסר האיטלקי, *quantum vero est Peruta? est octaua pars assis Italici.* Alia tamen erat apud eosdem aeris ad argentum proportio, ita vt viginti quatuor asses eiusdem cum denario essent valoris. Vide Buxtorfium in *Lexico Talm.* voce איסר. Bocharti *Hierozoicon part.* 2. l. 1. c. 23. Arias Montanus *ant. Iud.* l. 7. p. 668.

[d]Ἐν ἐξ αὐτῶν ȣ̓ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν, *nullus ex illis in terram cadet.* [d]Ἐν ȣ̓, *pro* ȣ̓δὲν sine hebraismo. Euripides in *Helena* v. 511. p. 274. Μενέλαος ȣ̓κ ἄγνωστος ἐν πάσῃ χθονὶ, *Menelaus in nulla regione ignotus.*

[e]Ἄνευ τȣ̃ πατρὸς ὑμῶν, *inscio et inuito patre vestro.* Sic Homerus in *Odyss.* B. v. 372. p. 41. Θάρσει μαῖ ἐπεὶ ȣ̓ τι ἄνευ

ἄνευ θεοῦ ἥδε γε βουλή, *confide nutrix, quoniam non absque Deo hoc consilium est.* Arrianus *Exp. Alex.* l. 7. p. 506. *ὡρμήθην οὐδὲ αὐτὸς ἄνευ θεοῦ ἐς τήνδε τὴν ξυγγραφὴν*, *huius historiae scriptionem non absque numine aggressus sum.* Pindarus *Olymp.* 9. v. 156 sq. *Ἄνευ δὲ θεοῦ σεσιγαμένον γ' οὐ σκαιότερον χρῆμ' ἕκαστον*, *opus absque Dei voluntate et ope factum, si tacetur non magis sinistrum est.* Demosthenes de *corona* p. 323. *συνετάχθη τῷ ναυάρχῳ, ἄνευ τοῦ δήμου τῶν ἀθηναίων.* Idem adu. *Lacritum* p. 596. *οὐ δανείζειν· ἄνευ ἡμων*, ibid. p. 599. Aeneas in *Poliorcet.* c. 10. p. 1654. *Milites conducendi aut ad militiam collocandi operam suam*, *ἄνευ τῶν ἀρχόντων*, *insciis et inuitis magistratibus nemini ius esto.* Ibid. p. 1655. *Peregrinos nemo et ne ipsi quidem caupones suscipiant*, *ἄνευ τῶν ἀρχόντων*, *insciis magistratibus.*

CAP. XI. v. 8.

Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον.

Ἀλλὰ τι ponitur, pro ἢ τί; si enim plures interrogationes, quarum singulis responsiones annectuntur, inter se coniungendae sunt, interrogationes posteriores vocula ἀλλὰ inchoari solent. Sic Demosthenes adu. *Lacritum* p. 598. quaerit, vbi ius de mercatoriis contractibus dicendum sit: *Παρὰ τοῖς ἕνδεκα; ἀλλὰ τοιχωρύχους καὶ κλέπτας καὶ τοὺς ἄλλους κακούργους τοὺς ἐπὶ θανάτῳ οὗτοι εἰσάγουσιν. ἀλλὰ παρὰ τῷ ἄρχοντι; οὐκοῦν ἐπικλήρων καὶ ὀρφανῶν καὶ τῶν τοκέων προστέτακται τῷ ἄρχοντι ἐπιμελεῖσθαι. ἀλλὰ νὴ Δία παρὰ τῷ βασιλεῖ; ἀλλ' οὐκ ἐσμὲν γυμνασίαρχοι, οὐδὲ ἀσεβείας οὐδένα γραφόμεθα; ἀλλ' ὁ πολέμαρχος εἰσάξει; ἀποστασίου γε καὶ ἀπροστασίου.* *Num apud vndecim viros? at hi perfossores et fures et alios maleficos mortis reos introducunt. Siue apud archontem? archonti vero orbarum et pupillorum et parentum cura demandata est. Siue per Iouem, apud regem*

gem sacrificulum? at neque gymnasiarchi sumus, neque impietatis quenquam accusamus. Siue belli dux nos introducet? Si quidem agatur de patrocinio vel deserto vel non recepto. Andocides orat. 3. p. 273. τίνος ἕνεκα πολεμήσομεν; ἵνα ἡ πόλις ἡμῖν ἐλευθέρα ᾖ; ἀλλὰ τοῦτο γε αὐτῇ ὑπάρχει. ἀλλ᾽ ὅπως ἡμῖν τείχη γένηται; ἔστι καὶ ταῦτα ἐκ τῆς εἰρήνης. ἀλλ᾽ ἵνα τριήρεις ἐξῇ ναυπηγῆσαι; etc. vbi in sequentibus bis adhuc vocula ἀλλὰ interrogationibus iteratis praefigitur.

Μαλακὰ ἱμάτια Cel. Elsnerus putat *serica* esse, me quidem iudice absque fundamento. *Serica* apud veteres ingenti constabant pretio. Tempore adhuc Aureliani imperatoris teste Vopisco *in vita eius* p. 331. *Vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri vtendam dedit. Et quum ab eo vxor sua peteret, vt vnico pallio blatteo serico vteretur, ille respondit, Absit. vt auro fila pensentur. Libra enim auri tunc libra serici fuit.* Cum ergo tam frequens τῶν μαλακῶν apud veteres sit mentio, ea *serica* semper fuisse, vix credibile. Familiares quoque regum vestibus purpureis fuisse amictos, saepius testantur auctores, vestium vero sericarum rara apud eosdem sunt vestigia. Μαλακὰ igitur sunt vestes quaelibet *teneriores et delicatiores*, vel ex meteria teneriore confectae, vel subtilius elaboratae, siue sericae illae fuerint, siue laneae, siue byssinae. Sic Homerus *Odyss.* α. v. 437. μαλακὸν δ᾽ ἔκδυνε χιτῶνα, *mollem exuit tunicam.* Diogenes Laertius in *vita Heraclidis* l. 5. c. 6. ἔτος ἐσθητί τε μαλακῇ ἐχρῆτο, *hic veste molli vtebatur.* Athenaeus l. 13. p. 565. κιναίδους καλοῦντες, τοὺς ἢ μύρου προσβάλλοντας ἢ μικρῷ μαλακωτέραν ἠμφιεσμένους ἐσθῆτα, *cinaedos vocatis illos, qui aut vnguenti nonnihil olent aut veste paulo molliori induti sunt.* Plura dabunt Elsnerus et Cel. Alberti ad h. l. de *sericis* vero vide Braunium de *vestitu sac. hebr.* l. 1. c. 8.

Paulo post: τὰ μαλακὰ φοροῦντες ponitur pro: μαλακὰ ἱμάτια φοροῦντες elliptice. Sic ἐν λευκοῖς Ioh. 20, 12. Arria-

Arrianus *Diss. Epict.* l. 3. c. 22. p. 309. ἐν κοκκίνοις περιπατοῦντα, *in vestibus coccineis ambulantem*, vbi tamen alii supplent: ὑποδήμασι. Idem ibid. l. 4. c. 11. p. 424. ἂν ἀκούσῃς, ὅτι οὐ δεῖ φορεῖν κόκκινα, *cum audieris, non ferendas esse vestes coccineas.*

v. 14.

Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας.

Parum recte Wolfius in *Curis* ad h. l. verbum δέξασθαι post Hammondum de Iohanne interpretatur hoc sensu: *si vultis illum recipere.* Praeterquam enim quod tunc vox αὐτὸν addi debuisset, Iohannes iam carceri inclusus, qui discipulos non colligebat amplius, recipi non poterat. Vbi enim non est, qui docet, ibi nec est qui docentem recipit, doctrinaeque eius fidem habet et morem gerit. Verto igitur cum Cel. Heumanno versionem Lutheri hic recte tuente: *Si id credere vultis*, illud sc. quod iam dicturus sum. Supplendum hic pronomen τοῦτο, vt in hoc Euripidis in *Hippolyto* v. 697. p. 293. Ἔχω δὲ κἀγὼ πρὸς τάδ' εἰ δέξῃ, λέγειν, *possum vero et ego ad haec si credere velis, respondere.* Plutarchus de *auditione* p. 39. *Sicut enim lumen videntium, ita sermo audientium bonum est*, ἂν βούλωνται δέχεσθαι, *si id credere velint.* Thucydides l. 5. p. 136. *Cum haec Argiui priuato ausu non iubente populo dixissent*, καὶ ὁ Ἄγις δεξάμενος τοὺς λόγους αὐτὸς, *ipse Agis verbis fidem habens* etc. Paulo aliter Aeschines de *falsa legat.* p. 253. *cum populum videret gestu signum dare*, καὶ δεδεγμένον τοὺς παρ' ἐμοῦ λόγους, *et meam approbasse orationem.*

v. 23.

Καὶ σὺ Καπερναοὺμ, ἡ ἕως οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ.

Ad coelum exaltata dicitur vrbs Capernaum, quoniam felicissima erat, et caput veluti ad sidera tollebat. Felicissima erat cum et opibus, mercatu, piscatu aliisue naturae

turae artisue donis floreret, hisque in pace frueretur, in primis vero, quod per doctrinam et miracula Iesu Christi nobilitata esset, quibus longe facilior illis, quam multis aliis ad aeternam beatitudinem reddebatur via. Similiter fere loquuntur auctores apud Plutarchum *orat. 2. de fort. Alexandri* p. 338. Lysimachus Thraciae regnum adeptus et hac sorte superbiens dicit: Νῦν Βυζάντιοι πρὸς ἐμὲ ἥκουσιν, ὅτε τῇ λόγχῃ τοῦ οὐρανοῦ ἅπτομαι, *nunc Byzantii ad me veniunt, quum hasta coelum attingo.* Apud Herodotum in *Thalia* p. 89. Cambysi somnianti: *nuncius e Persia veniens annunciare videbatur, quod Smerdes in throno regio sedens* τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ ψαύσειε, *capite coelum attingeret*, quae *ibid.* p. 96. repetuntur. Plutarchus in *Demetrio* p. 898. Apellem refert de quadam Protogenis pictura] dixisse: οὐ μὴν ἔχειν γε χάριτας, δι' ἃς οὐρανοῦ ψαύειν τὰ ὑπ' αὐτοῦ γραφόμενα, *carere illam gratiis, ob quas picturae suae coelum attingerent*, i. e. praestantissimae essent et celeberrimae. Leguntur eadem in Aeliani *var. Hist.* l. 12. c. 41. Homerus paulo aliter in *Odyss. ι* v. 20. p. 174. καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει, *laus mea coelum attingit.* 2 Macc. 9, 10. Antiochum vocat auctor: τῶν οὐρανίων ἄστρων ἅπτεσθαι δοκοῦντα.

Ad inferos usque detruderis omnes miserias corporis et animi, poenas diuinas in magna illa Iudaeorum internecione simul perferendas, imo aeternam denique non resipiscentium perniciem inuoluit. Sic Tobiae 13, 2. de Deo dicitur: αὐτὸς μαστιγοῖ καὶ ἐλεεῖ κατάγει εἰς ᾅδην καὶ ἀνάγει, *castigat et miseretur, deducit ad inferos et educit*, i. e. e rebus prosperis in calamitates deturbat, et e calamitatibus iterum fortunatos reddit. Vide Grotium ad h. l.

v. 25.

Ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις.

Νήπιοι sunt homines *simplices*, *fatui*, *stolidi*, quod vel ex eo constat, quoniam σοφοῖς et συνετοῖς opponuntur.

tur. Vti vero σοφοὶ homines erant, litteris et legis praefertim diuinae fcientia imbuti, fcribae videlicet et pharifaei, qui ob id ipfum fapientes et fibi et aliis effe videbantur: fic νήπιοι funt apoftoli, et reliqui Chrifti difcipuli, quorum plurimi tunc ex Galilaea plebeii erant Ioh. 7, 48. 49. qui vt ἀγράμματοι aliis ftulti effe videbantur nec ipfi humanam fapientiam prae fe ferebant vitaeque anteactae ftultitiam agnofcere difcebant. Hi erant τὰ μωρὰ τȣ̃ κόσμȣ 1 Cor. 1, 27. ἐν τῷ αἰῶνι τȣ́τῳ μωροὶ γενόμενοι, *et fibi et aliis ftulti facti* 1 Cor. 3, 18. Praeter interpretes Alexandrinos, vbi Pfalm. 19, 8. lex diuina: σοφίζȣσα νήπια, *ftultos fapientes reddens* et Pf. 119, 130. φωτίζειν καὶ συνετίζειν νηπίȣς, *ftultos illuminare et erudire* dicitur, eodem modo profani. Homerus in *Odyff.* ι v. 419. p. 190. ȣ̃τω γὰρ πȣ μ᾽ ἤλπετ ἐνὶ φρεσὶ νήπιον εἶναι, *adeo me animo ftultum effe putabat. Ibid.* v. 442. p. 191. τὸ δὲ νήπιος ȣ̓κ ἐνόησεν, *illud autem ftultus non animaduertit.* Hefiodus *op. et di.* v. 284. p. 28. νήπιε Πέρση, *ftulte Perfa.* Pindarus in *Pythiis* od. 3. v. 148. p. 205. Οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν, *non poffunt ftulti decenter ferre* fc. aduerfam fortunam. Theognis in *fentent.* p. 190. de ebrio dicit: τὸ πρὶν ἐὼν σώφρων τότε νήπιος, *prius exiftens prudens, tunc puer.* Lucianus in *Halcyone* p. 99. multa facilia nobis dicit difficillima videri: διὰ νηπιότητα φρενῶν· τῷ ὄντι γὰρ νήπιος ἔοικεν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος καὶ ὁ πάνυ γέρων, *propter mentis infantiam. Reuera enim omnis homo infans eft, quantumuis fenex fuerit.* Strabo l. 1. p. 37. eiusmodi homines νηπιόφρονας vocat. Stobaeus de *imprud. ferm.* 4. p. 61. *Befeleel rhetor dixit:* διαφέρει τȣ̃ καθ᾽ ἡλικίαν νηπίȣ ȣ̓δὲν ὁ ἐν ταῖς φρεσὶ νηπιάζων, *qui animo puer eft, nihil ab aetate puero differt.* Democrates in *fentent.* p. 629. νηπίοισιν ȣ̓ λόγος, ἀλλ᾽ ἡ ξυμφορὰ γίνεται διδάσκαλος, *non ratio fed damnum ftultorum magiftra.* Xenophon eodem fere fenfu voce παῖς vtitur, de *laud. Agefil.* p. 554. παῖδα ἀπέδειξε τὸν Τισσαφέρνην τῇ ἀπάτῃ, *Tiffaphernem indecipiendo puerum effe oftendit.*

v. 29. 30.

v. 29. 30.

Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς - - καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.

Per *iugum* et *onus* Christi *doctrina eius* intelligitur fide amplectenda et vita exprimenda, quod praecepta illa, quibus obtemperandum est, homini praesertim malis cupiditatibus adhuc obnoxio oneri esse videntur. Eadem metaphora apud Diogenem Laertium l. 7. c. 5. §. 4. vtitur Cleanthes, qui cum asinus a commilitonibus vocaretur, dicebat: *αὐτὸς μόνος δύνασθαι βαστάζειν τὸ Ζήνωνος φορτίον*, *se solum onus Zenonis ferre posse*. Ex fontibus hebraeorum erudite hic commentatur Schoetgenius *in horis* ad h. l. addo locum Ierem. 5, 6. vbi pro hebraeis: שברו עול נתקו מוסרות, *fregerunt iugum*, *abruperunt vincula*. Targum Ionathan posuit: *defecerunt a lege*, *longius discesserunt a disciplina*, et Syracidis c. 51, 26. *τὸν τράχηλον ὑμῶν ὑπόθετε ὑπὸ ζυγὸν, καὶ ἐπιδεξάσθω ἡ ψυχὴ ὑμῶν παιδείαν*, *collum vestrum iugo subdite et animus vester recipiat disciplinam.*

Εὑρήσετε ἀνάπαυσιν, *inuenietis recreationem* s. *quietem*. Palam ad vocem ζυγὸν respicitur. Iugum aliud *fatigat*, iugum Christi *quietem dat* et refocillat, quasi non esset iugum. Syracides magna similitudine c. 51, 27. ad ζυγὸν v. 26. respiciens dicit: *ἴδετε ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, ὅτι ὀλίγον ἐκοπίασα καὶ εὗρον ἐμαυτῷ πολλὴν ἀνάπαυσιν*, *videte oculis vestris*, *quod paululum fatigatus sim* (sub iugo sc. isto) *et mihimetipsi multam inueni requiem.* Xenophon *Cyrop.* l. 7. p. 133. *δοκεῖ μοι καὶ ἡ ἐμὴ ψυχὴ ἀναπαύσεώς τινος ἀξιοῦν τυγχάνειν videtur mihi aequum esse*, *vt animus meus quietem aliquam consequatur.*

Φόρτιον ἐλαφρὸν, *onus leue*, praecepta sua leuia dicit vt 1 Ioh. 5, 3. Similiter Diogenes Laertius *in vita Solonis* l. 1. c. 2. §. 15. de Solone dicit: *εὖ γὰρ θῆκε νόμους αὐτοῖς*

αὐτοῖς ἄχθεα κȣφότατα, *bonas illis dedit leges onera leuissima.* Opponit Iesus Christus doctrinam suam legi ceremoniali, quae sec. Gal. 5, 1. erat ζυγὸς δȣλείας et sec. Act. 15, 10. *iugum quod nec patres nec istorum temporum Iudaei perferre poterant*, in primis vero φορτίοις δυσβαστάκτοις traditionum pharisaicarum Matth. 23, 4. sub his φορτίοις fatigati hic v. 28. sunt κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι.

v. 30.

Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμȣ̃ κατ' ἐμȣ̃ ἐστί.

Μετά τινὸς εἶναι est: *a partibus alicuius stare* aduersus hostes, opem alicui ferre. Sic Demosthenes *or. ad Philippi epist.* p. 65. καὶ νῦν μεθ' ὑμῶν γενόμενος ῥαδίως καταπολεμήσει τὴν Φιλίππȣ δύναμιν, *is igitur nunc etiam partes vestras sequens, facile debellabit Philippi potentiam.* Idem *de classibus* p. 76. εἰ τοίνυν τις οἴεται Θυβαίȣς ἔσεσθαι μετ' ἐκείνȣ, *quod si quis Thebanos cum illo se coniuncturos putat.* Thucydides l. 6. p. 156. οἱ δὲ ȣ̓δὲ μεθ' ἑτέρων ἔφασαν ἔσεσθαι, *illi vero nec aliorum se partes sequi velle dicebant.* Isaeus *orat.* 8. p. 544. ἅπαντες ȣ̃ν ὦ ἄνδρες μετ' ἐμȣ̃ γένεσθε, *omnes igitur iudices mihi opem ferte.* Dionysius Hal. *ant.* l. 7. p. 420. *sinceri iudices Aristodemum hoc honore dignabuntur*, καὶ ἦν ὁ δῆμος μετ' ἐκείνȣ, *et plebs quoque a partibus eius stabat.* Iosephus *ant.* l. 15. p. 522. μεθ' ὧν τὸ δίκαιον ἐστὶν, μεθ' ἐκείνων ὁ Θεός. In phrasi vero: ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμȣ̃, prima persona posita est, a Seruatore pro quacunque alia, proverbialiter, hoc sensu: *qui socius cuiusdam bella cum alio gerentis non est, is pro aduersario censeri solet. Cum igitur ego me re ipsa aduersarium satanae esse ostenderim, nulla specie socius eius potero vocari.*

CAP. XII. v. 33.

Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτȣ̃ καλόν.

Verbum ποιήσατε Cel. Heumannus post Grotium vertendum esse putat: *fac*, s. *suppone* arborem esse bonam,

 et

et phrasin hoc sensu adhibitam plebeiam esse putat, Graecisque cultioribus ignotam. Repugnant Xenophon *exped. Cyri* l. 5. p. 248. *ποιῶ δὲ ὑμᾶς ἐξαπατηθέντας καὶ καταγοητευθέντας ὑπ' ἐμοῦ ἥκειν εἰς Φᾶσιν, ponamus vero, vos a me deceptos et quasi praestigiis illusos ad Phasin venire.* Demosthenes *adu. Leptinem* p. 364. *Immunes quidam sunt ex hospitibus δέκα θήσω, ponam decem esse, quanquam quod modo dicebam, quinque esse non opinor. Ciuium certe non quinque aut sex reperientur, igitur vtrique sedecim erunt, ποιήσωμεν αὐτοὺς εἴκοσιν εἰ δὲ βούλεσθε τριάκοντα, ponamus esse viginti, aut si placet triginta.* Vbi quod paulo ante per: *θήσω*, hic per *ποιήσωμεν* exprimitur. Idem *in Aphobum* 1. p. 552. *Tributi nomine minas se expendisse duodeuiginti ratiocinantur, ego vero etiam hic aucto numero, ποιήσω τριάκοντα μνᾶς, triginta minas fuisse supponam.* Dionysius Hal. *ant.* l. 4. p. 211. *Ego illum totis quinque annis iuniorem fuisse ὑποτίθημι, supponam, καὶ ποιῶ κατὰ εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔτος ἀπανιστάμενον, et anno vicesimo quinto discessisse fingam.*

Non tamen hoc sensu verbum *ποιήσατε* apud Matthaeum puto explicandum esse. Si enim arbor bona esse *fingitur*, fructus necessario bonus est, nec opus est, vt fructum bonum esse *fingas*. Non conueniret igitur verbum *ποιήσατε* membro secundo, vbi subintelligendum est: *ποιήσατε καρπὸν καλόν*. Breuiter: si *τὸ ποιήσατε* sensum *supponendi* et *fingendi* haberet: dixisset Seruator optimus: *ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ ἔσαι ὁ καρπὸς αὐτοῦ καλός*. Hinc cum Raphelio in *annot. Herod.* *ποιεῖν* hic sensu *putandi*, *cogitandi*, *iudicandi*, capio hoc modo: *aut arborem bonam et fructum eius bonum esse iudicate, aut arborem malam etc. iudicate*, in hanc sententiam: *quum arboris indoles non nisi ex fructu iudicari possit, necessario si arbor bona esse censetur, fructum quoque bonum esse statuendum est.* Ποιεῖν hac notione habet Iohannes *in euang.* c. 8. 53. et Iosephus *ant.* l. 4. c. 8. p. 122. *qui in magnatum gratiam praeuaricatur, ἐκείνους τοῦ θεοῦ δυνα-*

δυνατωτέρυς ποιεῖ, *illos Deo potentiores esse putat.* Plutarchus in *apophth.* p. 202. de Sylla dicit: *τῶν μεγίςων εὐτυχιῶν ἐποιεῖτο δύο*, *duo maxima fortunae munera esse putabat.* Idem de *oracul. def.* p. 425. *πλείονας ποιῦντας χωρὶς ἀλλήλων κόσμυς*, *qui plures mundos a se inuicem separatos esse statuunt.* Idem de *virtute mor.* p. 440. *ἕνα καὶ αὐτὸς ἀρετὴν ἐποίει*, *vnam etiam ille virtutem esse credebat.*

Si ad scopum verborum respicimus, disceptant interpretes, vtrum haec Christus de se ipso, an de Pharisaeis intelligi voluerit. Si cum antecedentibus illa coniungas: ad Christum illa spectabunt. Si vero ad sequentia illa referas: de Pharisaeis erunt intelligenda. Verba Christi prouerbii instar sunt, et ad plura simul applicari possunt; vtrumque igitur sensum coniungendum esse puto. Hoc dicere vult Seruator noster: 1) Cum opera mea et inprimis miracula, quibus nonnisi ad beneficia hominibus exhibenda vtor, bona esse negare non possitis, etiam me bonum adeoque ab omni cum satana commercio immunem esse negare non potestis. 2) Vos vero Pharisaei cum boni non sitis, mirum videri nequit, quod et opera vestra et verba vestra mala et blasphema sint.

v. 35.

Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τῦ ἀγαθῦ θησαυρῦ ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά.

Per *θησαυρὸν*, *arca* siue quodlibet *receptaculum* seu *repositorium* intelligi debet, in quo aliquid reconditur. Sic Iosephus *ant.* l. 9. c. 8. p. 314. de Ioaso rege dicit, fecisse illum *ξύλινον θησαυρὸν*, *arcam ligneam*, in qua pecunia sacra reponi debuerit. Ibid. de hac arca: *κενῦντες τὸν θησαυρὸν*, *vacuam reddentes arcam*, et deinde. *κενώσας τὺς τῦ θεῦ θησαυρύς.* Aedificia quoque ad pecunias recondendas exstructa sunt *θησαυροί.* Pausanias, l. 9. f. *in Boeot.* p. 597. *θησαυρόν τε ἀνθρώπων ὧν ἴσμεν Μινύας πρῶτος ἐς ὑποδοχὴν χρημάτων ᾠκοδομήσατο*, *Mingas primus omnium, de quibus constat, thesaurum ad pecuniam seruandam aedificauit.* Hunc thesaurum

 idem

idem p. 600. magnifice exſtructum fuiſſe tradit et vberius deſcribit. Idem l. 6. p. 378. et l. 10. p. 628. ſq. *aedificia*, in quibus Olympiae et Delphis pecunia ſacra, et reliqua variarum vrbium donaria condebantur, *theſauros* vocat. Hinc phraſis θησαυρὲς ἀνοίγειν, quae praeter Matth. 2, 11. etiam in Euripidis *Ione* v. 923. p. 333. et Philonem, *de migr. Abraham* p. 406. occurrit.

Ἐκβάλλει, eſt: *profert*, *producit*, *depromit*, idem quod προφέρειν in loco parallelo Luc. 6, 45. Apud Ariſtophanem in *concionatr.* p. 746. Pheidolus opes ſuas in forum deponere iuſſus, dicit: *non meum ſudorem et opes parſimonia collectas*, ἐδὲν πρὸς ἔπος ἀνοήτως ἐκβαλῶ, *ſine ratione inſcienter eiiciam.* Euripides in *Ione* v. 959. p. 334. οἰκτρὰ πολλὰ ςόματος ἐκβαλῦσ' ἔπι, *multa miſeranda verba ore proferens.* Idem *ibid.* v. 924. p. 333. et *in Helena* v. 1563. p. 302. etiam δάκρυα ἐκβάλλειν, *lacrymas proferre* dicit.

Quod ad ſententiam attinet, id ſibi vult Chriſtus, ſi animi hominum ſint veluti promtuaria, bonis cogitationibus, votis et adfectibus repleta, ab his pios quoque ſermones et effectus proficiſci, a mente vero, quae vitiorum omnium eſſet receptaculum, nonniſi turpiter facta et impie dicta poſſe exſpectari. Eadem fere eſt ſententia Demophili Pythagorici p. 620. αὐτὸς μὴ βέλε παρὰ κακῦ πάσχειν καλῶς. οἷον γὰρ τὸ ἦθος ἑκάςυ, τοιόσδε ὁ βίος καὶ αἱ πράξεις. ψυχὴ γὰρ ἐςι ταμιεῖον ἀγαθὴ μὲν ἀγαθῦ, κακὴ δὲ κακῦ, *ipſe nihil boni a malo exſpectes. Nam qualis cuiusque indoles, talis eſt et vita et actiones. Animus enim eſt promtuarium, bonus nempe boni et malus mali.*

v. 36.

Πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσυσι περὶ αὐτῦ λόγον.

Per ῥῆμα ἀργὸν, *ſermones malos* et *impios* intelligit Cel. Heumannus et phraſin hanc aſſerit, apud Graecos cultiores non occurrere. Vorſtius vero eandem in cenſum *hebrais-*

hebraismorum cogit. Mihi secus videtur. Ἔργον ex quo praefixo α priuatiuo ἀργός descendit, interdum *vsum* et *fructum* rei denotat. Ἀργὸν ergo dicitur, *quod fructum non producit, quod nullius vsus est, sterile et inutile.* Sic Demosthenes in *Aphobum* 1. p. 548. χρήματα ex quibus vsura, aut alius fructus percipitur ἔνεργα, quae vero fructum non ferrent, ἀργὰ, *sterilia, inutilia* vocat. Xenophon in *Oeconom.* p. 522. 523. agros qui non coluntur ἀργὸν χώραν, *sterile solum* vocat. Appianus *bell.ciu.* l. 5. p. 1168. τὴν ναῦν ἀργοτέραν ἐργάσασθαι, *ad nauem magis inutilem reddendam.* Imo etiam λόγον ἀργὸν Graeci dicunt. Haud equidem huc spectare puto λόγον ἀργὸν seu λόγους ἀργοὺς Stoicorum, de quibus vide Plutarchum de *fato* p. 574. in fine, et Ciceronem de *fato*, qui hunc λόγον ἀργὸν per *ignauam rationem* explicat. Conf. Clericus ad Hammondum. Λόγος ἀργὸς vero est: *sermo inutilis* in hoc Pythagorae apud Stobaeum *serm.* 34. *de tempest. orat.* p. 213. αἱρετώτερόν σοι ἔστω λίθον εἰκῇ βάλλειν ἢ λόγον ἀργὸν, *optabilius tibi sit lapidem temere emittere, quam sermonem inutilem.* Iosephus *ant. Iud.* l. 15. c. 11. p. 529. μὴ κινηθέντος δὲ ἐπὶ τὸ φίλτρον, τὸν λόγον ἀργὸν ἐᾶν, *si vero rex mentione philtri nihil moueretur, debere illum a sermone inutili desistere.*

Verba vero *inutilia* hic per μείωσιν dicuntur, vti e. g. Philem. 11. Onesimus vocatur ἄχρηστος, qui omnino *noxius* fuerat, et nonnulla abstulerat v. 18. Christus enim hic *sermones* praecipue *impios* et *blasphemos* intelligit, quibus Pharisaei in illum fuerant debacchati, quorum poenam erant daturi.

Πᾶν ῥῆμα ἀργὸν ὃ ἐὰν λαλήσωσιν, est nominatiuus absolutus, de quo alibi plura. Addam hic locum similem Pausaniae l. 10. f. *in Phocic.* p. 610. καὶ ὅση λεία, ἀναθέντας ταύτην καὶ τὰ χρήματα ἐπὶ τὴν πυρὰν καὶ ἐνέντας πῦρ, *et quaecunque praeda, illam cum pecunia in rogum coniicerent et ignem illi immitterent.*

Ἀποδοῦναι λόγον, est *caussam dicere*, actionum suarum coram iudice rationem reddere. Sic Iosephus *ant.*

 l. 19.

l. 19. p. 676. ἐκέλευσα ἐπ᾽ ἐμὲ ἀναχθῆναι τῶν πεπραγμένων λόγον ἀποδώσοντας, *iussi illos ad me adduci, vt actionum suarum reddant rationem.* Phrasis vero haec, vt et similes λόγον ὑπέχειν, δίκην διδόναι, δίκην ὑπέχειν, quae *caussam dicere* innuunt, saepe consequenti simul incluso, significant *poenam dare*, quod et de nostris verbis valet.

v. 37.

Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ.

Cel. Elsnerus voculam ἐκ vertit: *propter*, nec negari potest illam hac notione satis frequenter occurrere. At explicatio haec: *propter sermones tuos iustificaberis*, sanae fidei doctrinae non satis respondere videtur. Pii sermones, et bona opera quaelibet non sunt caussa iustificationis, sed meritum Christi fide apprehensum. Iustificabit tamen Deus et condemnabit, ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, factis hominum et verbis conuenienter. Hinc ἐκ τῶν λόγων hic positum est, non pro: διὰ τοὺς λόγους, sed pro: κατὰ τοὺς λόγους. Rom. 2, 6. Similiter Xenophon *Cyrop.* l. 2. p. 34. εἰ εἰδεῖεν, ὅτι ἐκ τῶν ἔργων καὶ αὐτοὶ κρινόμενοι τῶν ἀξίων τεύξοιντο, *si viderent se quoque operibus conuenienter iudicatos, digna consecuturos esse praemia.* Ibid. p. 36. ἐξ ὧν ἂν ἐγὼ τῷ ἐμῷ σώματι ποιήσω, οὐκ ἂν κριθείην οὔτε πρῶτος οὔτε δεύτερος, *ex iis, quae corpore meo fecero, neque primus, neque secundus esse iudicabor.* Conf. Cel. Alberti in *obs.* ad h. l.

Verbum δικαιόειν, *approbare*, *pro iusto declarare* cum accusatiuo seu in passiuo cum nominatiuo iunctum, hoc sensu nondum ab Hellenismi suspicione satis est vindicatum. Non enim pertinent huc loci in quibus sine casu, infinitiuo iungitur, quales Schwarzius in *Lexico N. T.* aliique attulere. Mihi sequentes suppetunt auctoritates. Philo de *septenario* p. 1191. ἐδικαίωσεν ἐξ ὁμοιώσεως τὴν ἄζυμον τροφὴν, *lex ex similitudine cibum absque fermento iustum esse pronunciauit.* In *Testam. 12. patriarch.* apud Fabri-

Fabricium p. 541. ὅπως δικαιωθῶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας τῶν ψυχῶν ὑμῶν, *vt iustus declararer, a peccato animarum vestrarum.* Ibid. p. 649. *animus postquam aliquid fecit:* δικαιοῖ τὸ πραχθὲν, *rem factam iustificat.* At nec Philo satis, et multo minus scripti posterioris auctor ab *Hellenismo* est immunis.

v. 42.

Ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς.

A terminis orbis terrarum ponitur pro: *e regione longe remota.* Vorstius c. 23. p. 27. igitur hic *hebraismum* quaerit, cum tamen probati auctores eodem sensu hac phrasi vtantur. Themistius *or. 13. amator. in Grat. p. 165. dicit, se vt pulchritudinem quaereret*: ἐκ περάτων εἰς πέρατα γῆς πορευθῆναι, *e regionibus remotissimis in alias remotissimas profectum esse.* Ibid. p. 171. dicit se: ἐκ περάτων εἰς πέρατα γῆς ὁρμηθῆναι. Iosephus *bell. Iud.* l. 6. c. 1. p. 905. πολλοὶ σπεύσαντες ἀπὸ γῆς περάτων περὶ τὸν διώνυμον καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις χῶρον ἅγιον, *multi ab vltimis terrae finibus, ad locum celebrem omnibusque hominibus sanctissimum properantes.* Vide ibid. l. 4. c. 6. p. 879. Occurrit quoque phrasis in Philonis *legat. ad Caium* p. 999. et paulo aliter ibid. p. 1035. Plura dabunt Schwarzius in *Lexico N. T.* p. 587. et Cel. Georgi in *Vind. N. T. ab Hebraif. p. 301.*

CAP. XIII. v. 23.

Τὸ δὲ καλὸν σπέρμα οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας.

Verto: *bonum vero semen designat filios regni.* Relatiuum οὗτοι pertinet ad vocem σπέρμα, adeoque vsu vulgari poni debuisset τοῦτο. At solent graeci eleganter, si pronomen siue adiectiuum aut participium duobus substantiuis interponitur, illa casu et genere referre ad vocem posteriorem, cum ratione sensus spectet ad priorem. Sic Pausanias l. 3. *Lacon.* p. 207. λίμνη ἐστὶν ὀνομαζόμενον Νύμβαιον, *lacus est, qui Nymbaeum vocatur.* Iosephus

ant. l. 5. c. 11. p. 165. *γίνεται παιδίον αὐτοῖς, ὃν Σαμουήλον προσαγορεύουσι. natus est illis infans, quem Sa uelem vocarunt*, vbi ὃν est pro: ὅ. Arrianus in *Periplo mar. Eryth.* p. 146. ὀθόνιον ἰνδικὸν τὸ πλατύτερον ἡ λεγομένη Μοναχή, *linteum Indicum latius, quod Monache vocatur.* Ibid. p 147. ἕτερον ἐμπόριον ἐστὶν τοῦτο διαφέρον, ἡ λεγομένη Μαλαώ. Ibid. p. 151. ἐμπόριον τὰ Ῥαπτὰ λεγόμενα, *emporium quod Rapta vocatur.* Ibid. p. 162. ἕτερον ἐμπόριόν ἐστιν τῆς Περσίδος ἡ λεγομένη Ὄμανα. Latini similiter. Cicero de *legibus* l. 1. p. 427. *animal plenum rationis et consilii, quem vocamus hominem.*

Εἶναι, est: *designare, significare* hoc capite v. 19. 22. 23. cet. Heraclides Pont. *Allegor. Hom.* p. 497. αἱ δὲ ἡλίου βόες ἐγκράτεια γαστρός εἰσιν, *solis autem boues gulae continentiam designant.*

CAP. XIV. v. 5.

Ὅτι ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον.

Ἔχειν h. l. est: *aestimare, reputare, in pretio habere.* Sic in N. T. Act. 20. 24. Phil. 2, 29. occurrit. Ita Euripides in *Hercule fur.* v. 1401. παίδων στερηθεὶς παῖδ' ὅπως ἔχω σ' ἐμόν, *orbatus liberis, filii instar te aestimo.* Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 298. *Cum antea illum suspectum habuisset*, τότε πιστότατον αὐτὸν εἶχε φίλον, *tunc illum fidissimum esse amicum reputabat.* Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 630. οἱ μὲν οὖν πατρίκιοι τίμιον αὐτὸν ἐπὶ τούτοις εἶχον, *patricii igitur hanc ob rem illum in pretio habebant.* Lucianus in *Toxari.* p. 58. οὐδὲν αὐτὸν ἐντιμότερον εἶχε τῶν κολάκων, *hunc nihilo maiori in pretio habebat, quam adulatores.*

v. 8.

Ἡ δὲ προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς.

Verbum προβιβάζειν rarum est sensu: *erudiendi, instruendi, instigandi.* Duo addam exempla ab aliis non obseruata. Dionysius Longinus *Prooem. lib. de fine* p. 244. post-

postquam dixisset, philosophos quosdam dogmata sua scriptis consignasse, addit: οἱ δὲ ἀποχρῆναι σφίσιν ἡγήσαντο τοὺς συνόντας προβιβάζειν εἰς τὴν τῶν ἀρεσκόντων ἑαυτοῖς κατάληψιν, *non nulli vero sufficere sibi existimarunt, si sectatores suos placitorum suorum scientia erudirent.* Diogenes Laertius l. 5. c. 5. §. 11. de Demetrio quodam dicit: ὅτος καὶ Μητρόδωρον προεβίβασε τὸν πολίτην, *hic etiam Metrodorum ciuem erudiuit.* Locum LXX. interp. Deut. 6, 7. et quosdam ex Xenophonte notarunt alii.

v. 10.

Καὶ πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ.

Verbum πέμψας elliptice positum est, pro: πέμψας τινά. Similis ellipsis relatiui obuiam fit Matth. 2, 16. ἀποστείλας pro: ἀποστείλας τινάς. Sic Plutarchus in *Pelopida* p. 293. πέμψας πρὸς αὐτὸν ἐκέλευε θαῤῥεῖν, *mittens aliquem ad illum, bono eum animo esse iussit.* Iosephus *ant.* l. 5. c. 9. p. 158. πρὸς τοῦτον οὖν πέμψαντες ἠξίουν αὐτὸν συμμαχεῖν, *ad hunc missis nunciis rogabant, vt in auxilium veniret.* Ibid. l. 6. c. 8. p. 184. πέμψας παρήγγειλεν αὐτοῖς. Ibid. c. 9. p. 187. πέμψας πρὸς τὸν Ἰεσσαῖον ἐκέλευσεν ἀποστέλλειν αὐτῷ τὸν Δαβίδην. Ibid. l. 8. c. 2. p. 258. καὶ πέμψας πρὸς αὐτὸν ἠσπάζετο.

Vocem ἀποκεφαλίζειν vt plebeiam et nemini veterum vsurpatam vellicat Salmasius. Binis ex Arriani Epicteto locis eam vindicauit Raphelius *in annot. Polyb.* et binis aliis Cel. Alberti ad h. l. Vtitur eadem Dio Cassius *Excerpt. Val.* p. 717. ὥστε ἀποκεφαλισθέντος, οὐδὲ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἰδεῖν ὑπέμεινεν, *vt nec praecisum eius caput intueri sustinuerit.* Plutarchus de *Iside et Os.* deriuato vtitur p. 358. dicens: οἷόν ἐστι τὸ περὶ τὸν Ὧρου διαμελισμὸν καὶ τὸν Ἴσιδος ἀποκεφαλισμὸν, *quale est illud de Oro membratim discerpto et de Iside capite truncata.*

v. 13.

Ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν ἐν πλοίῳ cet. καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι ἠκολούθησαν αὐτῷ πεζῇ.

Vocabulum πεζῇ plerique et in his quoque Cel. Heumannus in Verſione N. T. transferunt: *pedibus*, *pedeſtri itinere*, zu Fuße. Qui vocis ſignificatus hic non ſatis quadrat 1) quoniam v. 14. in turba Chriſtum ſequente aegroti erant, quos pedibus inceſſiſſe haud dixeris, 2) quia vox πεζῇ hic itineri Chriſti, qui naui vehebatur oppoſita eſt. Quoties enim πεζῇ itineri naui facto opponitur, illud *iter terreſtre* denotat, ſiue pedibus aliquis incedat, ſiue curru vel iumento vehatur. Sic Demoſthenes *orat.* 2. *in Philip. ſub fin. Nunquam claſſe in Atticam veniſſet Philippus*, οὔτε πεζῇ βαδίζων ὑπὲρ τὰς Πύλας καὶ Φωκέας, *neque pedeſtri itinere ſupra Pylas et Phocenſes peruaſiſſet.* Vide eund. *Olynth.* 3. p. 13. Thucydides l. I. in fine: ἤντ' ἐπὶ τὴν χώραν ἡμῶν πεζῇ ἴωσιν, ἡμεῖς ἐπὶ τὴν ἐκείνων πλευσόμεθα, *quodſi illi pedeſtri itinere ad regionem noſtram perueniant, nos ad regionem illorum nauigabimus.* Vid. idem l. 1. p. 7. l. 3. ſub init. l. 4. p. 93. l. 5. ſub init. Xenophon *Cyrop.* l. 8. p. 159. de itinere Perſarum, quod equis per ſtationes diſpoſitis fiebat, dicit: ὅτιγε τῶν ἀνθρωπίνων πεζῇ πορειῶν αὕτη ταχίστη τοῦτο εὔδηλον, *manifeſtum eſt, hoc itinerum, quae terra homines ſuſcipiunt, velociſſimum eſſe.* Idem l. 1. *rer. graec.* p. 295. αὐτὸς μὲν πεζῇ ἦλθεν ἐς σηστὸν, τὰς δὲ ναῦς περιπλεῖν ἐκεῖσε ἐκέλευσεν, *ipſe itinere pedeſtri Seſtum contendit, naues vero illuc circumagi iuſſit.* Idem *in Hierone* p. 583. *et de republ. Athen.* 675. Strabo l. 9. p. 656. *A portu ad Heracleam Trachiniam*, πεζῇ στάδιοι τεσσαράκοντα, πλοῦς δὲ ἐπὶ Κήναιον ἑβδομήκοντα, *terreſtre iter eſt ſtadiorum quadraginta, nauigatio ad Cenaeum ſeptuaginta.* Idem l. 4. p. 283. l. 2. p. 157. et alibi. Diogenes Laert. l. 2. c. 5. §. 7. de Socrate ait: ἐστρατεύσατο καὶ εἰς Ποτίδαιαν διὰ θαλάττης, πεζῇ γὰρ οὐκ ἐνῆν τοῦ πολέμου κωλύοντος, *militauit et in Potidaeam*

daeam per mare, terrestri enim itinere non licebat obsistente bello. Iosephus *bell. Iud.* l. 5. c. 13. p. 901. Vulgare est πεζῇ dici elliptice, pro: ἐν πεζῇ ὁδῷ.

v. 14.

Καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς.

Verbum σπλαγχνίζεσθαι, *misericordia moueri*, quod ad imitationem hebraeorum formatum est, quibus vox רַחֲמִים *viscera*, et *misericordiam* simul denotat, quam scilicet haebraei vt viscerum commotionem sibi repraesentant. Gen. 43, 30. 1 Reg. 3, 26. Hinc Hellenistae vocem σπλάγχνα quoque in notionem *misericordiae* inflexerunt, quam tamen nec graeci scriptores plane refugiunt. Σπλαγχνίζεσθαι vero: *visceribus moueri* s. *misereri cuiusdam* necdum Graeciae satis est vindicatum. Falluntur tamen Schwarzius in *Lexico N. T.* et Heupelius ad Marc. 1, 41. dum verbum hoc ex eorum numero esse putant, quae extra N. F. scripta non reperiuntur. Vtitur eodem Symmachus verba לא תחמל Deut. 13, 9. transferens: ὐκ ἐπισπλαγχνισθήσῃ, *ne miserearis*. Frequens vero vox est in *testamento 12 patriarch.* p. 636. σπλαγχνιζόμενος ἐπὶ ἰωσὴφ, *intima misericordia motus erga Iosephum.* p. 641. παντὶ ἀνθρώπῳ ξένῳ σπλαγχνιζόμενος ἐδίδυν, *cuilibet peregrino, misertus aliquid dabam*, p. 641. σπλαγχνισθεὶς ἐπ' αὐτὸν, paulo post: ἀδιακρίτως πᾶσι σπλαγχνιζόμενοι, p. 642. εἰς ὑμᾶς σπλαγχνισθεὶς, ibid. ἄνθρωπος σπλαγχνίζεται εἰς τὸν πλησίον, p. 641. significatio verbi hac paraphrasi describitur: τὰ σπλάγχνα μυ ἐςρέφετο ἐπ' αὐτῷ εἰς συμπάθειαν, *viscera mea conuersa sunt erga illum in misericordiam.*

CAP. XV. v. 13.

Πᾶσα φυτεία, ἣν ὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μυ ὁ ὐράνιος ἐκριζωθήσεται.

Optime huic loco conuenit sententia per φυτείαν intelligi debere quamlibet *doctrinam*, cuius Deus auctor

non

non eſt, ita vt Chriſtus hic inprimis fermentum Phariſaeorum eorumque traditiones de munditie vel immunditie externa reiiciat. Explicationem hanc, quae ſatis antiqua eſt, ex vſu Rabbinorum eleganter firmauit Schoetgenius. Vide e. g. Horas eius Hebr. de Meſſia p. 268, 299. 331. Eodem modo etiam profani, praecepta, quibus animus imbuitur cum ſeminibus et plantis comparant. Hippocrates *in lege ſect. op. 1. p. 2.* ἡ μὲν γὰρ φύσις ἡμέων ὁκοῖον ἡ χώρη, τὰ δὲ δόγματα τῶν διδασκόντων ὁκοῖον τὰ σπέρματα, *natura enim noſtra agro, praecepta vero docentium ſemini ſunt ſimilia.* Plutarchus de *liberis educ.* p. 2. *Quemadmodum ad agriculturam primo requiritur bonum ſolum, deinde peritus colonus, denique ſemina frugi,* τὸν αὐτὸν τρόπον γῆ μὲν ἔοικεν ἡ φύσις, γεωργῷ δὲ ὁ παιδεύων, σπέρματι δὲ αἱ τῶν λόγων ὑποθῆκαι, *ita natura ſolo, agricolae magiſter, ſemini praecepta doctrinae reſpondent.* Philo l. 1. *allegor. leg.* p. 44. χλωρὸν μὲν ἀγρȣ̃, τὸ νοητὸν εἴρηκε τȣ̃ νȣ̃, ὡς γὰρ ἐν ἀγρῷ τὰ χλωρὰ βλαστάνει καὶ ἀνθεῖ, ȣ̃τω βλάστημα τȣ̃ νȣ̃ τὸ νοητόν ἐστι, *plantas agri intelligibilia mentis vocauit. Quemadmodum enim in agro plantae progerminant et florent: ita intelligibilia ſunt germen animi.* Vide eund. p. 48. 49. Maximus Tyrius *Diſſert.* 28. p. 284. ἔι τι ἀληθὲς ἡ ψυχὴ ξυνίησιν, ἀνάγκη, ἀληθῆ ἔιναι ταυτὶ τὰ σπέρματα ἐμπεφυτευμένα τῇ ψυχῇ, *ſi veritatem intelligat animus, neceſſe eſt, vera illa eſſe, quae animo inſita ſunt ſemina.* Et paulo poſt: καὶ τȣ̃τό ἐστιν ἀμέλει τὸ περὶ τὰς ἐπιστήμας γιγνομένων σπερμάτων ψυχῆς ἄνθος καὶ τελεσφόρησις, *et hoc eſt ſane ſeminum propter ſcientias in anima iactorum flos et maturitas.* Pertinet huc parabola περὶ τȣ̃ σπείροντος Matth. 13.

v. 16.

Ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε.

Voculam ἀκμὴν, *adhuc*, hoc ſenſu vt non elegantem ſatis damnant Phrynichus aliique. Occurrit illa apud Ioſephum *ant. Iud.* l. 17. c. 11. p. 604. τȣ̀ς πολίτας ἰδιώτην

ὄντα

ὄντα ἀκμὴν, σφάζειν ἐν ἱερῷ μὴ ἀποτετραμμένον, *qui ciues, cum priuatus adhuc esset, in templo mactare non dubitauerit.* Ibid. l. 19. c. 1. p. 661. λανθάνοντος ἀκμὴν κακοῦ, *ignoto adhuc malo.* Saepe apud Polybium e. g. l. 1. c. 13. p. 17. ἀκμὴν ἀκέραια ἦν τοῖς ἐθισμοῖς, *adhuc incorruptis erant moribus*, l. 4. c. 35. p. 423. ζῶντος Ἱππομέδοντος ἀκμὴν, *Hippomedonte adhuc viuente*, l. 5. c. 18. p. 510. ἀκμὴν ταῖς διανοίαις ἦσαν μετέωροι, *animis adhuc erant suspensi*, et alibi. Themistocles *epist.* 2. p. 5. κρύφα δὲ ἀκμὴν ἔπρασσεν, *clam adhuc agebat.* Idem *epist.* 17. p. 32. φυγάδες ἀκμὴν μένοντες, *dum adhuc exsules sumus.* Plura dabunt Cel. Alberti ad h. l. Raphelius *Annot. Polyb.* et Cel. Georgius in *Hierocrit. N. T.* p. 107.

v. 17.

Πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ.

Phrasi simili Aristoteles *probl. sect. 22. qu. 1.* cibos, qui *ingeruntur*, vocat: τὰ εἰσελθόντα σιτία, eosque in ventre dicit κάτω πορεύεσθαι, *ad inferiora descendere.* Hippocrates de *prisca medic.* s. 1. p. 15. de cibis dicit: ἀπὸ τουτέων πλείστων ἐσιόντων ἐς τὸν ἄνθρωπον, *ex his, si magna copia ab homine ingerantur.* Lucianus de *Syria dea* p. 892. ἅμα δὲ οἴνῳ ἐσιόντι παῤῥησίη εἰσέρχεται, *Cum vino ingesto, simul loquendi fiducia ingreditur.*

Εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, *in ventrem descendit.* Sic Plutarchus *sympos.* l. 7. qu. 1. p. 700. εἴπερ εἰς κοιλίαν ἐχώρει διὰ στομάχου πᾶν τὸ πινόμενον, *si omnis potus per stomachum in ventrem descenderet*, vbi per κοιλίαν *intestina* intelligit, eaque a ventriculo distinguit.

v. 26.

Οὐκ ἔστι καλὸν, λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις.

Οὐκ ἔστι καλὸν, idem est, ac: οὐ πρέπει s. αἰσχρόν ἐστι, *non decet, turpe est.* Graeci enim καλὸν opponunt

τῷ

τῷ αἰσχρῷ. Habent phrasin Demosthenes *epist.* 2. p. 112. οὐδὲ γὰρ ὑμῖν τοῦτο γένοιτ᾽ ἂν καλὸν, *id quod neque vos deceret.* Xenophon de *republ. Athen.* p. 673. *Gymnasiis et Musicae deditos populus ibi sustulit,* νομίζων τοῦτο οὐ καλὸν εἶναι, *hoc non decere existimant.* Euripides *in Oreste* v. 26. 27. ὧν δ᾽ ἕκατι, παρθένον λέγειν, οὐ καλὸν, *quam ob caussam id fecerit, virginem dicere non est honestum.* Ibid. v. 108. εἰς ὄχλον ἕρπειν παρθένοισιν οὐ καλὸν, *non est honestum virginibus venire in publicum.* Idem in *Andromache* v. 1053, 1054. οὐδ᾽ ἐμοὶ καλὸν κρύπτειν, ἐν οἷσπερ οὖσα τυγχάνω κακοῖς, *neque me decet occultare, in quibus sim malis.* Conf. idem in *Phoenis.* v. 530.

Per filios hic absque dubio Israelitae sunt intelligendi v. 24. qui erant בן בכור Ex. 4, 22. 23. et *οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας* Matth. 8, 12. ὧν ἡ υἱοθεσία Rom. 9, 4. *canes* vero sunt gentiles, veluti a mensa bonorum gratiae remoti, quos *canes* iam olim a Iudaeis vocatos esse et adhuc vocari peruulgatum est. Sic Lipmannus *init. praefationis lib. Nizzachon* postquam verba סבבוני כלבים ex Ps. 22, 17. adduxisset, haec explicat per verba: מיני מינים בני מאמינים וכופרים צדוקים ונוצרים *haeretici, fidelium filii, apostatae, Sadducaei et Christiani.* Messem dabit Eisenmengerus Tom. I. p. 713. sq. Vide quoque Bochartum in *Hierozoico* Part. 1. l. 2. c. 56. p. 686.

v. 27.

Ἡ δὲ εἶπε. Ναὶ κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει, cet.

Recte contra Casaubonum obseruauit Cel. Elsnerus vocem Ναὶ hic non esse *obsecrantis* et *obtestantis*, sed *assentientis.* Exempla tamen e profanis quibus sententiam suam tuetur, non sunt satis similia, in illis enim voculam ναὶ, vox ἀλλὰ sequitur. Addo igitur locum simillimum Xenophontis, *in oeconom.* p. 528. ἐμὸν δὲ ἔργον ἔφησεν ἡ μήτηρ εἶναι σωφρονεῖν. Ναὶ μὰ δί᾽ ἔφην ἐγὼ, ὦ γύναι, καὶ γὰρ ἐμοὶ ὦ πατὴρ, *meas tantum partes esse dixit mater seruare modestiam. Recte per Iouem, respondi*

spondi ego, o vxor! quin etiam pater me idem docuit. Hic tota formula: ναὶ καὶ γὰρ occurrit.

v. 30.

Ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν χωλὲς, τυφλὲς, κωφὲς, κυλλές.

Quales aegroti per κυλλὲς hic intelligantur, ex Hippocrate debuissent discere interpretes. Sunt scilicet homines, *membris* quibusdam *extorti* et *incuruati*, siue *distortio* illa ἐκπτώσει τῶν ἄρθρων, *ossibus e sede sua elapsis*, siue *fractis* siue ab aliis caussis originem trahat. Germanice contracte Leute, oder welchen die Glieder verrenket oder sonst gekrümmet sind. Hippocrates de *officina medici* f. 6. p. 14. τὰ κυλλὰ τὰ ἑτερόῤῥοπα, *membra vara in alteram partem inclinantia* ortum habere dicit per: ἐκπτώματα, ἢ ςρέμματα, ἢ διαςήματα, ἢ ἀποσπάσματα, ἢ ἀποκλάσματα, ἢ διαςρέμματα, *vbi aut articuli suis sedibus elabuntur, aut iis illaesis, quae circa ipsos sunt neruosae partes intorquentur, aut ossa, quae naturaliter se mutuo contingunt, aliquo interuallo distant, aut quum diuulsis iis, quae ossa colligant, ipsa quae mutuo se contingebant, plurimum secedunt, aut vbi ossa prope articulum franguntur aut distorquentur.* Pedibus κυλλοὶ siue *vari* sunt, si articulus vel circa genua, vel circa talos luxatus, in exteriorem partem excidit. Hippocrates *de artic.* sect. 6. p. 91. *Similiter si ad malleolum luxatio contingat,* ἢν μὲν εἰς τὸ ἔξω μέρος, κυλλοὶ μὲν γίνονται, *si in exteriorem partem excidit, ii quidem vari fiunt, stare tamen possunt. At quibus in interiorem partem articulus prolapsus est.* βλαισοὶ *valgi fiunt, minus vero stare queunt.* Idem ib. p. 89. de iis, quibus articulus femoris e coxendice excidit, dicit, si articulus non reponatur, quod necessario κυλλοὶ καὶ σκολιοὶ *incurui et obliqui fiant*, p. 92. τὲς κυλλὲς, qui circa genua luxati sunt, pedibus adhuc vti posse asserit, p. 93. τὸν μηρὸν *femur* dicit, in luxatis circa coxendicem circa medium, κυλλότερον καὶ ἀσαρκότερον γίνεσθαι, *magis incuruari et gracilius, fieri,* p. 75. quoque κυλλὸν τὸ ἔς *aurem curuam et curtam* vocat.

cat. Apud Ariſtophanem in *equitibus* p. 350. manus ad recipiendos nummos incurnata κυλλὴ dicitur. In verbis Matthaei ſenſus latiſſimus retineri poteſt. Κυλλοὶ ſunt membro quodam quocunque vel etiam omnibus ſimul *vari*, *incuruati*, *luxati*, *contracti*. Differunt tamen et hic κυλλοὶ a χωλοῖς, hi enim h. l. vt et plerumque in N. T. e. g. Act. 3, 2. ii ſunt, qui pedibus plane capti, et omni eorum vſu deſtituti ſunt, κυλλοὶ vero ſunt omnibus membris, et ſi pedibus tales ſunt, non omni pedum vſu deſtituuntur, ſed *claudicant* tantum, quales etiam Graeci χωλὲς alio ſenſu vocant, qui ſunt ἐκτραπέντες τοῖς ποσὶ, Hebr. 12, 13. et hoc ſenſu etiam κυλλοὶ ſ. ἐκτραπέντες ταῖς χερσὶ, χωλοὶ vocantur. Vide Scholiaſtem Ariſtophanis ad *aues* p. 605. et ad *equites* p. 350. 351.

v. 36.

Εὐχαριστήσας ἔκλασε.

Verbum εὐχαριστεῖν nec atticum nec ſatis elegans eſſe, aſſerunt Phrynichus multique alii. Accuratius diſtinguit Iulius Pollux l. 5. c. 32. dicens: εὐχαριστεῖν (ſc. τάττεται) ἐπὶ τῷ διδόναι χάριν, ἐκ ἐπὶ τῷ εἰδέναι. Hinc ad rem non facit exemplum, quod e Demoſthene pro Corona p. 122. protulit Cel. Georgi in *Hierocrit. N. T.* p. 122. cui addere potuiſſem Hippocratem in *epiſt. ſect.* 8. p. 17. κεραυνοῖς ηὐχαρίστηται, *fulminis ictibus gratia illi relata eſt*, at his duobus locis ponitur pro: χάριν διδόναι. Pro χάριν εἰδέναι vero vix puto ſcriptorem Polybio antiquiorem hoc verbo vſum eſſe. Sic ille l. 4. c. 72. p. 467. εὐχαριστέντων αὐτῷ τῶν τε περὶ τὸν Ἄρατον, *quum Aratus ipſi gratiam ageret.* Scriptores Apoſtolis coaeui aut non longe ab illis remoti plerique voce hoc ſenſu vſi ſunt. Saepiſſime Arrianus in *Diſſ. Epict.* Etiam Diodorus Siculus l. 20. c. 34. de Agathocle dicit: δακρύων καὶ τοῖς ὄχλοις εὐχαριστῶν, *flens et populo gratias agens veſtem quae decebat, rurſus induit.* Plutarchus *de garrul.* p. 505. αὔριον δέ μοι εὐχαριστήσεις, *cras vero mihi gratias ages.* Nicolaus Damaſcenus

ſcenus p. 521. de Perſis dicit: *Si quem rex flagris caedi iuſſerit*, εὐχαριστεῖ, *gratias illi agit*. Saepe Ioſephus e. g. *ant.* l. 4. c. 8. p. 121. ὅπως τῷ θεῷ τῶν μὲν ὑπηργμένων εὐχαριστῶσι, *vt Deo pro factis gratias agerent*, ibid. p. 124. εὐχαριστησάτω μὲν τῷ θεῷ, *gratias agat Deo*, l. 7. c. 4. p. 221. περὶ πάντων εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ, c. 10. p. 235. et p. 243. εὐχαριστήσας αὐτῷ, l. 8. c. 2. p. 264 et 265. εὐχαριστήσαντες τῷ βασιλεῖ, l. 11. c. 4. p. 363. ter, et *bell. Iud.* l. 1. c. 17. p. 752. bis. Philo, de *cong. quaer. erud. gr.* p. 440. εὐχαριστοῦσα τῷ διδασκάλῳ καὶ ὑφηγητῇ θεῷ, idem in *Flaccum* p. 979. ἐπὶ ταύταις ταῖς ὑποσχέσεσιν γεγηθότες εὐχαριστοῦμεν, *his promiſſis laeti gratias egimus*, ibid. p. 982. σοὶ δικαίως εὐχαριστοῦμεν.

CAP. XVI. v. 3.

Καὶ πρωΐ, σήμερον χειμών· πυῤῥάζει γὰρ στυγνάζων ὁ οὐρανός.

Χειμὼν, *tempeſtatem* ſ. *procellam* notat, et τῇ εὐδίᾳ, *ſerenitati* i. e. aëri neque ab imbribus, neque a ventis vehementioribus et procellis turbato, vti hic, ita et a Plutarcho opponitur, qui de *liber. educ.* p. 9. dicit: οὐδὲ χειμὼν ἀλλὰ καὶ εὐδία, *non ſolum in vita eſt tempeſtas, ſed etiam ſerenitas*.

Στυγνάζων ὁ οὐρανὸς, eſt *triſte coelum*. Coelo ſi nubibus inuoluitur, *triſtitiam* graeci tribuunt, metaphora a vultu humano deſumta, qui ſi triſtis eſt in rugas contrahitur et plicis veluti inuoluitur. Sic Heraclides Ponticus *allegor. Hom.* p. 460. de Homero dicit: ὑφίσταται τὴν ἥραν τουτέστι τὸν ἀέρα στυγνὸν ἀπὸ τοῦ χειμῶνος ἔτι καὶ κατηφῆ, *fingit Iunonem id eſt aerem propter hyemem moeſtum adhuc et triſtem*. Plutarchus *quaeſt. graec.* p. 300. τοῦ ἀέρος εἰς νέφη τρεπομένου καὶ σκυθρωπάζοντος, *aere nubibus obuoluto et triſtem veluti vultum induente*. In *teſtamento 12 patriarch.* p. 546. ſeptem coeli eſſe finguntur et ex his inferius στυγνότερον eſſe dicitur, quoniam proximum ſit iniquitatibus hominum. Euripides haec

F iterum

iterum ad vultum transfert in *Hippolyto* v. 173. ϛυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὔξεται, *tristis superciliorum nubes augetur.*

v. 7.

Οἱ δὲ διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, λέγοντες, Ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβομεν.

Verbum διαλογίζεσθαι, quod frequentius est: *ratiocinari*, *cogitare*, h. l. significat, *disceptare*, *cogitata cum aliis communicare.* Nam διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς vertendum est: *disceptabant inter sese*, idque ex hoc capite, quoniam Marc. 8, 16. in eadem historia pro his verbis ponitur: διελογίζοντο πρὸς ἀλλήλους. Hoc sensu Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 637. διελογίζοντό τε καὶ συνελάλουν πρὸς ἀλλήλους, *disceptabant inter se et colloquebantur.* Idem l. 3. p. 163. ἐὰν μὲν ὁρῶ κατὰ γνώμην, ἃ διαλογίζομαι, χωροῦντά μοι, *si videro, quae cogitata protuli, ex sententia mihi succedere.* Ἑαυτοῖς vero pro ἀλλήλοις haud raro ponitur e. g. Eph. 4, 32. Col. 3, 13. χαριζόμενοι ἑαυτοῖς. Cel. Heumannus nostro loco verba: ἐν ἑαυτοῖς refert ad verbum, λέγοντες, *ad se inuicem dicentes*, quod minus placet; v. 8. enim τὸ ἐν ἑαυτοῖς verbo διαλογίζεσθαι iungitur, quod eandem hic esse constructionem, suadet.

Ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβομεν verto: *quoniam panes non assumsimus*, et supplenda puto verba: ταῦτα λέγει, *haec dicit.* Eadem ellipsis apparet in Lysiae *orat.* 1. p. 7. vbi vxor a marito ad vbera nato praebenda abire iussa, ἵνα σύγε; ἔφη, πειρᾷς ἐνταῦθα τὴν παιδίσκην, respondit: *vt tu hic ancillam ad libidinem sollicites*, sc. ista dicis, siue iubes.

v. 22.

Ἵλεώς σοι κύριε· οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.

Verba ἵλεώς σοι noue explicat Cel. Elsnerus hoc modo: *Bene sit tibi*, *sis bono placidoque animo.* At parum recte, me quidem iudice. Loci quos adducit, in quibus ἵλεως de

de animo adhibitum idem eſt, quod *placidus*, huc non faciunt. Integra enim formula hoc ſenſu producenda erat. Si enim e. g. ἵλεως ἴσθι κύριε dixiſſet Petrus, nemo negaret, hoc id ſibi velle: *placido ſis animo.* Phraſin vero ἵλεώς σοι, hunc habere ſenſum ex vnico loco LXX. interp. Gen. 43, 23. probare nititur Elsnerus, vbi pro שלום ponitur: ἵλεως ὑμῖν. Lubricum hoc eſt. Editiones quaedam LXX. interp. ſic verba exprimunt: ἵλεως ὑμῖν (μὴ φοβεῖσθε) ὁ θεὸς ὑμῶν, *propitius eſt vobis (nolite timere) Deus veſter*. Legerunt forte hi interpretes: שָׁלֵם לָכֶם pro שלום לכם et vocem שָׁלֵם quae per εἰρηνικὸς *pacatus* alibi exprimitur, hic per vocem ἵλεως *propitius* transtulerunt. Ex mente Elſneri ἵλεώς σοι poſitum eſſet, pro: ἵλεώς σοι ἔστω ὁ νοῦς, hanc vero phraſin et plene et elliptice alibi occurrere, erat demonſtrandum.

Acquieſco in ſententia ea, quae vocem θεὸς ſuppleri iubet, hoc modo: ἵλεώς σοι ἔστω ὁ θεὸς, *propitius tibi ſit Deus*, et qua eſt clementia hoc a te malum auerruncet. Phraſin hac notione in profanis occurrere, ſatis oſtenderunt alii. Addo Aelianum *hiſt. anim.* l. 11. c. 4. vbi hunc legimus verſum Ariſtoclis: σὸν τόδε Δάματερ, σὸν τὸ σθένος, ἵλαος εἴης, *tua o Ceres haec vis eſt, eſto propitia.* Rara eſſe dicit Elsnerus exempla, vt vox ὁ θεὸς ſubticeatur. At, quando LXX. interpr. hebraeum חלילה *abſit:* vertunt ἵλεώς μοι vocem θεὸς ſubintelligunt, id ſc. innuentes: *propitius mihi ſit Deus et eam a me auertat mentem, ne hoc vel illud faciam.* Apparet hoc ex 2 Sam. 20, 20. vbi ſic Ioabus dicit: ἵλεώς μοι, ἵλεώς μοι, εἰ καταποντιῶ καὶ εἰ διαφθερῶ, *abſit a me, abſit a me ſubmergere et perdere vrbem*, quae verba in hunc modum expreſſit Ioſephus *ant.* l. 7. c. 10. p. 241. ὁ δὲ ἵλεω μὲν εὔχεται τὸν θεὸν αὐτῶν διαμένειν, αὐτὸς δὲ οὕτως ἔχειν εἶπεν, ὡς μηδένα τοῦ λαοῦ φονεῦσαι, οὐχ ὅτι πόλιν ἐξελεῖν βούλεσθαι τηλικαύτην, *ille Deum ipſis propitium precatus, ſe ipſum dixit ita ſentire, vt neminem e populo occiſurus, nedum vrbem tantam vaſtaturus ſit.* Phraſin ellipticam habent praeterea 70 interp. 1 Sam. 14, 46.

2 Sam. 23, 17. Symmachus 1 Sam. 20, 2. et 22. 15. e 1 Macc. 2, 21. Plene 70. int. 1 Par. 11, 19. ἵλεώς μοι ὁ Θεός.

v. 23.

Ὕπαγε ὀπίσω μȣ σατανᾶ, σκάνδαλόν μȣ εἶ, ὅτι ȣ̓ φρονεῖς τὰ τȣ̃ Θεȣ̃, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.

Phrasis: ὕπαγε ὀπίσω μȣ, est: *abscede a me*, nolo te amplius habere comitem. Probant hanc translationem loci paralleli Matth. 4, 10. Marc. 8, 33. Luc. 4, 8. et Ioh. 6, 66. vbi ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, idem est ac: *abierunt*. Sic 70. interp. Ies. 1, 4. ἀπηλλοτριώθησαν εἰς τὰ ὀπίσω, *abierunt a me*. Ier. 15, 6. ἀπεστράφης μὲ, ὀπίσω πορεύσῃ *auersata es me*, *dereliquisti me*. Phrasin hoc sensu, ab Hellenismi purgare suspicione nondum satis possum. Haud multum tamen differt hoc Nicolai Damasceni p. 433. ῥίψαντα τὴν βαβυλωνίαν ἀπάτην ὀπίσω, ἀποπέμπειν τὸν ἄνδρα παρ' ἑαυτὸν, *vt abiectis fraudibus Babylonicis*, *virum ad se mitteret*.

Phrasin vltimam: ȣ̓ φρονεῖς τὰ τȣ̃ Θεȣ̃, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων vertit Cel. Alberti: *non sectaris partes Dei*, *sed hominum*, et eodem fere tendit Raphelius in *annot. Polyb.* ad h. l. saepe enim phrasis occurrit, in descriptione bellorum et dissensionum ciuilium, vt innuat, a cuius partibus aliquis stet. Sic Demosthenes *orat.* 3. *in Philippum* p. 46. Πελοποννησίȣς τἀκείνȣ φρονῆσαι, *vt Peloponnesii partibus eius se adiungant*. Ibid. p. 50. τινὲς μὲν τὰ Φιλίππȣ φρονȣ̃ντες καὶ πάνθ' ὑπηρετȣ̃ντες ἐκείνῳ, *nonnulli cum Philippo facientes et in omnibus ei rebus obsequentes*. Vid. ibid. paulo post. Aeschines *epist.* 11. p. 127. εἰ δὲ καὶ νῦν τὰ Μακεδόνων φρονεῖν ἐρȣ̃σί με, ibid. τὰ Περσῶν τε καὶ Μήδων ȣ̓δεὶς ἔφη μὲ ποτὲ φρονεῖν, Idem de *falsa leg.* p. 250. Thucydides l. 5. p. 141. τὰ Λακεδαιμονίων φρονεῖν. idem l. 6. p. 158. Iosephus *ant.* l. 13. c. 22. p. 460. περὶ διςμορίȣς οἱ ἐφρόνȣν τὰ ἐκείνȣ, ibid. l. 14. c. 8. p. 473. c. 10. p. 476. c. 13. p. 479. l. 15. c. 9. p. 525. Sed non satis videtur haec versio conuenire verbis Christi. Sic enim non satis patet, quid sit,

fit, *sectari partes hominum.* Phrasis ȣ φρονεῖν τὰ τȣ̃ θεȣ̃ sc. πράγματα iubente sermonis nexu, id sibi vult: non idem velle, quod volebat Deus, ex cuius voluntate Christus mortem subire, Petrus vero doctrinae, mortis et resurrectionis Christi testis fieri, omnesque calamitates inde orituras suscipere debebat. Φρονεῖν vero τὰ τῶν ἀνθρώπων sc. πράγματα palam indicat: Petrum nolle (v. 24.) ἀπαρνήσασθαι ἑαυτὸν, adeoque eum talibus tantum rebus operam dare et inhiare, quae corruptae hominum naturae placerent, auersari igitur illum mortem et passiones Christi, cum quibus consistere non posse putaret, eam, quam ipse in regno Christi mundano quaerebat, dignitatem et commoda terrena. Phrasin igitur φρονεῖν τά τινὸς verto, *studere rebus alicuius* et eiusmodi factis operam dare, quae alteri placent et vtilia sunt. Sic loci omnes a me aliisque prolati, transferri possunt. Alii quoque loci phrasin hoc vel alio modo magis vniversaliter vertere iubent. Sic Iosephus *ant.* l. 11. c. 6. p. 380. hanc profert inscriptionem epistolae Artaxerxis: Ἀρταξέρξης τοῖς ἄρχȣσι καὶ τὰ ἡμέτερα φρονȣ̃σι χαίρειν, *Artaxerxes magistratibus et iis, qui rebus nostris studens* (i. e. qui fideles sunt subditi, qui placitis nostris morem gerere annituntur) *salutem.* Ibid. *bell. Iud.* l. 1. c. 17. p. 752. de seditiosis Herodes dicit, si scient infructuosam sibi fore malignitatem: πάντας οἶμαι τὰ ἐμὰ φρονήσειν, τȣτέςι τὰ τῶν ἐμῶν υἱῶν, *omnes puto mecum id est cum filiis meis sentient.* Dionysius Hal. *ant.* l. 11. p. 720. οἱ φρονȣ̃ντες τὰ τῆς ὀλιγαρχίας, *qui oligarchiae studebant.* Non, τὰ τȣ̃ θεȣ̃ ἐφρόνει *quae Dei sunt cupiebat* Petrus, quia rebellis erat et voluntati diuinae repugnabat, ἐφρόνει δὲ τὰ ἀνθρώπων, *cupiebat,* quae sibi aliisque hominibus peccato adhaerentibus placebant, erat θνητὰ φρονῶν *mortalia optans.* Sic Plutarchus *in amatorio* p. 755. hunc versum Euripidis profert: πλȣ́τῳ χλιδῶσα θνητὰ δὲ γύναι φρονεῖς, *luxurians opibus mortalia sapis mulier.* Idem quod Rom. 8, 5. φρόνημα τῆς σαρκός. Hinc cel. Heumannus eleganter

 verba

verba nostra vertit: Du bist nicht göttlich, sondern menschlich gesinnet.

v. 26.

Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ.

Existimat Grotius graece quidem dici ζημιοῦν θανάτῳ, non vero ζημιοῦν τὸν βίον, aut quod idem est τὴν ψυχήν. Sed nihil interest, vtrum nomen in datiuo an accusatiuo ponatur. Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 675. dicit: θανάτους τε καὶ ὕβρεις καὶ ἐκβολὰς ζημιωθῆναι, *mortibus, iniuriis, exsiliis mulctari.* Ipsam phrasin Matthaei: ζημιοῦσθαι ψυχὴν, *vita mulctari* habet Philo de *temulentia* p. 243. de temulentis dicens, videri illos symbolas conferre tanquam ad aliquid vtile, ζημιουμένους δὲ πάντα, χρήματα, σώματα, ψυχὰς, *mulctari tamen rebus omnibus, pecunia, corpore, vita.* Supplenda vero est praepos. εἰς, vt plena sit phrasis: ζημιοῦσθαι εἰς τὴν ψυχήν. Ita plene Themistius *orat.* 7. *ad Valentem* p. 97. οὐκ εἰς χρήματα ζημιωθεὶς, *cum non pecunia damnum accepisset,* et Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 674. εἰς ἀργύριον ζημιώσεται.

Ἀντάλλαγμα, est *compensatio*, s. *res quae alterius loco datur*, quae eiusdem cum altera est pretii, ita vt commutari cum illa possit. Sic apud Iosephum *ant.* l. 14. c. 28. p. 507. Herodis, captis Hierosolymis, ciuium impediebat caedem, dicens: ὡς ἐπὶ τοσούτῳ πολιτῶν φόνῳ, βραχὺ καὶ τὴν τῆς οἰκουμένης ἡγεμονίαν ἀντάλλαγμα κρίνει, *exiguum sibi videri tantae ciuium caedis pretium, totius orbis imperium.* Eadem verba repetuntur *bell. Iud.* l. 1. c. 13. p. 741. Voce ἀντικατάλλαγμα eodem sensu vtitur *ant.* l. 15. c. 12. p. 537. dicens Iudaeis pro neglectu patriorum rituum, quem in Herode aegre ferebant: ἀντικατάλλαγμα φαίνεσθαι τὴν ἐν τῇ βοηθείᾳ τῶν δεινοτάτων φιλοτιμίαν, *compensationem visam esse, studium eius in rebus adflictis opem ferendi.*

CAP.

CAP. XVII. v. 17.

῏Ω γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη.

Verba haec et sequentia Christus locutus est 1) ad discipulos, eorum enim ἀπιστία v. 20. praecipua caussa fuerat, ob quam daemonem expellere non potuerant. 2) Ad patrem obsessi, ad hunc enim referendum est ἀποκριθεὶς, imo Marci 9, 19. ἀποκριθεὶς αὐτῷ dicitur. Matthaeus quoque φέρετε αὐτὸν ὧδε sine signo interiecto, quod ad alium inflexa sit oratio, cum antecedentibus coniungit, qui vero obsessum ad Christum adferre debebat, erat, pater teste Luca c. 9, 41. Inerat quoque in patre ἀπιστία, non minus quam in discipulis Christi. Marc. 9, 23. 24. Fortasse 3) etiam ad omnem turbam circumstantem, nihil enim nos cogit, verba generatim dicta arctius restringere, plerique sane in hac turba erant ἄπιστοι, et in faciendis miraculis, etiam ad praesentium spectatorum fine fidem Matth. 9, 2. Marc. 2, 5. siue ἀπιστίαν Matth. 13, 58. respici solebat.

Διεστραμμένοι *peruersi* dicuntur 1) *intellectu tales*, qui peruersis imbuti opinionibus veritatem non satis cernunt. Sic Arrianus *Dissert. Epict.* l. 3. c. 6. p. 276. ὄντως ἐστί τινα, ἃ οἱ μὴ παντάπασι διεστραμμένοι τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὰς κοινὰς ἀφορμὰς ὁρῶσιν, *sunt nonnulla, quae homines non prorsus distorti, ex communibus notionibus perspiciunt.* Ibid. c. 7. p. 278. σὺ τὴν ἐναντίαν διαστροφὴν ἔσῃ διεστραμμένος, δογματίζων τὰ αἰσχρὰ, ποιῶν τὰ καλὰ *tu contraria ratione peruersus eris, turpia quidem docens, honesta vero faciens.* 2) *Qui moribus sunt peruersi*, dolosi inprimis et fraudulenti. Themistius *orat. 1. de human. ad Constant.* p. 11. *nihil iuuare* dicit, *si quis rectam tiaram habeat*: διεστραμμένον δὲ ἦθος, *mores vero peruersos.* Respicere videtur Christus ad verba Deut. 32, 5. vbi 70. interp. vertunt: γενεὰ σκολιὰ καὶ διεστραμμένη, posita tantum voce ἄπιστος in locum vocis σκολιά. Quidquid normae iusti et honesti legisque diuinae conforme est, id εὐθὺ s. εὐθὲς *rectum* dicitur. Sic Act. 8, 21. ἡ καρδία

δία σε ἐκ ἔςιν εὐθεῖα ἐνώπιον τε θεε. 70. interp. ישרי לב saepe vocant: εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ e. g. Psal. 7, 12 et 10, 2. quidquid vero ab hac norma aberrat et veluti incuruatur: διεςραμμένον καὶ σκολιὸν et homines tales: διεςραμμένοι s. σκολιοὶ dicuntur.

CAP. XVIII. v. 6.

Ὃς δ' ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τέτων.

De verbo σκανδαλίζεσθαι, male dicit Schwarzius *in Lexico N. T. Est verbum LXX. interpretibus probatissimum.* Nunquam enim 70 interp. hoc verbo vtuntur. Vsus est illo ter Syracides c. 9, 5. c. 23, 7. c. 32, 16. et Aquilas Ps. 63, 9. Ies. 8, 15. c. 40, 3. Prou. 4, 12. ad exprimendum hebraeum הכשיל. Hoc loco est: *facere vt aliquis offendat, offendiculum alicui obiicere, ad peccandum aliquem incitare.* Sic in *Psalterio Salomonis* Ps. 16. v. 7. p. 959. mulier scortatrix dicitur: σκανδαλίζεσα ἄφρονα, *ad peccandum irritans stultum.*

In sequentibus per πέλαγος, quod alioqui *mare* denotat, speciatim: *profundum* s. *medium maris* intelligendum est. Vti hic Matthaeus: ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης, sic Pindarus apud Plutarchum *sympos.* l. 7. qu. 5. p. 705. ἐν πόντε πελάγει, *in medio maris.* Plutarchus de *Is. et Osir.* p. 367. coniungit: τὸ πέλαγος καὶ τὴν θάλασσαν, *profundum maris et mare.* Achilles Tatius l. 1. p. 7. τῆς δὲ θαλάττης ἡ χροιὰ διπλῆ· τὸ μὲν γὰρ πρὸς τὴν γῆν ὑπέρυθρον, καὶ κυάνεον τὸ πρὸς τὸ πέλαγος, *Mari color inerat duplex, terrae enim propinquior pars subrubebat, quae vero profundum versus spectabat, coerulea erat.* Vide hic notas Salmasii. Strabo l. 2. p. 181. dicit τὴν θάλατταν ἀπεργάζεσθαι κόλπες, καὶ πελάγη καὶ πορθμὲς, *mare sinus efficere, et alta maria et freta.* Paulo post, in mari dicit insulas dispersas esse, ἔν τε τοῖς πελάγεσι, καὶ κατὰ τὴν παραλίαν πᾶσαν, *cum in alto mari, tum in omni continentis ora.* Aristoteles *probl. sect.* 23. *qu.* 3. *quaerit: Cur nauigia onustiora esse viden-*

videntur ἐν τῷ λιμένι, ἢ ἐν τῷ πελάγει, *in portu, quam in alto mari*, *et celerius* ἐκ τοῦ πελάγους πρὸς τὴν γῆν, ἢ ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸ πέλαγος, *de alto mari ad terram*, *quam de terra in altum mare proueh untur.* Paulo poſt dicit: ἐν τῷ λιμένι ὀλίγη ἐστὶν ἡ θάλασσα, ἐν δὲ τῷ πελάγει βαθεῖα, *in portu mare eſt exiguum*, *in medio vero mari profundum.*

v. 9.

Καὶ εἰ ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτόν.

Phraſin ἐξαιρεῖν ὀφθαλμοὺς, *oculos euellere*, habent quoque Lucianus *ver. hiſt.* l. 1. p. 728. vbi de cometarum incolis fabulatur: *Oculos exemtiles habent*, *et qui vult*, ἐξελὼν τοὺς αὐτοῦ, *ſuos euellit et ſeruat*, *donec iis opus habeat.* Heraclitus de *incredib.* p. 80. τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξαιρεῖν, *oculos euellere.*

In ſequentibus καλὸν, ponitur, ita vt ἢ ſequatur, omiſſo μᾶλλον, *hoc ſenſu*: *melius eſt vnoculum in vitam ingredi*, quam cet. Frequens haec ellipſis in ſacris et profanis. Ariſtoteles *probl. ſect.* 29. *qu.* 6. Διὰ τί παρακαταθήκην αἰσχρὸν ἀποστερῆσαι μικρὰν, ἢ πολὺ δανεισάμενον, *cur turpius eſt*, *depoſito etiam paruo aliquem fraudare*, *quam debito magno?* Demoſthenes *Olynth.* 2. p. 8. τὴν τῆς ἡμετέρας πόλεως τύχην ἂν ἑλοίμην cet. ἢ τὴν ἐκείνου, *vrbis noſtrae fortunam fortunae illius anteferrem.* Ioſephus *ant.* l. 19. c. 2. p. 666. Φύσει τῇ αὐτοῦ χρώμενον, ἢ συμβουλῇ τῇ ἐκείνης, *magis ingenio ſuo*, *quam conſilio illius vtentem.* Plutarchus in *Pelopida* p. 279. τούτους ἂν ὀρθῶς καὶ δικαίως προσαγορεύσειε συνάρχοντας καὶ συστρατήγους, ἢ ἐκείνους, *hos rectius et iuſtius in magiſtratibus et imperiis collegas vocauerit*, *quam illos.* Achilles Tat. l. 5. p. 337. οὐδὲν κοινόν ἐστιν ἢ τοῖς λίθοις, *nihil mihi magis cum illo rei eſt*, *quam cum lapidibus.* Tobias c. 12. 8. καλὸν τὸ ποιῆσαι ἐλεημοσύνην, ἢ θησαυρίσαι χρυσίον, *melius eſt dare eleemoſynas*; *quam multum auri coaceruare.* Adde L. Bos in *ellipſibus.*

v. 18.

Ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς.

Nondum video neceſſe eſſe, vt vetus ſententia, qua λύειν, de remiſſione peccatorum intelligunt, deſeratur, quam ſaltem notionem non excludendam crediderim. Subintelligere igitur poteris ad vocem ὅσα, ἁμαρτήματα aut ſimile quid. Non infrequens eſt graecis phraſi ἁμαρτίαν λύειν eo vti ſenſu, vt idem ſit, ac, *peccatis exſoluere*, *peccata remittere*. Plutarchus *apophth.* p. 195. τὰ μὲν ἂν ἡμαρτημένα λελύσθω τοῖς ἠνδραγαθημένοις, *meritis tuis peccata tua condonata ſunto*. Idem de *Pythiae orac.* p. 404. περὶ τῆς ἁμαρτίας ἠρώτα τὸν θεὸν, εἴ τις εἴη παράκλησις καὶ λύσις, *de peccato Deum interrogabat*, *vtrum aliqua locum haberet deprecatio et remiſſio.* Euripides in *Oreſte* v. 596. 597. ἢ οὐκ ἀξιόχρεως ὁ θεὸς ἀναφέροντί μοι, Μίασμα λῦσαι, *annon ſufficit Deus ad me conferentem cauſſam in eum, culpa ſoluendum?* Non multum abit hoc Plutarchi in *apophth. Lac.* p. 214. ἐβούλοντο τὴν ἀτιμίαν λῦσαι καὶ τοὺς νόμους τηρεῖν, *volebant infamia eos exſoluere et leges tamen obſeruare.*

v. 19.

Οὗ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς παρὰ τοῦ πατρός μου.

Phraſis: γενήσεται αὐτοῖς παρὰ τοῦ πατρὸς, *id obtinebunt a patre*, quam male pro *hebraiſmo* habet Grotius, occurrit in Euripidis *Alceſtide* v. 71. κοὔθ' ἡ παρ' ἡμῶν σοι γενήσεται χάρις, *neque vllam a nobis gratiam obtinebis.* et in *Hercule fur.* v. 603. μένοντι δ' αὐτοῦ πάντα σοι γενήσεται, *manens vero hic omnia obtinebis.* Sophocles in *Philoctete* p. 394. σοί γ' ὦ τέκνον καὶ τοῦτο κἄλλο τῶν ἐμῶν, ὁποῖον ἂν σοὶ ξυμφέρῃ γενήσεται, *Tu o fili et hoc, et quidquid alind e rebus meis tibi vtile eſt, obtinebis.* Demoſthenes in *Neaeram* p. 519. εἴγε τὸ αὐτὸ τοῦτο γενήσεται αὐτῷ, *ſi idem illud conſequeretur.* Iſocrates in *Aeginet.* p. 578. δι' ἐμὲ δ' ἀμφότερ' αὐτῷ ταῦτα γεγένηται,

γένηται, *ego vero haec vtraque illi praestiti.* Eodem sensu dici potest: εἶναί τινι, quod Marc. II, 24. legitur et apud Xenophontem *Cyrop.* l. 7. p. 124. ὑπεσχόμην δέ σοι ἀντὶ τούτων ἡμὴν παρ᾽ ἑκόντων Λυδῶν ἔσεσθαι, *pollicitus sum, te pro hisce rebus omnia a Lydis obtenturum esse, quae pulcra et bona sunt in Sardibus.* Conf. Elsnerus et Cel. Alberti ad h. l.

v. 35.

Ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν.

Ἀπὸ καρδιῶν, *ex animo* aliquid facere dicitur, qui animo agit candido et haud fucato, ita vt interni animi sensus verbis ore prolatis respondeant. Euripides in *Iphig. in Aulide* v. 475. μή ἐρεῖν σοι τἀπὸ καρδίας σαφῶς, καὶ μὴ ᾽πιτηδὲς μηδὲν, ἀλλ᾽ ὅσοι φρονῶ, *me tibi dicturum esse ex animo aperte, et nihil artificiosum sed ita vt sentio.* Idem *fragm. incert. trag.* v. 77. 78. ὅστις ὢν εὔνους ἐμοὶ, φόβον παρελθὼν τἀπὸ καρδίας ἐρεῖ, *qui mihi bene volens, neglecto metu ex animo verum dicat.* Antoninus l. 2. *de reb. suis* §. 3. ἀπὸ καρδίας εὐχάριστος τοῖς Θεοῖς, *ex animo Diis gratus.* Lucianus *Ioue confut.* p. 203. *audite igitur dii omnes*, τάγε ἀπὸ καρδίας φασὶν, *quae ex corde, vt aiunt, dicam.*

CAP. XIX. v. 3.

Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν;

Per ἄνθρωπον h. l. *vir* s. *maritus* intelligitur, et τῇ γυναικὶ opponitur. Eadem vocis significatio valet apud Aeschinem *cont. Ctesiphont.* p. 296. πρεσβύτας ἀνθρώπους, πρεσβύτιδας γυναῖκας ὀψὲ μεταμανθάνοντας ἐλευθερίαν, *viros senes, mulieres senes, sero libertatem dediscentes.* In *testamento 12 patriarch.* p. 529. αἱ γυναῖκες ἡττῶνται τῷ πνεύματι τῆς πορνείας ὑπὲρ τὸν ἄνθρωπον, *mulieres spiritu fornicationis magis vincuntur quam vir et in ani-*

mis

mis insidias struunt, κατὰ τῶν ἀνθρώπων, *contra viros.* Paulo post: *Non potest mulier* ἄνθρωπον βιάσασθαι, *virum cogere*, et p. 530. κακείνας δὲ ἐντέλλεσθε μὴ συνδυάζειν ἀνθρώποις, *illis etiam praecipite, ne cum viris habeant consortium.* Tobias 6, 8. ἐνώπιον ἀνθρώπȣ ἢ γυναικὸς, *coram viro aut muliere.*

Κατὰ h. l. *propter* significat; insolenter hoc fieri et ex hebraismo putat Camero ad h. l. At totam phrasin habent Pausanias l. 6. *El. post.* p. 377. καθ' ἥντινα αἰτίαν, *quam ob caussam* Plutarchus *consol. ad Apoll.* p. 115. κατὰ πολλὰς αἰτίας, *multas ob caussas*, idem *de fato* p. 574. κατὰ προηγȣμένας αἰτίας, *ob caussas antegressas.* Iosephus *ant.* l. 18. c. 3. p. 619. κατὰ τοιαύτην αἰτίαν, *talem ob caussam.* Saepe quoque κατὰ est: *propter* in aliis phrasibus. Polybius l. 17. c. 32. p. 1071. κατὰ τίνα λόγον, *quam ob caussam.* Aristophanes *in Vespis* p. 507. κατ' αὐτὸ δὴ τȣ̃το μόνον, *hanc vnicam ob caussam.* Isaeus *orat.* 10. p. 577. ἀλλὰ κατὰ γένος ἠμφισβήτȣν, ȣ̓ κατὰ δόσιν, *sed propter genus litem mouebant, non propter donationem.* Thucydides l. 1. p. 22. *rogabant illos, vt duces eorum fierent*, κατὰ τὸ ξυγγενὲς, *propter cognationem generis.* Lucianus de *saltat.* p. 940. κατά τι χρέος ἥκων ὡς τὸν Νέρωνα, *ob negotium aliquod ad Neronem veniens.* Libanius *epist.* 1326. p. 617. ȣ̓ μόνον κατὰ τȣ̃το χαίρομεν, *non solum hanc ob caussam gaudemus.*

v. 6.

Ὥστε ȣ̓κέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία· ὃ ȣ̓̃ν ὁ Θεὸς συνέζευξεν ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.

Verba σὰρξ μία *vnum corpus* significant, nec est vox σὰρξ pro *corpore* sumta *hellenistica*, quod putat Grotius. Plutarchus *lib. non suauiter viui s. Epic.* p. 1091. suibus et ouibus similes esse dicit: τὸ τῇ σαρκὶ καὶ τῇ ψυχῇ περὶ τῆς σαρκὸς ἱκανῶς ἔχειν μακάριον τιθεμένȣς, *in eo felicitatem ponentes, vt corpori et animo corporis curam agenti bene sit.* Idem *an vit. ad infelic. suff.* p. 499. ἐκβῆναι τῆς

τῆς σαρκὸς exire corpore ponit, pro *mori.* Plura dabunt Pfochenius, Vorstius, Cel. Georgius.

Συζευγνύειν est: *matrimonio coniungere.* Aristoteles *Politic.* l. 7. c. 16. p. 559. *In quibuscunque ciuitatibus consuetudo est, τὸ νέες συζευγνύναι καὶ νέας, mares et feminas iuniores matrimonio iungere.* Paulo post: *Puellas circa aetatem 18 annorum congruit συζευγνύναι, in matrimonium iungere.* Ibid. *coniugium σύζευξιν* vocat. Apollodorus *bibl. deor.* l. 1. p. 53. *Alcinoi coniux Arete praeveniens* Μήδειαν Ἰάσονι συνέζευξεν, *Medeam Iasoni coniunxit.* Iosephus *ant.* l. 6. c. 14. p. 202. qui eodem sensu simplici ζευγνύειν vtitur *ant.* l. 16. c. 2. p. 549. γυναῖκας ἐν ἡλικίαις γεγονόσιν ἐζεύγνυεν, *cum iam essent adulti, vxores eis coniunxit.*

Ortum est verbum a voce ζεῦγος, vel eo sensu, quoniam bini coniuges *par vnum* siue ζεῦγος s. ζυγὸν efficiunt, ita vt συζευγνύειν idem sit ac κατὰ ζυγὰ συνάπτειν *per paria coniungere*, ita iungere, vt duo par vnum efficiant, quo sensu hanc phrasin habet Plutarchus *de fort. Alex. or.* 1. p. 329. Bini enim coniuges ζεῦγος dicuntur. Musonius apud Stobaeum *serm.* 67. p. 422. μεγάλη μὲν γὰρ γένεσις ἀνθρώπων, ἣν ἀποτελεῖ τὸ ζεῦγος, *magni momenti est generatio hominis, quam eiusmodi par producit.* Xenophon *in Oeconom.* p. 528. *Mihi profecto videntur Dii ipsi:* πολὺ διεσκεμμένως μάλιστα τὸ ζεῦγος τοῦτο συντεθεικέναι, ὃ καλεῖται θῆλυ καὶ ἄῤῥεν, *sapientissime hoc par instituisse, quod vocatur mas et femina.*

Vel συζεύγνυσθαι, *coniugari, vno iugo subiici*, respicit ad ritum veterem. Nam teste Isidoro *de origin.* l. 9. c. 8. *Coniuges appellati, propter iugum, quod imponitur, matrimonio coniungendis. Iugo enim nubentes subiici solent, propter futuram concordiam, ne separentur.* Paulo post: *Coniugium est dictum, quia coniuncti sunt; vel a iugo, quo in nuptiis copulantur, ne resolui aut separari possint.* Apud Achillem Tatium igitur iugum inter nuptiarum symbola refertur l. 5. p. 315. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ τὰ παρόντα γάμων εἶναι σύμβολα. ζυγὸς μὲν οὕτω, ὑπὲρ κεφαλῆς

κεφαλῆς κρεμάμενος, δεσμοὶ δὲ περὶ τὴν κεραίαν τεταμένοι, mihi, quae adſunt nuptiarum eſſe videntur ſymbola, iugum ſcilicet ſic ſuper capite ſuſpenſum et vincula circa antennam extenſa.

v. 11.

Οὐ πάντες χωρῦσι τὸν λόγον τῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται.

Quum verba Chriſti intellectu ſatis eſſent facilia: per λόγον hic *res* intelligenda eſt, hoc ſenſu: *non omnes huic rei ſufficiunt, rei actu praeſtandae non ſunt pares* ſ. *capaces.* Verbo χωρεῖν hoc ſenſu vtitur Philo *legat. ad Caium* p. 995. dicens Caium occidiſſe Tiberium iuniorem ob factas ſibi inſidias, *μηδὲ τῆς ἡλικίας χωρέσης ἔγκλημα τοιῦτον, cum ne aetas quidem illius huic crimini ſufficeret.* Ioſephus *ant.* l. 18. c. 3. p. 620. Vononem dicit Parthis regem datum eſſe: *quoniam ἐδόκει χωρεῖν τὴν τύχην, eius fortunae capax eſſe videbatur, quam ei duo maxima in terris offerebant imperia.*

v. 20.

Πάντα ταῦτα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μυ.

Verbum φυλάττειν ſenſu *obſeruandi* non eſſe *hebraiſmum* et φυλάττειν νόμυς graece dici pro: *obſeruare leges* contra Gatakerum et Olearium iam obſeruarunt alii. Addam Spicilegium. Dionyſius Hal. *ant.* l. 2. p. 97. *τῦτον τὸν νόμον ἐν ἀρχαῖς μὲν οἱ βασιλεῖς ἐφύλαττον, hanc legem primi illi reges obſeruabant.* Idem *ib.* l. 1. p. 27. *φυλάττοντες τὸν ἑλληνικὸν νόμον, morem graecum obſeruantes.* Lucianus in *tyrannic.* p. 785. *ςέρεσθαι τῆς παρὰ τῶν νόμων ἀμοιβῆς, ἃς διεφύλαξα, defraudari mercede a legibus, quas ſeruaui, praeſtituta.* Libanius *epiſt.* 1144. p. 547. *Qui neque τῇ φυλακῇ τῶν νόμων, legum obſeruatione ſubiectos offendat, neque nimia in hos manſuetudine παραβαίνοντα τὺς νόμυς, leges violet.* Euripides in *Ione* v. 735. 736. *ἄξι' ἀξίων γεννητόρων, ἤθη φυλάσσεις, dignos*

dignis

dignis maioribus mores obseruas. Frequens τὸ φυλάττειν νόμες est Iosepho, e. g. *ant.* l. 7. c. 7. p. 225. τὲς πατρίες νόμες ἰσχυρῶς φυλάσσοντι, *patrias leges diligenter obseruanti.* Ibid. l. 13. c. 5. p. 432. πατρῴοις χρῆσθαι νόμοις καὶ τέτες φυλάσσειν, *patriis vti legibus et obseruare illas.* Ibid. l. 19. c. 4. p. 674. τὲς ἰδίες νόμες φυλάσσειν, *leges suas obseruare.* Phrasin hanc quoque habet l. 1. *contr. Apion.* p. 1038. et νόμον διαφυλάττειν, *ant.* l. 11. c. 5. p. 370.

v. 27.

Τί ἄρα ἔςαι ἡμῖν;

Vertenda sunt haec verba: *quodnam igitur praemium nos reportabimus?* Respicit enim Petrus ad verba Christi v. 21. vbi iuueni diuiti si bona pauperibus dedisset, thesaurus in coelis promittebatur. Quum igitur Petrus se et reliquos discipulos Christi caussa omnia deserendo, conditionem hanc iam impleuisse putaret, iam de praemiis erat sollicitus. Phrasin habent Xenophon *exped. Cyri* l. 1. p. 180. vbi duces quidam graecorum aliique ad Cyrum venisse perhibentur: ἀξιῦντες εἰδέναι, τί σφίσιν ἔςαι ἐὰν κρατήσωσιν, *scire desiderantes, quid praemii relaturi essent, si vicissent.* Ex Telete philosopho Stobaeus *serm.* 95. p. 521. Τί ἔν μοι ἔςαι φιλοσοφήσαντι; *quid igitur lucrabor philosophiam colens?* Apud Iosephum *ant.* l. 11. c. 6. p. 379. de Mardochaeo dicit Ahasuerus: ταῦτα αὐτῷ παρ' ὑμῶν ἔςαι σώσαντί με τὴν ψυχὴν, *id ille praemium a me reportabit, qui vitam meam conseruauit.* Et paulo post: τῦτ' ἔςαι παρὰ τῦ βασιλέως, ὃν ἂν ςέρξῃ καὶ τιμῆς ἄξιον δοκιμάσῃ, *hoc praemium f. honorem obtinebit a rege, is quem diligit et honore dignum iudicat.*

v. 28.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολεθήσαντές μοι ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τῦ ἀνθρώπε ἐπὶ θρόνε δόξης αὐτῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνες κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τῦ ἰσραήλ.

Verba ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ quidam ad verbum ἀκολεθήσαντες referunt. At minus scite. Proprie Christum in

in *regeneratione*, seu *perductione ad vitam spiritualem* sequi nemo potest, quum Christus nunquam antecesserit et nunquam hoc sensu sit regenitus. Nec etiam hic sensus satis est commodus: *qui me* doctorem regenerationis *secuti estis in regeneratione*, i. e. ita doctrinae meae obtemperastis, vt reuera regeniti sitis. Phrasis enim Christum sequi, iam per se hoc innuit: *omnibus eius praeceptis et toti doctrinae morem gerere*, ita vt opus non esset, eam hic *ad solam sequelam in regeneratione restringere.* Imo per phrasin Christum sequi h. l. non solum Petrus v. 27. sed et Christus v. 29. talem *sequelam* intelligit, quae praeter praeceptorum Christi obseruantiam, cum desertione bonorum huius vitae coniuncta sit.

Aptius igitur est, verba ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ commate distinguere et ad sequens verbum καθίσεσθε referre. Est vero παλιγγενεσία *renascentia* seu *reditus in vitam* s. *statum pristinum.* Pythagoricis παλιγγενεσία dicebatur, cum anima per metempsychosin in nouum aliquod corpus delata in illo denuo ad γένεσιν seu vitam perueniret. Hoc sensu vox occurrit apud Plutarchum *de Is. et Os.* p. 379. *et de esu carn. or.* 2. p. 998. Est quoque παλιγγενεσία totalis mundi et corporum mundi mutatio et *in statum meliorem restitutio.* Hoc sensu Stoici nouam *mundi instaurationem* post eius exustionem παλιγγενεσίαν vocabant, de quo plura dabit Clericus ad Hammondum. Simili sensu Plutarchus *de orac. defectu* p. 438. dicit, esse quosdam, qui putant, etiam corpora quae supra lunam sint: ὀξέσι χρῆσθαι μεταβολαῖς καὶ παλιγγενεσίαις, *celeres pati mutationes et renouationes.* Iosephus quoque *ant.* l. 11. c. 4. p. 363. *restitutionem* reipublicae Iudaicae, quam paulo ante: ἀποκατάστασιν, vocauerat, τὴν ἀνάκτησιν καὶ παλιγγενεσίαν τῆς πατρίδος vocat. De hominibus adhibitam vox *resurrectionem*, *renascentiam* s. *reditum in vitam innuit.* Apud Philonem *legat. ad Caium* p. 1037. Agrippa ad Caium dicit: τεθνεῶτα δέει ζωπυρήσας καθάπερ ἐκ παλιγγενεσίας ἀνήγειρας, *tu me metu exanimem fouens, veluti e mortuis resurgentem iterum excitasti.*

excitasti. Plutarchus *de Is. et Osir.* p. 364. Osiridis διασπασμὸς, καὶ τὰς ἀναβιώσεις καὶ παλιγγενεσίας, *dissectiones, et reditus in vitam et renascentiam* memorat. Idem *de εἰ ap. Delph.* p. 389. sibi opponit: φθορὰς τινὰς καὶ ἀφανισμὸς καὶ τὰς ἀποβιώσεις καὶ παλιγγενεσίας, *interitus et e medio sublationes, rursusque in vitam reditus et renascentias.* Idem *sympos.* l. 8. qu. 3. p. 722. homines e somno, mortis sc. imagine, resurgentes vocat: καθάπερ ἐκ παλιγγενεσίας νέα ἐφημέρη φρονέοντες, *tanquam reuiuiscentes noua consilia suscipientes.* In nostris igitur Christi verbis intelligo per παλιγγενεσίαν 1) totam mundi seu rerum omnium mutationem et instaurationem, de qua Petrus loquitur 2 Pet. 3, 10-13. 2) *resurrectionem* hominum ad vitam futuram. Per hanc vero rerum omnium *redintegrationem* et *instaurationem*, hominumque resurrectionem non tantum actus ipse, sed et in primis totus ille status intelligendus est, qui resurrectionem sequitur, in aeternum vsque duraturus. Nam 1) quoniam omnibus Christi asseclis v. 29. praemii loco vita aeterna promittitur, duodecim vero Apostoli prae aliis praerogatiuam habere debebant: aptius est: τὸ καθίζεσθαι ἐπὶ δώδεκα θρόνοις et τὴν παλιγγενεσίαν sic intelligere, vt per illa etiam *status aeternum duraturus* designetur. 2) Luc. 22, 30. edere et bibere in regno Christi, et quod sequitur *sedere in thronis* ad iudicandos tribus Israëlis Christus Apostolis pollicetur, quod non potest aliter, quam de toto vitae futurae tempore explicari. Quum ergo idem futurum sit: ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ: notabit illa, vt puto, totum statum et post tempus resurrectionem. Sic Matth. 22, 28. Marc. 12, 23. et Luc. 20, 33. ἐν τῇ ἀναστάσει est: *in illo statu, qui resurrectionem sequitur.* Cicero quoque omnem conditionem suam et statum, qui reuocationem ex exsilio excipiebat παλιγγενεσίαν, suam vocat, *ad Atticum* l. 6. ep. 6. dicens: *Amicorum litterae me ad triumphum vocant, rem a nobis, vt ego arbitror, propter hanc παλιγγενεσίαν nostram, non negligendam.*

Sedere in thronis et iudicare tribus Israëlis, est igitur coll. Luc. 22, 30. aeternam obtinere salutem, et magna

prae aliis electis in aeternum frui praerogatiua. Iudicaturi ſc. dicuntur Apoſtoli pios et impios in extremo mundi iudicio, eo ſenſu quo 1 Cor. 6. v. 2. pii mundum iudicaturi dicuntur. In primis tamen verbo κρίνεσθαι hic ineſſe puto notionem, *imperandi*, *praeſidendi*, *primum locum tenendi*. Sic Gen. 49, 16. *Dan iudicabit populum ſuum* i. e. praeerit, imperabit illi. *Iudices* in V. T. idem ſimul eſſe, ac: *moderatores*, *duces*, *praeſides* notum eſt. *Duodecim tribus Iſraëlis* ſunt *electi* e 12 tribubus, qui Apoc. 7, 3. ſq. ἐσφραγισμένοι dicuntur. Hos iudicabunt Apoſtoli, i. e. inter illos in vita aeterna primum obtinebunt locum praeſides veluti in conſeſſu eorum futuri. Quemadmodum inter angelos dantur θρόνοι et κυριότητες Col. 1, 16. alii alios gloriae gradu ſuperantes, ſic idem quoque valet de electis. Simile aliquid de piis poſt mortem ſtatuit Plutarchus *Conſol. ad Apoll.* p. 120. *Si vt probabile eſt, vera ſunt, quae veteres poëtae ac philoſophi docuerunt*, ὅτω καὶ τοῖς εὐσεβέσι τῶν μεταλλαξάντων ἐςί τις τιμὴ καὶ προεδρία (καθάπερ λέγεται) καὶ χῶρός τις ἀποτεταγμένος, ἐν ᾧ διατρίβεσιν αἱ τέτων ψυχαὶ, *eſt quidam piis poſt mortem honor et dignior in conſeſſu locus vt dicitur, et regio quaedam ſeparata, in qua horum degant animae.*

CAP. XX. v. 1.

Ὅςις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτῦ.

Ἅμα πρωῒ, recte vertas cum veteri interprete: *primo mane* ſiue cum Beza: *Cum prima luce*. ſ. etiam: *praemature*. Fallitur B. Wolfius *in Curis*, dum phraſin ſaepe adhiberi dicit a 70. interp. hi enim nusquam illa vtuntur. Occurrit illa apud Thucydidem l. 4. *prope init.* p. 89. ἅμα δὲ πρωῒ ἐσβαλόντες, *praemature irruentes*, vbi tamen de tempore anni ſermo eſt. Plena phraſis foret: ἅμα σὺν τῷ πρωΐ. Nam τῷ πρωῒ aliquoties habent LXX. Interp. e. g. Gen. 19, 27. c. 20, 8. Ier. 20, 16. & ſic in phraſibus ſynonymis dandi caſus ponitur, vt: ἅμα τῇ

ἡμέρᾳ

ἡμέρᾳ Demosthenes *de corona* p. 337. & *adu. Polyclem* p. 712. Xenophon *Cyrop.* l. 2. p. 41. Sine articulo ἅμα ἡμέρᾳ Achilles Tat. l. 4. p. 245. ἅμα τῷ ὄρθρῳ Lucianus in *asino* p. 172. et ἅμα ὄρθρῳ Xenophon *exped. Cyri* l. 2. p. 191. Thucydides l. 3. p. 87. ἅμα τῇ ἕῳ Achilles Tat. l. 3. p. 213. et ἅμα ἕῳ, Thucydides l. 4. p. 96. Ἅμα τῷ φωτὶ, Polybius l. 2. c. 26. p. 159. et l. 5. c. 53. p. 553. ἅμα φωτὶ, ibid. c. 56. p. 558. Herodianus l. 7. p. 266. ἅμα τῷ παραδραμεῖν τὸ περιόρθριον, *simulac dies illuxit.*

Μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα verto: *vt operarios conduceret pro vinea* s. in vsum vineae colendae sc. Simillima est phrasis Themistii *orat.* 21. *in exploratore* p. 260. οὐκ ἐπιτρέψομεν οὐδὲ οἰκίαν οἰκοδομεῖσθαι. εἰς ἣν οὔτε μεταλλέας ἐμισθώσαντο, οὔτε τέκτονας οὔτε οἰκοδόμους, *non etiam permittemus, domum aedificare, pro qua neque fabros ferrarios, neque lignarios, neque architectos mercede conducant.* Vocula εἰς saepe est: *pro* et obiecto praeponitur, in *cuius vsum* aliquid facimus. Sic 1 Cor. 16, 1. λογία ἡ εἰς τοὺς ἁγίους, *collectio pro sanctis.*

v. 2.

Συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν.

Verbum συμφωνεῖν significat: *consentire, communi consensu aliquid pacisci.* Sic Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 313. ὁ δὲ τῶν Γαλατῶν ἡγούμενος συμφωνήσας μισθὸν ᾔτει τακτὸν, *dux Gallorum vbi pactus erat, stipendium statutum poscebat.* Paulo post: *Quum Perseus haec se daturum esse promitteret,* οὐ ποιοῦντος δὲ τὸ συμφωνηθὲν διὰ φιλαργυρίαν, *non autem ob auaritiam, id quod pactus erat faceret.*

Denarii hic fit mentio, quoniam ille merces diurna erat, quae mercenariis antiquitus dari solebat. Sic drachmam angelo in diem stipulatur Tobias c. 5. v. 15. *Dic mihi quam tibi mercedem daturus sim?* δραχμὴν τῆς ἡμέρας, *drachmam dabo quolibet die, et necessaria tibi*

vt et filio meo. Idem erat ſtipendium diurnum militum apud Romanos. Tacito auctore *annal.* l. 1. c. 17. Percennius de militibus dicit: *denis in diem aſſibus animam et corpus aeſtimari, hinc veſtem, arma, tentoria, hinc ſaeuitiem centurionum, et vacationes munerum redimi.* Fiebat hoc e veteri adhuc more, quo decem aſſes denarium efficiebant, licet iſto tempore denarius 16. aſſibus conſtaret. Vide Grotium.

v. 3.

Καὶ ἐξελθὼν περὶ τρίτην ὥραν, εἶδεν ἄλλους ἑστῶτας ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀργούς.

Hammondus in paraphraſi verba *ἐν τῇ ἀγορᾷ* ad primum verſum reiicit, et ita explicat: *exiiſſe patremfamilias in forum, vbi ſtare ſoleant, qui in diem operam ſuam locant, exſpectantes donec conducantur.* At temerarium eſt, verba haec ſic ſuo loco mouere, nec probavit Hammondus, id moris fuiſſe, vt mercenarii operam locaturi in foro ſemper praeſtolarentur. Mirum tamen merito videri poteſt, quod ad horam tertiam tantum addatur: *ἐν τῇ ἀγορᾷ,* non vero mane aut hora ſexta, nona, vndecima, otioſos in foro inueniſſe dicatur paterfamilias. Subeſt nimirum ritus antiquus. Moris nempe erat iſto tempore, in plurimis regionibus, vt *hora diei tertia,* ſeu vt nos loquimur, *nona ante meridiem* homines frequentes in forum confluerent, obſonia aut merces alias coëmendi aut etiam confabulandi gratia. Hoc adeo erat vulgare, vt inde *hora tertia et tempus pleni fori* pro ſynonymis haberentur, et *περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν* idem ſit ac *hora tertia.* Sic Suidas: *πλήθουσα ἀγορὰ* explicat per: *ὥρα τρίτη.* Libanius, qui Antiochiae viuebat *epiſt.* 1084. p. 518. *ταῦτα ἐν τετάρτῳ μέρει τετέλεσταί σοι τῆς ἡμέρας, ἀπὸ πληθούσης ἀγορᾶς εἰς μεσημβρίαν σταθεράν, haec intra quartam diei partem nempe a pleno foro, vsque ad plenum meridiem ſunt confecta.* Theophraſtus *charact. eth.* c. 12. de homine moribus impuro dicit: *πληθούσης τῆς ἀγορᾶς, quando maxime frequens eſt forum, ad nuces,*

ces, mala, ac reliquos omnis generis fructus accedens ibique stans de iis comedit, sermones interea cum venditore ferens. Xenophon *exped. Cyri* l. 1. p. 181. dicit fuisse iam ἀμφὶ ἀγορὰν πλήθουσαν, *circa tempus pleni fori*, cum Cyro aduentus exercitus hostilis nunciaretur. Ibid. l. 2. dicit: ἤδη τε ἦν περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν, *erat iam circa tempus pleni fori, quum a rege et Tissapherne legati venirent.* Idem de *dict. et fact. Socratis* l. 1. p. 442. de Socrate narrat, illum πληθούσης ἀγορᾶς, *tempore pleni fori* in ambulacris et gymnasiis versatum esse. Hippocrates de *morb. vulg.* l. 7. sect. 7. p. 313. de aegroto quodam dicit: περὶ πλήθουσαν ἀγορὴν ἵδρως πολὺς κατείχετο, *tempore pleni fori, multus illum sudor detinebat,* et paulo post addit: πρὸς μέσον δὲ ἡμέρης σφόδρα ἐλήρει, *medio autem die multum delirabat.* Ignorans hunc phraseos significatum quidam apud Athenaeum l. 6. c. 20. p. 270. qui πληθοῦσαν ἀγορὰν tempus, quo ad sermones dictorum audiendos plena erant auditoria, esse putauerat, a plebe cognomen *Plethagoras* retulit. Vide hic Casaubonum. Aelianus *var. hist.* l. 12. c. 30. Tarentinis ait moris esse: πίνειν μὲν ἐξ ἑωθινοῦ, μεθύειν δὲ περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν, *vt a summo mane poculis indulgeant, tempore vero pleni fori iam sint ebrii.* Idem *hist. an.* l. 1. c. 20. de cicadis dicit: τὰ ἐξ ἕω εἰς πλήθουσαν ἀγορὰν σιώπωσιν, *a prima luce vsque ad tempus pleni fori silent.* Idem obtinebat apud Romanos. Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 138. *Illi peracto ante solis ortum itinere* πληθούσης τῆς ἑωθινῆς ἀγορᾶς, *mane frequenti foro Cluilium in foro* in vrbe Alba sc. *inueniunt.* Ibid. l. 9. p. 614. consul Quintius exspectans, donec adesset, ὥρα πληθυούσης μάλιστα ἀγορᾶς *tempus, quo forum maxime frequens* ex castris erumpebat. Cum igitur hora tertia maxima in foris vrbium adesset frequentia, haud mirum, quod paterfamilias hac hora operarios in foro quaesiuerit, qui alio tempore, aliis forsan in locis erant conquirendi.

V. 8.

Λέγει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος τῷ ἐπιτρόπῳ αὐτοῦ, κάλεσον τοὺς ἐργάτας καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἕως τῶν πρώτων.

Ἐπίτροποι erant: *dispensatores*, *procuratores*, *villici* e seruorum praecipue genere desumti. Probat hoc Aristoteles *oeconom.* l 1. c. 5. dicens: δούλων δὲ εἴδη δύο, ἐπίτροπος καὶ ἐργάτης, *seruorum genera duo sunt*, *dispensator et operarius*. His vel tota rei domesticae dominorum suorum cura et rationes excepti et expensi etc. commissae erant, quo sensu vox אפיטרופוס frequens est in Targumim et opere Talmudico. Sic Gen. 39, 4. Targum Pseudo-Ionathanis et Hierosolymitanum dicunt Iosephum a Potiphare constitutum esse: אפטרופוס על ביתה, *dispensatorem domus suae*. Gen. 43, 16. qui hebr. dicitur אשר על ביתו ab eodem Pseudo-Ionathane: אפיטרופוס על בית יוסף vocatur. Esth. 1, 8. quod hebr. est רב בית in Targum est אפטרופוס על בית Hoc sensu Plutarchus in *Antonio* p. 917. iussisse hunc dicit τῷ ἐπιτρόπῳ *dispensatori*, vt amico cuidam quinque & viginti myriadas drachmarum daret. Idem de *amicor. mult.* p. 94. dicit, multum requiri temporis ad eligendum: οἰκέτας χρημάτων ἐπιτρόπους, *seruos negotiorum procuratores*. Sic *procurator* ἐπίτροπος non differt ab *oeconomo* Luc. 16, 1. Speciatim erant ἐπίτροποι *inspectores villarum ac praediorum*. Sic Ausonius ad Paulinum *epist.* 22. *Philon*, *meis qui villicatus praediis*, *vt ipse vult Epitropos. (Nam gloriosum Graeculus nomen putat*, *quod sermo fucat Doricus)*. Libanius *epist.* 322. p. 156. tales ἐπιτρόπους τῶν χωρίων, *procuratores praediorum* vocat, quos paulo post permouendos esse dicit: *ne ita Dominum suum ament*, *vt ob exiguam frumenti accessionem gloriam illi perdant ingentem.* Hos *villicos* latini vocant. Similiter erant ἐπίτροποι hortorum. Sic τοὺς δυεῖν κήπων ἐπιτρόπους τοῦτε Μαικήνα καὶ Λαμία, *duorum hortorum*, *Maecenatis et Lamiae procuratores*, memorat

memorat Philo *legat. ad Caium* p. 1040. In noſtra parabola igitur per ἐπίτροπον aut in ſpecie *vineae diſpenſator* aut generatim *omnium bonorum patrisfamilias procurator* intelligi debet. Aptius eſt poſterius, quoniam melius Chriſto reſpondet, qui per ἐπίτροπον in explicatione parabolae recte intelligitur.

Ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν, eſt: *da ſ. ſolue illis mercedem.* Demoſthenes in *Aphobum* or. 1. p. 550. *pro tribus mancipiis, quae in officina mea erant,* μισθὸν ἀποδεδωκέναι λογίζεται, *mercedem ſe ſoluiſſe, in rationes refert.* Idem *adu. Polyclem p. 708.* μισθὸς ἐκ ἀπεδόθη τοῖς στρατιώταις, *ſtipendia militibus non ſunt ſoluta,* ibid. p. 709. τέτῳ μὲν ἒν ἀποδὲς τὸν μισθόν. Lucianus in *Dial. Deor.* p. 137. τοιγαρἒν ἀπέδωκέ σοι τὸν μισθὸν τὴν πυράγραν, *proinde et iſtam tibi dedit mercedem, forcipem ſcilicet.* Idem *dial. marin. p. 202. et in Scytha* p. 646.

In phraſi: *incipiens ab vltimis vsque ad primos,* latet ellipſis. Supple verbum χωρεῖν ſ. ἔρχεσθαι, aut ſimile quid h. m. ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων καὶ ἐλθὼν ἕως τῶν πρώτων, *incipiens a poſtremis et pergens vsque ad primos.* Sic Luc. 23, 5. ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἕως ὧδε, item Act. 1, 22. et Lucianus *in Somnio* p. 11. ἐπεσκόπεν ἀπὸ τῆς ἕω ἀρξάμενος ἄχρι πρὸς ἑσπέραν πολεῖς καὶ ἔθνη καὶ δήμες, *contemplabar ab oriente incipiens et pergens vsque ad occidentem vrbes, gentes et populos.*

v. 12.

Οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν, καὶ ἴσες ἡμῖν αὐτὲς ἐποίησας τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα.

De voce ἐποίησαν diſceptant interpretes, vtrum vertenda ſit: *commorati ſunt per vnam horam,* an potius *laborarunt per vnam horam.* Verbum ποιεῖν ſenſu priori ſatis frequens eſt, de quo vide dicenda ad Act. 15, 33. Sed magis tamen placet explicatio poſterior. Nam 1) non de *tempore commorationis* ſermo erat, ſed de *labore* in vinea per-

 acto.

acto. 2) si *ἐποίησαν* esset *commorati sunt:* adiici debuisset: *ὧδε hic* s. *ἐν τῷ ἀμπελῶνι.* 3) si vertis: *fecerunt* s. *laborarunt* sibi constat allusio, quae inesse videtur verbo huic repetito, dum verbo: *ἐποίησαν* opponitur: *ἴσους αὐτοὺς ἐποίησας*, ob id quod vna hora *fecerunt*, tu illos aequales nobis *fecisti*. Vtrumque enim Christus exprimere potuit voce Chaldaica עבר. Nolim tamen verbum *ποιεῖν* hoc sensu adhibitum, quo Ruth. 2, 19. ad vocem עשׂה, quae idem ibi significat, in *hebraismis* censere cum cel. Heumanno et Vorstio. Sic sane Libanius *epist.* 1479. p. 675. *Tibi vicissim laetiores illis dies vel potius annum integrum fertilem reddere consultum videatur, ἵνα μὴ μόνον ποιήσαντες, ἀλλά τι καὶ φέροντες τοῖς παιδίοις φανῶσι, vt non tantum labores exantlasse, sed et liberis suis aliquid attulisse videantur.* Confer quoque Cel. Georgium in *Vindic. N. T.* ab *Hebraismis* p. 136. Res ipsa conuenit cum promtissima apud Iudaeos solutione mercedis quae artificibus et mercenariis fiebat. *καὶ γὰρ εἰ μίαν τὶς ὥραν τῆς ἡμέρας ἐργάσαιτο, τὸν μισθὸν ὑπὲρ ταύτης εὐθέως ἐλάμβανεν, nam etiamsi quis vel vnica diei hora laborasset, pro illa tamen protinus mercedem accipiebat*, vt ait Iosephus *ant.* l. 20. c. 8. p. 699.

Pertulisse se dicunt: *diei onus et aestum.* Multum sc. in regionibus orientis austro propioribus laborum molestias auget feruor solis. Hinc Iacobus aerumnas quas Labano seruiens perpessus fuerat descripturus Gen. 31, 40. dicit: *ἐγενόμην τῆς ἡμέρας συγκαιόμενος τῷ καύσωνι.* Apud Xenophontem *Cyrop.* l. 1. p. 22. Cambyses descripturus, belli ducem plus molestiarum quam milites subire debere, dixisse fertur: *ἐπὶ τῶν πράξεων δὲ ἦν μὲν ἐν θέρει ὦσι, τὸν ἄρχοντα δεῖ τοῦ ἡλίου πλεονεκτοῦντα φανερὸν εἶναι, in rebus gerendis, si quidem in aestate fuerit, conspicuum esse debet, imperatorem plus solis tolerare.*

v. 21.

Εἰπὲ ἵνα καθίσωσιν οὗτοι οἱ δύο υἱοί μου.

Εἰπὲ, est: *iube* vt sedeant; regis enim est iubere. Sic Xenophon *Cyrop.* l. 7. p. 124. *καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἀπιέναι*

ναὶ ἐκ τῦ ϛρατεύματος τάχιϛα, *iussit illos quam primum ab exercitu discedere.* Ibid. p. 127. τῇ δὲ τροφῷ εἶπε παραμένειν καὶ ἐπέταξεν αὐτῇ, *nutricem vero manere iussit, illique praecepit.* Idem *rer. Graec.* l. 1. p. 294. Ἀλκιβιάδης δὲ εἰπὼν καὶ τύτοις διώκειν αὐτὸν, *hos etiam Alcibiades se subsequi iussit.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 1. c. 14. p. 123. ὅταν ἐκεῖνος εἴπῃ τοῖς φυτοῖς ἀνθεῖν, ἀνθεῖ, ὅταν εἴπῃ βλαϛάνειν, βλαϛάνει, *quum ille plantas florere iubet, florent, quum germinare iubet, germinant.* Apollodorus *bibl. deor.* l. 3. p. 129. εἰπὼν μὴ πρότερον ἀναϛρέφειν, *ne prius reuerterent, imperauit.* Sic etiam λέγειν est *iubere.* Xenophon *exped. Cyri* l. 1. p. 172. πέμπων αὐτῷ ἄγγελον ἔλεγε θαῤῥεῖν, *nuntio illi misso, bono illum animo esse iussit.*

v. 23.

Οὐκ ἔϛιν ἐμὸν δῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμαϛαι ὑπὸ τῦ πατρός μυ.

Phrasis: Οὐκ ἔϛιν ἐμὸν δῦναι vertenda est: *non me decet dare, non mei est officii dare.* Sic Plutarchus in *Apophtheg.* p. 181. βιάζεσθαι ἐλευθέραν ὖσαν ὐχ ἡμέτερον, *illam cogere cum libera sit, nostrum non est, s. nos non decet.* Idem *in Antonio* p. 930. ἐπιορκεῖν ὐκ ἐμὸν, *peierare non est meum, et in Cicerone* p. 865. *Caussam ad alium praetorem reiicere,* ὐκ εἶναι βυλομένων βοηθεῖν, *non conuenire illis, qui opem ferre velint.* Subintelligenda vero est vox: ἔργον, sic enim phrasis haud raro plene occurrit. Xenophon *Cyrop.* l. 2. p. 28. *animos illorum acuere* ἡμέτερον ἔργον, *vestri est officii.* Ἄρχοντος γάρ ἐϛιν, *Principem enim decet, non se bonum praestare tantum* cet. Euripides in *Phoenissis* v. 447. σὸν ἔργον μᾶτερ Ἰοκάϛη, λέγειν, τοιῦσδε μύθυς, *tuum est o mater Iocaste, dicere tales sermones.*

Totam sententiam cum aliis interpretor: *Meum non est dare aliis, nisi illis, quibus paratum est a patre meo.* Sicque ἀλλὰ puto poni pro εἰ μὴ, *nisi.* Quum alii vertunt: *Sed illis* dabitur, *quibus id paratum est a patre meo:*

et insolentius et haud necessarium mihi videtur, talem statuere ellipsin, et adest scrupulus, quod sic absolute remouisse a se Christus videretur potestatem conferendi *προεδρίας*. Nec rem conficere videtur limitatio, qua haec verba intelligi volunt Cel. Heumannus et alii, quod sc. Christus id tantum velit, hanc sibi potestatem non competere in statu exinanitionis. Siue enim ampliorem dignitatis et gloriae gradum in regno gratiae siue regno gloriae Christus intelligat, quum proxime iam instaret Christi mors et exaltatio, etiam ex hoc capite Christus potestatem hanc de semetipso non poterat negare. Meae explicationi dum post alios *ἀλλὰ* per *nisi* explico, id vnicum obiicit Cel. Heumannus, nondum satis constare, vtrum particula *ἀλλὰ* vsquam pro *nisi* als nur occurrat. Sufficere potuissent loci Marc. 9, 8. coll. Matth. 17, 8. 2 Cor. 2, 5. a Gatakero *in Cinno* l. 1. c. 3. p. 195. iam notati, quibus adde Marc. 4, 22. Adiiciam tamen locos profanorum. Callimachus in *hym. in Dian.* v. 34. 35. Iouem fingit ad Dianam dicentem, se illi triginta vrbes daturum: *τὰ μὴ θεὸν ἄλλον ἀέξειν, εἴσεται ἀλλὰ μόνην σὲ, quae neminem alium Deum honorare scient, nisi te solam.* Iosephus *ant.* l. 19. c. 2. p. 670. *τοὺς τε θεοὺς οὐκ ἄλλοις συμμαχεῖν, ἀλλὰ τοῖς μετὰ ἀρετῆς καὶ τοῦ καλοῦ τοὺς ἀγῶνας ποιουμένοις, Deos non aliis opem ferre, nisi illis, qui pro recto et honesto certarent.* Idem *ant.* l. 16. c. 16. p. 575. Demosthenes in *Neaeram* p. 527. *οἷ οὐδεὶς ἄλλος ἀθηναίων τοσούτων ὄντων, εἰσέρχεται, ἀλλ' ἡ τοῦ βασιλέως γυνή, quo nemo Athenienſium, quorum tanta est multitudo, ingreditur, praeter regis vxorem.*

v. 28.

Καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.

Phrasis *δοῦναι ψυχὴν* est: *vitam dare, vitam ad mortem offerre eamque actu deponere.* Bina loca Euripidis a me notata, in quibus phrasis occurrit, praeripuit Elsnerus et ad Marc. 10, 45. adscripsit. Addam quae supersunt. Exod. 21, 23. *δώσῃ ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς, vitam deponet pro vita.* Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 9. p. 792. Παρο-

Παροξυνθέντος, ὑπὲρ τοσέτων ἑτοίμως ἐπιδώσω τὴν ἐμαυτᾶ ψυχὴν, *irritato* Caesare, *pro tanta multitudine lubens vitam meam deponam.* Ibid. l. 4. c. 13. p. 873. τὴν ἐμαυτᾶ ψυχὴν ἐπιδώσω μόνην ὑπὲρ τᾶ θεᾶ, *animam meam solam dabo pro Deo.* Hoc sensu *animam* sc. *morti offerre*, *et mortis periculis obiicere*, occurrit παραδᾶναι ψυχὰς Act. 16, 26. pro quo Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 641. ψυχὰς προΐεσθαι, *vitas morti obiicere.* Porro διδόναι ψυχὴν est quoque *vitam* reipsa *deponere* siue *mori.* Sic Iosephus *bell. iud.* l. 7. c. 5. p. 946. πρὶν ἀποδᾶναι τὴν ψυχὴν, κατεχώσθη τοῖς βέλεσιν, *antequam vitam deponeret*, *sagittis est obrutus. Lib. de Maccabaeis*, quem Iosepho tribuunt c. 12. p. 1096. Καὶ ἅτως ἀπέδωκε τὴν ψυχὴν, *et ita animam efflauit.* Sic Ioh. 19, 30. παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Virgilius *Aeneid.* l. 9. v. 704. *Neque enim iaculo vitam ille dedisset.* Iustinus l. 39. c. 4. *Spiritumque non fato, sed parricidio dedit.* Statius *Thebaid.* l. 9. v. 677. 678. *Hostique cruento, dant animas et terga negant.*

Λύτρον est: *pretium redemtionis*, quo modo *sacrificia* eorum λύτρα vocabantur, pro quibus illa Diis immolabantur. Sic apud Lucianum *Dial. Deor.* p. 125. Ganymedes ad Iouem dicit: *quod si me dimittes*, *polliceor* σοὶ καὶ ἄλλον παρ᾽ αὐτᾶ κριὸν τεθύσεσθαι λύτρα ὑπὲρ ἐμᾶ, *tibi et alium arietem ab ipso immolatum iri*, *in pretium redemtionis pro me.* Aelianus *hist. an.* l. 10. c. 13. asserit, quod conchae, margaritis exemtis, liberae dimittantur, οἱονεὶ λύτρα δᾶσαι τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, *hoc veluti liberationis suae pretio dato.*

CAP. XXI. v. 5.

Πῶλον υἱὸν ὑποζυγίᾶ.

Hebraismum in voce υἱὸν quaerit Vorstius *philol. s. Part.* 1. c. 15. p. 318. asserens, pullos brutorum animantium Graece quidem τέκνα non vero υἱᾶς vocari posse. Refutans hunc Cel. Georgius in *Vindic. N. T. ab Hebr.* p. 286. locos protulit, in quibus muli παῖδες ἵππων et mulae

mulae θυγατέρες ἵππων et θυγατέρες ὄνων vocantur. Sufficere haec possent ad profligandum hebraismum; addam tamen locum, in quo ipsa vox υἱὸς hoc sensu occurrit, quod haud fecit Cel. Georgius. Plutarchus in *Conuiuio* 7. *sap.* p. 150. de mulo ob pulcritudinem ferociente dicit: *εἶτα μέντοι συμφρονήσας ὡς ὄνȣ υἱὸς εἴη, κατέπαυσε ταχὺ τὸν δρόμον, mox tamen recordatus, asini se filium esse, inhibuit cursum.*

v. 35.

Ὃν μὲν ἔδειραν, ὃν δὲ ἀπέκτειναν.

Verbum δέρειν pro: *verberare*, *caedere* adeo rarum est profanis, vt Camerarius aliique censeant, pro ἔδειραν hic legi debere ἔδηραν, vt vox a δαίρω deriuari possit. Pauca sane in hanc rem proferunt scriptores a Wolfio in *curis* ad h. l. citati. Duos locos ex profanis adfert Schwarzius *in Lexico* N. T. qui tamen ad rem non faciunt. Nam δαρῆναι quod habet Diogenes Laert. l. 7. c. 1. §. 19. aeque bene a δαίρω deriuari potest, et in Arriani *Diss. Epict.* l. 3. c. 22. p. 314. δαίρεσθαι non vero δέρεσθαι comparet. Prouoco igitur ad Aristophanem in *Vespis* p. 463. Ἦ δέδοκταί μοι δέρεσθαι καὶ δέρειν δι' ἡμέρας, *num placet die hac verbera et pati et dare.* Vbi Scholiastes antiquus explicat: δέρεσθαι δὲ καὶ δέρειν ἐπὶ τȣ̃ τύπτεσθαι. Ibid. p. 523. ὅτ' ἀπεδειρόμην, Οἱ 'κτὸς ἐγέλων, *quum verberibus adfligerer*, *qui foris erant, ridebant.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 2. c. 20. p. 236. *Si alicuius eorum seruus essem*, εἰ καὶ ἔδει με καθ' ἡμέραν ὑπ' αὐτȣ̃ ἐκδέρεσθαι, *etiamsi quotidie vapulandum esset, tamen illum torquerem.*

CAP. XXII. v. 2.

Ὅστις ἐποίησε γάμȣς τῷ υἱῷ αὐτȣ̃.

Phrasis: γάμȣς ποιεῖν vel *matrimonium contrahere* significat, vt apud Euripidem *in Danaë* v. 99. 100. Καὶ νῦν παραινῶ πᾶσι τοῖς νεωτέροις, Μὴ πρὸς τὸ γῆρας τȣ̀ς γάμȣς ποιȣμένȣς, *et nunc iuuenes adhortor omnes, ne*

ne in senectute matrimonium ineant, vel phrasis idem est ac: *nuptias celebrare*, *conuiuium nuptiale peragere*. Sic Demosthenes *in Onetor. or.* 1. p. 570. Καὶ γάμους ποιοῦμεν καὶ τοὺς ἀναγκαιοτάτους παρακαλοῦμεν, *et nuptias celebramus, et maxime necessarios inuitamus*. Singulari vtitur Iosephus *ant.* l. 11. c. 6. p. 374. Καὶ γάμον αὐτῆς ποιεῖ τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ, *et nuptias eius* sc. Estherae *celebrat mense duodecimo*. Nam γάμος s. γάμοι *conuiuium nuptiale* denotant, vt in hoc Achillis Tatii l. 5. p. 309. *Deinde coena nobis parabatur sumtuosissima*, καὶ ὄνομα μὲν ἦν τῷ δείπνῳ γάμοι, *et nomen quidem nuptiarum haec coena habebat*. In verbis Matthaei satis perspicuum est, quod de conuiuio nuptiali agatur.

v. 9.

Πορεύεσθε οὖν ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν.

Varie explicant, τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν. Cel. Heumannus post Grotium per διεξόδους, *exitus vrbis* s. *portas* et per διεξόδους τῶν ὁδῶν, *vias ex portis exeuntes* intelligit. Sed obstat 1) quoniam tunc potius dicere debuisset Matthaeus: τὰς ὁδοὺς τῶν διεξόδων, *vias egressuum*, s. *vias portarum*. 2) Quod hoc sensu assumto vix dari possit ratio cur, minus visitata vox διέξοδοι quae quoslibet *exitus et transitus* in genere denotat, pro multo notiori πύλαι adhibita, et non potius tota phrasis aliter, e. g. τὰς ὁδοὺς τὰς πρὸ τῶν πυλῶν formata sit. Nam si διέξοδοι, *portas vrbis* innuunt: certe verba: τῶν ὁδῶν nullum sensum habere possunt. 3) Scopus parabolae exigit, talia loca intelligi, in quibus magna hominum adesset frequentia. Hanc tutius in ipsa vrbe, quam in viis ante vrbem quaesieris. Mihi Bezae et Er. Schmidii placet versio. Vertunt hi: *Compita viarum*. Per vias, plateae siue viae in ipsa vrbe intelligendae sunt, quo sensu ὁδὸς saepe occurrit. Appianus *bell. Pun.* c. 54. p. 92. Carthaginem dicit, lamentis et metu plenam fuisse, addens, quod ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀνεκάλουν τὰ φίλτατα, *in viis quosque sibi carissimos aduocauerint*. Iosephus *ant.* 19.

c. 1.

c. 1. p. 660. τὰς εὐθείας ὁδὲς, *vias s. plateas rectas* ϛενωπῷ ἠρεμηκότι, *angiportui deserto* opponit. Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 54. Romae dicit templum conspici non procul a foro, κατὰ τὴν ἐπὶ καρινὰς Φέρεσαν ἐπίτομον ὁδὸν, *secundam viam, quae compendio ad Carinas fert.* Aristophanes *in auibus* p. 590. κἀν μέσῳ Ἀγορᾷ. Φέρεσαι δ' ὦσιν εἰς αὐτὴν ὁδοὶ ὀρθαὶ, *et in medio forum sit. Ferentes vero ad illud plateae sint rectae.* Διέξοδοι vero sunt *exitus*. Hoc sensu enim vox saepe pro hebraica תוצאות *exitus*, s. *termini* occurrit apud 70. interp. e. g. Num. 34, 4. cet. et Psalm. 68, 21. למות תוצאות per: αἱ διέξοδοι τȣ̃ θανάτȣ, *exitus e morte.* Sic et Thucydides l. 3. p. 83. ἐς τὴν ὕλην ἐσφερομένȣς, ὅθεν διέξοδοι ȣ̓κ ἦσαν *in sylvam delatos, ex qua nulli erant exitus. Exitus* igitur *platearum* sunt loca in vrbibus spatiosiora, in quae plures plateae siue viae simul exeunt, qualia *compita* latini vocant, quod plures viae s. plateae ibi simul *competunt* s. concurrunt. Apud hebraeos talia loca spatiosiora in vrbibus plura erant, in quibus plures plateae concurrebant, quae loca רחובות hebraeis vocantur. Vide Nehem. 8, 1. 3. 16. Esr. 10, 9. 2 Chron. 32, 6. In his locis amplioribus siue foris solemnes erant populi conuentus, vt ex effatis scripturae modo dictis apparet. In his venales erant res ad victum pertinentes. Huc igitur cum magna ibi populi esset frequentia seruos mittit rex. Dicere potuisset Christus: τὰς ἀγορὰς pro: τὰς διεξόδȣς τῶν ὁδῶν; sed caussa mutatae dictionis haec subesse videtur. Exierant serui ante ad vocandos hospites, qui ἐν ταῖς ὁδοῖς domicilia habebant, quumque hi conuiuium adspernarentur, iam rex dixisse fingitur: *Ite iam non in singulas plateas, sed in loca vbi plures plateae concurrunt, et vbi maior proinde hominum reperitur frequentia.*

V. 12.

Ὁ δὲ ἐφιμώθη.

Amelius in Erört. des N. T. part. 1. p. 6. post alios alludi per verbum ἐφιμώθη putat ad morem veterum, quo

quo ad ſupplicium damnati ori capiſtro iniecto loqui prohibebantur. At non ſatis hoc conuenit huic loco, licet ritus ille negari nequeat. Capiſtro os occludebatur capitis iam damnatis quum ad mortem ducerentur, non vero reis coram iudice cauſſam dicere iuſſis. Quum hoc loco veſte nuptiali non indutus de rei huius cauſſa interrogetur, nulla veri ſpecie concipi poteſt, os illi occluſum fuiſſe, quo minus cauſſam dicere poſſet. Φιμόειν in genere ſenſu translato actiue eſt: *ad ſilentium redigere* et paſſiue *obmuteſcere* etiam vbi os capiſtro obturari non poteſt. Sic Marc. 4, 39. Chriſtus mare alloquitur: σιώπα, πεφίμωσο, *ſile*, *obmuteſce*. Similiter profani. Ioſephus *bell. Iud.* l. 1. c. 20. p. 767. τάχα καὶ τοὺς ἀπαγγέλλειν προαιρουμένους οἱ ἀνῃρημένων δαίμονες ἀδελφῶν ἐφίμουν, *fortaſſe etiam illos*, *qui rem indicare volebant*, *manes fratrum interfectorum ad ſilentium redigebant*. Ibid. c. 17. p. 750. Cum Mariamne Herodi necem Ariſtobuli fratris exprobraret, de hoc dicitur: ἀλλ᾽ ὁ μὲν πεφίμωτο τοῖς ἱμέροις, *ſed ille propter amorem obmuteſcebat*. Id tamen negari nequit, deſcendere vocem a φιμὸς, *capiſtrum*, vt adeo: φυμοεῖν ſit: *os capiſtro occludere*, quod et in animalibus et in hominibus fiebat, et hinc tropice: *ad ſilentium redigere*, et *paſſiue: obmuteſcere*. Sic apud Lucianum in *vitarum auct.* p. 375. Chryſippus interrogatus quamnam artem calleat, reſpondet: *Retia ſermonum calleo*, *quibus diſputantes contra me obſtringo*, καὶ ἀποφράττω καὶ σιωπᾶν ποιῶ, φιμὸν ἀτεχνῶς αὐτοῖς περιτιθεὶς, *et os occludo et ad ſilentium redigo*, *capiſtrum illis ſine arte imponens*. Sic Chriſtus ἐφίμωσε Sadducaeos hoc capite v. 34. Adde quoque Schwarzium in *Lexico N. T.* voce φιμόειν.

CAP. XXIII. v. 5.

Πλατύνουσι δὲ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν.

Quid ſint φυλακτήρια explicabo breuiter, ex vſu vocis graecae, rem ipſam vt ſatis notam ſupponens. Verti poteſt haec vox latine: *tutelae*, *munimenta*, *amuleta*.

1) *Mu-*

1) *Munimenta*, quibus sc. animus hominis ita *munitur* et *in tuto* collocatur, vt simulac ipse eadem conspiciat, cavere discat a peccando. Sic Plutarchus *quaest. Rom.* p. 288. *bullas*, quae ex collis puerorum ingenuorum apud Romanos suspendebantur, quae cum תפלין quodammodo conveniebant, *phylacteria* vocat, dicens: ἢ καὶ πρὸς εὐταξίαν ἐστὶ φυλακτήριον τοῦτο καὶ τρόπον τινὰ τῆς ἀκολασίας χαλινὸς, αἰσχυνομένων ἀνδροῦσθαι πρινὴ τὸ παιδικὸν ἀποθέσθαι παράσημον; *num forte et hoc munimentum est modestiae morum et quasi frenum incontinentiae, quum erubescant, viriles sequi voluptates, antequam insigne puerile deposuerint.* Sic Iudaei תפלין gestabant, vt eas conspicientes, memores essent mandatorum Dei. Sic Iustinus Martyr *dial. cum Tryphone* p. 205. dicit: Iudaeos Dei iussu: φυλακτήριον ἐν ὑμέσι λεπτοτάτοις γεγραμμένων χαρακτήρων τινῶν, *phylacterium gestare ex litteris quibusdam in tenuissimis membranis descriptis*, et per haec religionem illis incussam esse, ἀεὶ μνήμην ἔχειν τοῦ Θεοῦ, *vt Dei semper sint memores.* 2) Φυλακτήρια sunt: *amuleta*, qualia e collo aut alibi suspendere solebant gentiles, vt mala a se amolirentur. Sic Plutarchus *de Is. et Osir.* p. 377. dicit: τὴν Ἶσιν αἰσθομένην ὅτι κύει περιάψασθαι φυλακτήριον, *Isin cum se sentiret esse grauidam appendisse sibi amuletum.* Ibid. p. 378. τὸ δὲ τῆς Ἴσιδος φυλακτήριον ὃ περιάπτεσθαι μυθολογοῦσιν αὐτὴν ἐξερμηνεύεται φωνὴ ἀληθὴς, *Isidis vero amuletum, quod appendisse illam fabulantur, explicatum denotat, vocem veram.* De ligamentis suis precatoriis similiter credebant Iudaei, inesse illis vim ad mala quaeuis propulsanda et daemones fugandos. Targum ad Cant. 8, 3. תפילין et מזוזה hunc vsum habere dicit: דליח רשו למזיקא לחבלא, vt *daemones vim non habeant ad damnum inferendum.* 3) Φυλακτήριον, quamlibet *tutelam* et *praesidium*, quo se aliquis tuetur denotat. Sic Themistius *orat.* 13. *in Gratianum* p. 178. τὴν ἀγιστείαν, *religionem* dicit: ἄμεινον φυλακτήριον *tutius praesidium* esse, quam arma. Idem *orat.* 19. *de hum. Theodos.* p. 231. δυσκαταγωνιστότερον φυλακτήριον εὔνοια

φόβου

φόβου, *inexpugnabilius est praesidium beneuolentia, quam timor.* Idem fere dicit Plutarchus in *Arato* p. 1039. οὐδὲν οἷον ἀληθινὴ καὶ βέβαιος εὔνοια φυλακτήριον ἀνδρὸς ἄρχοντος, *nulla tam firma est hominis in potestate positi tutela, quam vera et constans beneuolentia.* Significatus hic generalis includit reliquos. Huc pertinet, quod et Iudaei sua precantium insignia, *robur et munimentum* vocant, quo et hostibus sint formidandi. Sic in Gemara *Berachot* c. 1. p. 51. *edit. Etzardi*: ומנין שהתפילין עוז הם לישראל דכתיב וראו כל עמי הארץ כי שם יהוה נקרא עליך ויראו, *vnde probatur, quod phylacteria sint robur Israelis? Resp. ex eo quod scriptum est, Deut. 28, 10. et videbunt omnes populi terrae, quod nomen Domini vocetur super te et timebunt.*

v. 14.

Ὅτι κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν.

Per οἰκίας hic sine dubio, *opes, facultates, res familiaris* intelliguntur vt: *domos deuorare*, idem sit ac: *opes deuorare* et *exhaurire.* Sic saepe graeci οἶκον et οἰκίαν pro opibus ponunt. Iosephus *bell. Iud.* l. 7. c. 11. p. 959. In gazophylacia templi dicit: πᾶς ὁ Ἰουδαίων σεσώρευτο πλοῦτος, ἀνασκευασμένων ἐκεῖ τῶν οἴκων τῶν εὐπόρων, *omnes Iudaeorum diuitiae erant, coaceruatae, quum opes diuitum illuc essent translatae.* Distinctius Xenophon loquitur in *oeconomico* p. 526. de arte oeconomica dicens: ἡ δὲ ἐπιστήμη αὕτη ἐφαίνετο, ᾗ οἴκους δύνανται αὔξειν ἄνθρωποι. οἶκος δ' ἡμῖν ἐφαίνετο ὅπερ κτῆσις ἡ σύμπασα. κτῆσιν δὲ τοῦτο ἔφαμεν εἶναι, ὅ, τι ἑκάστῳ ὠφέλιμον εἴη εἰς τὸν βίον, *haec nobis scientia esse visa est, qua domos augere possunt homines. Domus vero nobis omnis possessio esse visa est. Possessionem vero esse diximus, quidquid cuique ad vitam vtile est.* Hinc ibid. p. 518. ὅ, τι ἂν ποιῶν αὔξοιμι τὸν οἶκον, *quid faciendo rem familiarem augeam*, et p. 528. ὅ, τι ἂν ἐγὼ ποιοῦσα συναύξοιμι τὸν οἶκον, *quid ego faciens simul augeam facultates.* Contra ea Telemachus auctore Homero *Odyss.* B. v. 63. 64. quum proci Penelopes splendide conuiuantes opes Vlyssis abligurirent dicit: οὐδ' ἔτι καλως οἶκος ἐμὸς διό-

λωλε, *non boneste domus mea perit.* Ibid. v. 237. 238. de iisdem procis Mentor dicit: κατέδουσι βιαίως οἶκον Ὀδυσσῆος, *consumunt violenter opes Vlyssis.* Clarius Plutarchus *de audiendis poetis* p. 22. Καὶ γὰρ οἶκον ποτὲ μὲν τὴν οἰκίαν καλοῦσιν -- ποτὲ δὲ τὴν οὐσίαν, ἐσθίεταί μοι οἶκος, *interdum domum per* οἶκον *intelligunt, interdum rem familiarem, vt in hoc: deuoratur mihi res familiaris.* Sic Heraclitus de *incredibil.* p. 72. fabulam de Harpyis coenam Phinei diripientibus explicat, fuisse illas: ἑταίρας καταφαγούσας τὴν τοῦ Φινέως οἰκίαν, *meretrices Phinei opes domesticas consumentes, eumque necessario quoque cibo carentem relinquentes.* Locum iam notauit B. Wolfius *in Curis* ad h. l.

V. 15.

Περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον, καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν.

Terram et mare circumire est: multum industriae rei cuidam impendere, imo ob illam vel longinqua itinera suscipere. Sic apud Iosephum *ant.* l. 11. c. 4. p. 362. Zorobabel dicit, viros omnia in vxores impendere, quaecunque πονοῦντες καὶ πᾶσαν ταλαιπωρίαν ὑπομένοντες καὶ διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, *laborantes et omnes molestias terra marique subeuntes, adquisiuerint.* Arrianus de *reb. indic.* p. 524. Herculem vocat: ἐπελθόντα πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν, *omnes terras et maria peragrantem.*

Terra h. l. ξηρὰ dicitur sc. γῆ, absque *hebraismo.* Graeci *terram* non solum τὸ ξηρὸν, sed et τὴν ξηρὰν, vocant. Sic Strabo l. 3. p. 211. de exundationibus maris iusto citius desinentibus dicit: διά τε τὸ τάχος καὶ ἐπὶ ξηρᾶς πολλάκις ἐγκατέλιπον τὴν ναῦν, *propter celeritatem saepius nauem in terra relinquunt.* Contra ea ὑγρὰν *humidum* Graeci *mare* vocant, vt in hac inscriptione Delphis conspicua apud Plutarchum de *tranquillitate* p. 467. ὑγρᾶς καὶ τραφερᾶς βασιλεὺς Ἆγις μ' ἀνέθηκεν, *Agis me dedicauit terrae rex et maris.*

Verba

Verba vltima vertunt vulgo: *facitis eum filium gehennae duplo magis quam vos*, eo ſenſu: vt duplo grauior eorum ſit poena qui decipiuntur et peruertuntur, quam qui alios decipiunt et peruertunt. Merito ſententiam hanc refutat Cel. Heumannus ad h. l. vbi aliam profert explicationem, vocem ſc. ὑμῶν conſtrui debere cum voce γεέννης, *facitis* ſc. *illum duplicem filium gehennae veſtrae*, quae tamen interpretatio ne ipſi quidem Viro Cel. ſatis placet. Mihi vulgaris ſententia ex hoc quoque capite ſe non probat, quoniam in nulla lingua eiusmodi numeralia, multiplicatiua et proportionalia, vi ſignificationis ſuae gradus comparationis admittunt. Non dicunt ſane latini: *duplex*, *duplicior*, *triplex*, *triplicior*, quae monſtra forent; nec graeci dicunt: τριπλότερος, τετραπλότερος. Et ſi hic ſenſus ſubeſſet: dicere debuiſſet Matthaeus: διπλοῦν ὑμῶν ſ. διπλῇ ὑμῶν, *duplo magis quam vos*; quid hoc enim ſit, intelligo. Διπλότερον ὑμῶν vero, ſi ab Aria Montano: *dupliciorem vobis*, vel ab aliis: *duplicius quam vos*, vertitur, non intelligo. Quam enim notionem cum comparatiuo coniunges, quum poſitiuus idem iam exprimat. Polybius ſane l. 9. c. 20. p. 777. dicit: τῷ μεγέθει διπλῆν εἶναι τὴν Λακεδαίμονα τῆς Μεγάλης πόλεως, *Lacedaemonem eſſe duplo maiorem Megalopoli*. Senſerunt hoc Er. Schmidius et Ruſius in *harmonia euangeliſt*. qui explicant: *plus quam duplo maiorem quam vos*. Sed et hoc modo exemplum vel vnicum, ex lingua vel graeca, vel quacunque alia deſidero, vbi multiplicatiua eo ſenſu occurrant, vt e. g. *duplicior* ſit, *plus quam duplo maior*, *quam*. Numeralia vero, ſi in aliam tranſeunt ſignificationem, per gradus comparationis flecti poſſunt. Sic *ſecundior*, *ſecundiſſimus*, pro felicior, feliciſſimus. Sic ſi ἁπλοῦς *ſimplex*, hominem *ſincerum* denotat, dicere potes: ἁπλούστερος, ἁπλούστατος, *ſimplicior*, *ſimpliciſſimus*. Hoc me in eam trahit ſententiam, vt putem, vocem διπλότερος, quae in comparatiuo nusquam apud profanos comparet, et non niſi h. l. in ſacris legitur, denotare hominem *fallacem*, *doloſum*, *ſimulatorem*, *hypocritam*, verſipellem.

Sic profani. Euripides *in Reso* v. 394. 395. *φιλῶ λέγειν τἀληθὲς ἀεὶ, κ᾽ οὐ διπλοῦς πέφυκ᾽ ἀνήρ*, *soleo loqui semper verum nec sum vir duplex.* Ibid. v. 422. 423. Τοιοῦτός εἰμι κἀυτὸς εὐθεῖαν λόγων τέμνων κέλευθον κ᾽ οὐ διπλοῦς πέφυκ᾽ ἀνήρ, *talis sum et ego rectam sermonum viam secans, nec sum vir duplex.* In *adagiis Graecorum* ab And. Schotto Antw. 1612. 4. editis in *prouerb.* Zenobii s. Zenodoti p. 60. legitur epigramma: *μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλοῦν πεφυκότα, χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις*, *odi virum, qui duplex natus est, qui verbis est amicus sed malignus moribus.* Dio Cassius *excerpt. Valef.* p. 710. de Traiano dicit: *τῇ τε γὰρ φύσει οὐδὲν οὔτε διπλοῦν, οὔτε δόλιον, οὔτε τραχὺ εἶχεν*, *indoles illius nihil neque fallax, neque dolosum neque asperum continebat.* Apud Lucianum in *auctione vit.* p. 380. Mercurius Peripateticum describens, hanc eius dicit esse perfectionem, quod sit: *διπλοῦς*, *duplex*, idque ita explicat: *ἄλλος μὲν ὁ ἔκτοθεν φαινόμενος, ἄλλος δὲ ὁ ἔντοθεν εἶναι δοκεῖ*, *alius quidem foris apparet, quam intus esse videtur.* Sic quoque *διπλόη* est: *fraudulentia, simulatio.* Suidas in hac voce: *διπλόη ἡ ἀπάτη. Διπλόη ἡ ἔξωθεν ἀρετὴ φαινομένη, ἔσωθεν δὲ γέμουσα κακίας, καὶ οἱ φιλίαν μὲν ὑπισχνέμενοι προϊέμενοι δὲ αὐτὸν τοῖς πολεμίοις*, et paulo post: *τάττεται δὲ ἡ λέξις καὶ ἐπὶ σκολιῶν τοὺς τρόπους.* Sic Plutarchus de *Pythiae oracul.* p. 407. dicit interdum veteres Delphis sacerdotes: *διπλόης τινὸς καὶ περιαγωγῆς καὶ ἀσαφείας*, *fraudulentia quadam et circuitione et obscuritate opus habuisse.* Similiter latinis *duplex* idem est, ac: *simulator, fraudulentus.* Horatius *carm.* l. 1. *od.* 6. *nec cursus duplicis per mare Vlyssei.* Fraudulentus Vlysses, quem: *πολύτροπον* Homerus vocat, hic duplex dicitur. Ex sequiori aeuo, Gregorius Magnus *in epistolis* p. 322. *edit. operum* Paris. 640. dicit: *Quod si ita est, quicunque hoc fallaciter confinxerunt, sub puritatis vobis specie* duplices *exstiterunt, vt se quasi fideles ostenderent, et vos ne nobis praue facerent dubitare.* Quemadmodum ergo *ἁπλοῦς* est: *simplex, sincerus* et *ἁπλότης simplicitas, sinceritas:*

ceritas: ita διπλȣ̃ς, est, *fallax*, *simulator*, et διπλόη, *hypocrisis*, *fraudulentia.* Διπλότερον igitur explico vt adiectiuum in accusatiuo hoc modo: *facitis illum filium gehennae qui fraudulentior*, imo insignior sit hypocrita, *quam vos estis.* Eleganter haec respondent nexui et scopo verborum Christi. Hypocrisis enim illud erat crimen, quod Pharisaeis Seruator optimus per singulos fere huius capitis versus exprobrauit. Insigniores vero hypocritae fiebant proselyti, dum plurimas superstitiones gentilium animo infixas retinebant, veris religionis Iudaicae doctrinis haud satis imbuti; imo dum, licet non nisi fluxis huius vitae cupiditatibus inhiantes Iudaismum amplexi essent, apud Iudaeos tamen simulatam quandam sanctitatem prae se ferebant.

v. 29.

Ὅτι οἰκοδομεῖτε τȣ̀ς τάφȣς τῶν προφητῶν καὶ κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων.

Κοσμεῖν μνημεῖον siue τάφον, *exornare sepulcrum* ex vsu phraseos apud graecos significat: *sepulcrum alicuius quocunque honore adficere*, *iusta alicui facere*, *omnes ritus obseruare*, *qui in honorem mortui*, *vel in ipsa sepultura vel post eandem solemnes sunt.* Sic Sophocles in *Antigone* p. 204. de Antigone, quae fratrem humauerat, et ad sepulcrum eius tria libamina effuderat dicit: *καθευρέθη τάφον κοσμȣ̃σα*, *reperta est sepulcrum exornans.* Apud Euripidem in *Helena* Menelao, qui naufragio periisse fingebatur v. 1270. seq. iusta hoc modo persolui debebant, vt sanguis libaretur, lecti praeterea strati, arma aenea, variique terrae fructus in mare proiicerentur, et in hoc secundum v. 1430. consistebat *ὁ κόσμος τάφȣ*, *exornatio sepulcri.* Sic enim Helena dicit: *Οὐκȣ̃ν ὅδ᾽ ἄρξει ναὸς, ὃς κοσμεῖ τάφον*, *annon ille nauem gubernabit*, *qui curabit inferias?* Sic Iosephus *ant.* l. 14. c. 19. p. 490. de Phasaelo dicit: *τάφον δὲ ἐκόσμει τῷ πατρὶ*, *honores sepulcrales patri exhibebat.* Paulo aliter in Euripidis *Androm.* v. 1160. nuncius ad regem Peleum dicit, adferre se

cadauer filii eius: κλαῦσαί τε πρέσβυ, γῆς τε κοσμῆσαι τάφῳ, *lugendum, o ſenex! et ornandum ſepultura.*

In noſtris verbis Chriſti, ſi per δικαίους, *iuſtos et innocentes*, qui illis ipſis temporibus, e. g. ab Herodibus, aut Procuratoribus Romanis religionis cauſſa necabantur, intelligas: κοσμεῖν μνημεῖα eſſet: *illos ſepelire omnesque illis honores praeſtare cum ſepultura coniunctos*. Quoniam tamen in ſequentibus horum *iuſtorum* nulla amplius fit mentio, probabilius eſt, hic per *iuſtos* ipſos prophetas ante nominatos intelligi. Quum igitur κοσμεῖν μνημεῖα hic ab *aedificatione ſepulcrorum* diſtinguatur: per illud reliqui *honores* intelligendi ſunt, quos Iudaei ſepulcris piorum dudum mortuorum exhibere ſolebant. Conſtabant hi 1) in frequenti aedificatione ſynagogarum prope ſepulcra. 2) In ſolemni ad ſepulcra maiorum aditu, ad preces ibi fundendas, et rogandos mortuos, vt pro orantibus apud Deum intercedant. 3) In recitandis prope ſepulcra maiorum laudibus. Confer omnino Elsnerum ad h. l. Ritus vero hos Iudaeorum diligentiſſime e fontibus ſuis deduxit Vitringa de *ſynagoga vet.* l. 1. part. 1. c. 11. p. m. 219-224. cum quo confer Nicolai de *ſepulcris hebraeorum* l. 3. c. 17. p. 216. quem videbis integrum fere caput ex Vitringa non nominato turpiter exſcripſiſſe. Simile inſigne plagium videbis circa vocem: Κώνωψ v. 24. Erudite eam explicauit Vorſtius de *adagiis* N. T. c. 3. p. 18. de *culice vinario*, ſed ſingula ad verbum fere ſine fronte et pudore ſubripuit Bocharto in *hieroz.* part. 2. l. 4. c. 17.

CAP. XXIV. v. 7.

Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ καὶ σεισμοὶ κατὰ τόπους.

Quum bella et bellorum ſtrepitus, quibus Romanum imperium circa haec tempora vexabatur, adeo eſſent remota, vt parum ad Palaeſtinam ſpectarent, et praeterea iam aliquot annis ante captas Hieroſolymas, orbis per Veſpa-

Vespasianum esset pacatus: haud opus esse existimo, vt verba Christi hic ad gentes extra Palaestinam extendantur. Habebat ipsa Palaestina varias gentes. Diuisa quoque erat non solum antiquitus sed et paulo ante haec tempora in varios principatus. Impletionem sane vaticinii docet Iosephus *bell. Iud.* l. 4. c. 6. p. 879. vbi haec de Zelotis, qui contra reliquos Iudaeos, in sui auxilium Idumaeos acciuerant, dicit Iesus pontifex: *νεανιεύονται δ' ἐν ταῖς ἀπογνώσεσιν ἤδη, δῆμοι τε δήμοις, καὶ πόλεσι πόλεις συγκρούειν, καὶ κατὰ τῶν ἰδίων σπλάγχνων τὸ ἔθνος στρατολογεῖν, exsultant autem iam rebus desperatis, vt populos committant populis, et vrbes vrbibus et vt gentem contra sua viscera ad arma cogant.*

Per *σεισμοὺς*, *commotiones, trepidationes, fluctuationes animorum* intelligo, hominibus spe metuque suspensis, et quasnam partes praecipue amplectantur, ambigentibus. Sic Matth. 21, 10. *ἐσείσθη ἡ πόλις, commota est vrbs* et Philo *legat. ad Caium* p. 1030. de rege Agrippa dicit: *τρόμος τε καὶ σεισμὸς πάντα αὐτοῦ τὰ μέρη καὶ τὰ μέλη συνεκύκα, tremor et trepidatio omnes eius partes et membra perturbabat.*

Κατὰ τόπους, est: *in variis s. certis locis.* Sic Polybius l. 4. c. 74. p. 469. *οὐκ ἂν ἠπόρησαν ξένων καὶ μισθοφόρων τῶν κατὰ τόπους ἢ καιροὺς παρεφεδρευόντων, non deessent peregrini aut mercenarii, qui certis locis aut temporibus praesidio illis essent.* Athenaeus l. 15. c. 11. p. 688. *γίνεται δὲ μύρα κάλλιστα κατὰ τόπους, praeparantur vero vnguenta optima variis locis.* Apud Hippocratem in *decreto Atheniensium* sect. 8. p. 24. laudatur Hippocrates, quod peste Graeciam peruadente: *κατὰ τόπους ἀποστείλας τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, ad varia loca discipulos suos miserit, ad indicandum, quibus remediis vtendum sit.*

v. 15.

Ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ὁ ἀναγινώσκων νοείτω.

Participium *ἑστὼς* absque dubio ad vocem *βδέλυγμα* referendum est. Mireris haesitasse eruditos viros, quo-

 niam

niam illud ſit generis maſculini. Ob hunc ſcrupulum novas explicationes excogitauit Hombergius *in Parergis*. Mire reſpondit B. Olearius *Obſ.* in *Matthaeum* p. 687. ſubeſſe hebraiſmum, Matthaeum *maſculino* vti pro *neutro*, quoniam neutro genere careant hebraei. Rectius poſt Outhoſium Wolfius *in Curis* ἑςὸς, eſſe *neutrum* contractum ex ἑςαός. Sic Luc. 5, 2. πλοῖα ἑςῶτα, vbi ſi Nominatiuus eſſet ἑςὸς, per ὁ μικρὸν dici debuiſſet; ἑςότα. Nominatiuus ipſe occurrit apud Thucydidem l. 3. *init. orationis Mitylenaeorum* p. 62. τὸ μὲν καθεςὼς τοῖς Ἕλλησι νόμιμον, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι καὶ ξύμμαχοι ἴσμεν, *quid inter graecos moris ſit, viri Lacedaemonii et ſocii! ſcimus.*

Verba ὁ ἀναγινώσκων νοείτω, in parentheſi ponunt, et vertunt: *qui legit, animaduertat.* Haud ſatis commode, vt opinor. Vix hoc ſenſu verba eſſe poſſunt Euangeliſtae, lectores ad attentionem exhortantis, nam iisdem verbis et Marcus vtitur. Nec credibile eſt, duos Euangeliſtas, quibus praeſertim exhortationes immiſcere inſolens eſt, iisdem verbis in eadem re fuiſſe vſuros. Praeterea ſi verba eſſent Euangeliſtae, credas potius Euangeliſtam ad finem periodi poſt v. 18. illa poſiturum fuiſſe. Vix quoque eſſe poſſent verba Chriſti ad attentam verborum Danielis lectionem hortantis. Parum huic loco monitum Danielis vaticinia intento animo legendi conuenire videtur, in quibus nulla ſane conſilia reperiuntur, quid piis ante inſtans reipublicae Iudaicae excidium agendum ſit.

Verbum ἀναγινώσκειν verto per: *agnoſcere, noſſe, intelligere.* Sic apud Lucianum in *Lexiphane* p. 955. quum dixiſſet Lexiphanes, imitari ſe conuiuium filii Ariſtonis, reſpondet Lycinus, multos eſſe quidem Ariſtones, illum tamen Platonem intelligere videri, et ad hoc Lexiphanes regerit: ὀρθῶς ἀνέγνως, *recte hoc agnouiſti.* Sophocles *in Oedipo tyr.* p. 179. ὡς σ' ἠθέλησα μήδ' ἀναγνῶναί ποτε, *quam vellem me numquam te nouiſſe.*) Deleo igitur parentheſin et verba Chriſti eſſe puto, hoc ſenſu intelligenda:

Quum

Quum abominationem desolantem stare videritis in loco sancto, i. e. quum Hierosolymas circumdatas sentietis ab exercitu Romano Luc. 21, 20. tunc *qui hoc agnoscit*, i. e. qui adesse abominationem desolantem, et impletum esse vaticinium Danielis intelligit, *animaduertat*, i. e. 1) *conclusionem* ex his signis *faciat*, γνώτω ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς, sciat, quod instet desolatio vrbis. Luc. 21, 20. 2) *deliberet*, quid in his sibi periculis agendum sit.

v. 24.

Ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται καὶ δώσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα.

Quae de Pseudochristis et Pseudoprophetis e Iosepho notaueram, praeoccupauit Grotius ad v. 5. et h. l. Iosephus nempe *ant. Iud.* l. 20. c. 6. p. 695. impostorum mentionem facit, qui populo persuaserint, vt in desertum ipsos sequeretur: δείξειν γὰρ ἔφασαν ἐναργῆ τέρατα καὶ σημεῖα, *dicebant enim, se clarissima prodigia et signa esse ostensuros*. Idem *bell. Iud.* l. 7. c. 31. p. 996. similia quaedam de impostore quodam Ionatha in Aegypto facta enarrat, cet. Voces σημεῖα καὶ τέρατα similiter coniungit Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 597. populo metum iniectum esse dicens: τεράτων τε καὶ σημείων πολλῶν γινομένων, *multis prodigiis signisque apparentibus*.

Phrasin: δώσουσι σημεῖα vertunt vulgo: *edent*, siue *facient miracula*, et sic in voce διδόναι inesse *hebraismum* post Vorstium existimat Cel. Heumannus. At me quidem iudice διδόναι etiam graecis est: aliquid *producere*, *facere*, *proferre*, *auctor* alicuius rei *esse*. Sic Euripides in *Iphigen. in Taur.* v. 1161. ὅσια γὰρ δίδωμ' ἔπος τόδε, *impolluta enim hoc verbum profero*. Idem in *Hecuba* v. 1111. ἀχὼ διδοῦσα θόρυβον, *Echo strepitum edens*. Themistius *orat.* 23. in *Sophista* p. 282. θορύβους οὓς ἂν διδῶτε, *strepitus quos editis*. Miracula tamen vera et magna ab impostoribus re ipsa esse producta, suos habet scrupulos. Conf. τέρατα ψεύδους 2 Thess. 2, 9. Iosephus quoque ab eius-

modi falsis prophetis miracula *non facta* sed *promissa* tantum esse dicit. Hinc aptius verba nostra verti puto: *pollicebuntur miracula.* Διδόναι profanis saepe est: *polliceri.* Sic Plutarchus in *apophthegm.* p. 180. Δαρείȣ διδόντος αὐτῷ μύρια τάλαντα καὶ τὴν Ἀσίαν νείμασθαι πρὸς αὐτὸν ἐπίσης, *quum Darius ipsi* sc. Alexandro *decies mille talenta et Asiam aequali portione cum illo diuidere polliceretur.* Diodorus Siculus l. 20. c. 15. p. 394. διδόντος Ἀντάνδρῳ καὶ τοῖς μετ' αὐτȣ̃, εἰ παραδιδόασι τὴν πόλιν ἀσφάλειαν, *quum ille Antandro et adhaerentibus, si vrbem traderent, impunitatem polliceretur.* Raphelius verbum διδόναι 1 Cor. 15, 57. hoc sensu explicat, et notionem hanc vocis in *annot. Herodot. et Xenoph.* ex his scriptoribus aliis exemplis confirmat. Verba vero: ὥστε πλανῆσαι, de *conatu* et *scopo* falsarum prophetarum intelligo, non de *effectu. Pollicebuntur magna miracula, eo fine, vt vel electos in errorem deducant, sed conatu irrito et spe fallaci.*

C A P. XXV. v. 9.

Ἀπεκρίθησαν δὲ αἱ φρόνιμοι λέγȣσαι, μήποτε ȣ̓κ ἀρκέσῃ ἡμῖν, καὶ ὑμῖν.

Cel. Elsnerus in *obseru.* existimat, ante vocem, μήποτε subintelligi debere: ὁρᾶτε s. βλέπετε hoc sensu: *Cauete, ne nobis non magis atque vobis sufficiat;* et quod eiusmodi ellipsis graecis frequens sit, satis firmat. Sed ita supplendum foret: ὁράσομεν s. βλέψομεν in prima persona. Operam enim dare, ne ταῖς φρονίμοις oleum deesset, non τῶν μωρῶν erat, sed τῶν φρονίμων. Sensus enim hic esset: *non dabimus vobis oleum, nam cauebimus, ne aeque parum nobis atque vobis sufficiat.* Durior vero fit ellipsis, si tot verba sunt subintelligenda. Magis igitur placet sententia Cel. Alberti, qui μήποτε vertit: *fortasse,* h. m. *Sic fortasse neque nobis sufficeret, neque vobis:* Ita enim vnica vocula ȣ̓́τω supplenda est. En exempla in quibus μήποτε *fortasse* significat. LXX. interpr. Gen. 24, 5. μήποτε ȣ̓ βȣ́λεται ἡ γυνὴ πορευθῆναι μετ' ἐμȣ̃, *fortasse*

fortasse (hebr. אולי) *non volet femina sequi me.* Sic *ibid.* v. 39. Hippocrates *in epist. sect.* 8. p. 15. ad Democritum, quem immerito multos deridere putat, haec dicit: μήποτ' ὧν ὁ σὸς γέλως τοῦτέοις ἀνάρμοστος, *fortasse igitur his risus tuus minime conuenit.* Maximus Tyrius *Differt.* 12. p. 119. μήποτε ὧν ἔοικεν τὶ Ὅμηρος αἰνίττεσθαι ἄλλο, *fortasse igitur alind innuere vult Homerus.* Plutarchus de *consol. ad Apoll.* p. 106. de vita et morte dicit: Καὶ μήποτε τοῦδε εἰκὼν ᾖ ὁ περὶ ἡμᾶς ἀὴρ, ἐν παρ' ἓν ἡμέραν καὶ νύκτα ποιῶν, *fortasse huius rei imago est, ambiens nos aer, alternis vicibus diem noctemque producens.* Ibid. p. 107. *Neque sic mors malum est,* μήποτε δὲ τοὐναντίον ἀγαθὸν, *fortasse vero bonum potius.* Athenaeus l. 13. c. 6. p. 586. μήποτε δὲ δεῖ γράφειν ἀντὶ τῆς Ἀνθείας, Ἄντειαν, *fortasse vero pro Antheia scribendum est Anteia.* Sic Rom. 11. v. 21. multo concinnius cohaerebunt omnia, si μήπως vertas: *fortasse.*

v. 15.

Ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν.

Vertunt alii: *cuique secundum facultatem ipsius*, et ita explicant, quod Dominus pro viribus et facultatibus cuiuslibet serui, illi talenta vel plura vel pauciora commiserit. Non tangam difficultates, quae in explicatione parabolae hinc nascuntur. Deus sane dona et naturae & gratiae quaecunque hominibus largiens, aut etiam partes diuersas in se suscipiendas illis iniungens, vires recte istis vtendi et in iis versandi non supponit, sed ipse largitur. Si vero hic sensus esset, dixisset Matthaeus: ἑκάστῳ κατὰ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, vel πᾶσι κατὰ τὴν ἑκάστου δύναμιν. Iam vero cum dicat κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν, satis perspicuum esse videtur, hoc eodem capiendum esse sensu, quo v. 14. τοὺς ἰδίους δούλους dixerat. Δύναμις sc. *opes, facultates, diuitias* denotat, et verba hoc sibi volunt: *Quamuis inaequalis fuerit argenti summa, quam seruis commiserat dominus: illum tamen magnam summam largiter et suimet diuitiis conuenienter singulis tradidisse.*

Acce-

Acceperant nempe singuli *non minas* vt Luc. 19, 13. seq. *sed talenta*, ita vt et is, qui minimum acceperat, multum accepisse censeri posset. His vero donis concreditis, opponuntur v. 21. dona vitae coelestis, ita vt haec, quanquam in se magna sint, respectu illorum ὀλίγα esse dicantur. Δύναμις graecis saepe *facultates* denotat absque hebraismo. E sacris huc spectat locus 2 Cor. 8. v. 3. Xenophon *Cyrop.* l. 8. p. 154. Cyrum refert, diuitias suas amicis ostensurum dixisse, decere hominem, qui amicis, vti par est, inseruire velit: τὴν δύναμιν φανερὰν ποιήσαντα, ἐκ ταύτης ἀγωνίζεσθαι περὶ καλοκἀγαθίας, *opes suas manifestare et iis strenue benefacere studere.* Thucydides l. 1. p. 6. καὶ χρημάτων δυνάμει, *et quum opum vi, isto tempore ditissimis Graecorum aequales essent.* Lucianus *in Toxari* p. 92. dicentem profert Arsacomam, sibi duorum amicorum beneuolentiam praestantiorem esse, τῆς Βοσπορανῶν δυνάμεως *opibus Bosporanorum.* Pausanias in *Boeoticis* s. l. 9. p. 547. τοὺς πλουσίους opponit: τοῖς οὐχ ὁμοίως δύναμις, *illis quibus non sunt tantae opes.* Iosephus *ant.* l. 3. c. 5. p. 80. in dedicatione tabernaculi, cuilibet sacrificia: Κατὰ τὴν ἑκάστου δύναμιν iniuncta esse, et l. 15. c. 14. p. 546. in solemnitate ob instauratum ab Herode templum, quemlibet κατὰ δύναμιν sacrificasse auctor est. Idem l. 18. c. 4. p. 622. de Paulina Muliere Romana dicit: δύναμίς τε αὐτῇ χρημάτων ἦν, *multas possidebat opes.* Sic δυνατοὶ dicuntur *diuites* apud Thucydidem l. 2. p. 49. *Pauperes* ἀδύνατοι vocantur a Dionysio Halic. *ant.* l. 5. p. 333. et δύνασθαι est: *diuitias possidere* apud Thucydidem l. 4. p. 115. Alia dabit Cel. Georgi *Vindic. N. T. ab Hebraism.* p. 46.

v. 16.

Καὶ ἐποίησεν ἄλλα πέντε τάλαντα.

Verbum ἐποίησεν est: *adquisiuit.* Pro latinismo hunc significatum vocis habuit Grotius. Mireris de Hebraismo cogitasse neminem. Sic sane Gen. 12, 5. הנפש אשר עשו *mancipia quae sibi adquisiuerant*, et Gen. 30, 30. אעשה

אעשה לביתי *adquiram aliquid domui meae.* Sed Graeci similiter. Arrianus *exped. Alex.* l. 7. εἰς τὸ λῃςεύειν τρεπόμενοι ἀπὸ τȣ̃τȣ τὸν βίον ποιȣ̃νται, *ad latrocinia conuersi, victum hinc adquirunt.* A Iosepho *ant.* l. 6. c. 14. p. 200. Nabal ἐκ κυνικῆς ἀσκήσεως πεποιημένος τὸν βίον, *ex cynico vitae genere opes adquisiuisse dicitur.* Polybius *excerpt. Vales.* p. 153. πάνδημον ἐποιήσατο κατὰ τὴν ἐπ' εὐταξίᾳ καὶ σωφροσύνῃ δόξαν, *apud omnes continentiae et modestiae adquisiuit laudem.* Vide ibi notas Valesii. Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 576. ἐξ ὧν πολλὴν πάλιν ἐποιήσατο ἐξȣσίαν, *quibus rebus multum iterum adquisiuit potestatis.* Idem l. 9. p. 605. eodem sensu voce πράττειν vititur, dicens: δόξαν τῷ ἡγεμόνι καὶ τιμὴν πράττȣσα, *gloriam et honorem duci adquirens.* Sed satis de re, in qua multi iam fuerunt alii.

v. 24.

Ἔγνων σὲ ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος, θερίζων ὅπȣ ȣ̉κ ἔσπειρας καὶ συνάγων ὅθεν ȣ̉ διεσκόρπισας.

Voci σκληρὸς h. l. notio, *austeritatis, seueritatis, asperitatis morum, crudelitatis* denique et *auaritiae* simul inest. 1) hominem denotat: *austerum, asperum moribus, morosum,* σκυθρωπάζοντα; hoc sensu Aristophanes *in pace* p. 646. κȣ̉κέτ' ἂν μ' εὕροις δικαςὴν δριμὺν ȣ̉δὲ δύσκολον, Οὐδὲ τȣ̀ς τρόπȣς γε δήπȣ σκληρὸν ὥσπερ καὶ προτȣ̃, Ἀλλ' ἀπαλόν γ' ἄν μ' ἴδοις, *nec seuerum postea me iudicem vel tetricum dixeris, nec praeditum asperis vt ante moribus, sed facilem inueneris.* Vbi σκληρὸς et ἀπαλὸς opponuntur. Athenaeus l. 13. c. 9. p. 607. de philosopho quodam dicit, quod puellam tibicinem ad latus assidere sibi non permiserit, ἀλλὰ σκληρὸν αὐτὸν εἰσῆγεν, *sed tetricum et seuerum se exhibuerit.* Hunc paulo post σκληρὸν φιλόσοφον appellat. Ita consentit vox αὐςηρὸς Luc. 19, 21. 2) Σκληρὸς est *saeuus, crudelis.* Plutarchus de *Is. et Os.* p. 355. tradit, quod Ochum regem μάχαιραν Aegyptii appellauerint, quod tamen id fecerint: *non sane substantiam eius proprie exprimentes,* ἀλλὰ

ἀλλὰ τῷ τρόπῳ τὴν σκληρότητα καὶ κακίαν ὀργάνῳ φονικῷ παρεικάζοντες, sed morum saeuitiam et malitiam, instrumento letifero comparantes. Idem de *genio Socr.* p. 578. in tyrannis dicit, ab hominibus quoque iniuria non adfectis: *τὸ βάρος αὐτὸ καὶ τὴν σκληρότητα τῆς ὁμιλίας, ipsam importunitatem et saeuitiam in consortio* moleste ferri. 3) *σκληρὸς*, est: *homo auarus*, qui auaritia motus simul et austerus et crudelis est, et nullo erga alios misericordiae sensu ducitur. Hominis enim auari indoles, his omnibus simul nata aptaque est. Sic Iosephus *ant.* l. 6. c. 14. p. 200. de diuite et auaro Nabale dicit: *ἦν δὲ Νάβαλος σκληρὸς καὶ πονηρὸς τοῖς ἐπιτηδεύμασιν, erat vero Nabal auarus et malignus moribus et ex Cynico vitae genere opes adquisiuerat.* Arrianus *in periplo maris erythr.* p. 148. de mercatoribus vrbis Mundi dicit: *οἱ δὲ κατοικοῦντες ἔμποροι σκληρότεροι, incolae vero mercaturae dediti duriores s. auariores sunt.* Stobaeus *serm.* 60. p. 383. *ex Serino: Gellias Agrigentinus ἐπιξενωθεὶς ἀνδρὶ σκληρῷ καὶ ἀπὸ παντὸς πορίζοντι, hospitio exceptus ab homine auaro et vndecunque quaestum faciente, qui ne dormire quidem famulis permittebat, sed alium alia noctu facere cogebat.*

Singularis est vsus vocis *ὅθεν*, *vnde*, quae hic pro: *ὅπου*, s. *ὅποι*, *vbi*, *quo*, *quorsum* adhibetur. Sic Homerus *Iliad.* Υ. v. 330. *τῷ δὲ μάλ' ἐγγύθεν ἦλθε Ποσειδάων ἐνοσίχθων, ad hunc autem valde prope venit Neptunus quassator terrae.* Idem *Odyss.* Θ. v. 471. *Κήρυξ δ' ἐγγύθεν ἦλθεν, praeco vero prope accessit.* Theocritus *Idyll.* 23. v. 20. *ἀλλ' ὅτε δὴ παίδων λιχμώμενοι ἐγγύθεν ἦλθον, postquam ore lambentes prope ad pueros accesserunt.* Achilles Tatius l. 2. p. 97. *Φλόγα μὲν ὄψει κάτωθεν ἀπ' αὐτῆς ἀλλομένην ἄνωθεν, flammam videbis ex illo ab imo sursum salientem*, ad quem locum crisi suae temperare potuisset Salmasius. Similiter Virgilius *Aeneid.* l. 4. p. m. 379. *eiectum littore egentem, Excepi et regni demens in parte locaui.* In omnibus his aduerbia et nomina *de loco* ponuntur pro *in loco et ad locum.*

v. 27.

v. 27.

Ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ.

Verbum κομίζεσθαι est: *recipere* quod nostrum erat antea. Thucydides l. 5. p. 130. *Lacedaemonii sperantes, si Panactum Athenienses a Boeotis reciperent*, Κομίσασθαι ἂν αὐτοὶ Πύλον, *se ipsos Pylum recepturos esse*, vbi eadem pagina bis adhuc legitur. Demosthenes de *Cherson.* p. 39. οὔτε τὴν εὔβοιαν ἠλευθερώσατε, οὔτε τῶν ὑμετέρων οὐδὲν ἐκομίσασθε, *neque Euboeam liberastis, neque quidquam de bonis vestris recepistis.* Speciatim saepe est: pecuniam *recipere* aliis mutuo datam, siue apud mensarium depositam. Sic Demosthenes *in Aphob.* 1. p. 551. *Moeriadae quingentas drachmas foenerauit, quas recte et vt decet* παρ' ἐκείνου κεκομίσθαι, *ab illo se recepisse fatetur.* Heraclides Ponticus *Alleg. Hom.* p. 440. τῆς φύσεως ἃ δεδάνεικεν ἐν ἀρχῇ χρέα κομιζομένης, *natura, quae ante mutuo dederat debita, recipiente.* Isocrates *in Trapezit.* p. 534. ex iuuenis persona, cui Pasio mensarius pecuniam depositam debebat, se illi suasisse dicit, vt deliberaret: ὅπως τούτῳ τε καλῶς ἕξει, κἀγὼ τὰ ἐμαυτοῦ κομιοῦμαι, *vt et ipsi consulatur et ego mea recipiam.* Demosthenes adu. *Callippum* p. 719. mensarios dicit, in tabulas referre solere nomen eius, qui hominem ostensurus sit, ὃν ἂν δέῃ κομίσασθαι τὸ ἀργύριον, *qui pecuniam recipere debeat.* Vide Eund. *adu. Timotheum* p. 698.

Quod ad rem attinet, eleganter *in Tabula Cebetis* p. 48. monetur, homines non vti debere fortunae donis quasi suis, et quae aufferri non possint: μηδὲ γίγνεσθαι ὁμοίους τοῖς κακοῖς τραπεζίταις. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ὅταν μὲν λάβωσι τὸ ἀργύριον παρὰ τῶν ἀνθρώπων χαίρουσι, καὶ ἴδιον νομίζουσιν εἶναι, *nec similes esse debere malis mensariis, qui accepta ab aliis pecunia gaudeant tanquam sua, eademque repetita indignentur atque iniuriam sibi factam putent, obliti nimirum ea conditione apud se fuisse depositam*, ἐφ' ᾧ οὐδὲν κωλύειν τὸν θέμενον πάλιν κομίσασθαι,

ϑαι, *vt creditor illam, absque vllo impedimento recipere possit.*

v. 30.

Καὶ τὸν ἀχρεῖον δοῦλον ἐκβάλετε.

Per ἀχρεῖον δοῦλον hic non tantum *seruus iners et inutilis*, sed et: *improbus, nequam, iniquus* intelligi videtur, quippe qui non solum pecunia sibi concredita nihil lucri Domino suo pepererat, sed et hunc magna audacia *iniustitiae et auaritiae* accusabat, et inertiae suae culpam in ipsum reiiciebat. Sic Onesimus Philem. v. 11. domino suo ἄχρηστος *inutilis* fuisse dicitur, qui tamen et *improbus* fuerat et Philemoni quaedam abstulerat. Eodem modo apud Achillem Tatium l. 5. p. 321. Melite ad Sosthenem dicit: Ὦ κακὴ κεφαλή· τοιαῦτά ποτε κἂν τῶν ἀχρειοτάτων οἰκετῶν τεθέασαι παρ' ἡμῖν οὕτως ᾐκισμένον, *quando scelestum caput! vel ex nequissimis mancipiis aliquem adeo verberibus a nobis excruciatum vidisti.*

v. 35.

Ξένος ἤμην καὶ συνηγάγετέ με.

Συνάγειν significat: *hospitio aut conuiuio excipere.* Ita occurrit apud Plutarchum *sympos.* l. 2. *qu.* 10. p. 643. ἑστιάτωρ ἀνθρώπους οὔτε διψῶντας ὡσαύτως οὔτε πεινῶντας εἰς ταυτὸ συναγαγών, *Conuiuator, qui homines neque sitientes aequaliter neque esurientes simul conuiuio excipit.* Ibid. l. 5. qu. 5. p. 679. *Nobis hoc erit remedium* τοῦ πολλοὺς ὁμοῦ συνάγειν, *ne multos simul conuiuio excipiamus, saepenumero inuitare paucos.* Hinc hospites plures simul *conuiuio excipere* συνάγειν ἑστιᾶσιν dicitur ab eodem *lib. non suauit. viui sec. Epic.* p. 1097. & *in Arato* p. 1047. et συνάγειν συμπόσια a Strabone l. 14. p. 948. Matthaeus *de vno* dicit συνάγειν, quo sensu hebraeis אסף in vsu est, quod Iud. 19, 18. vertunt 70. *interp.* per συνάγειν: οὐκ ἔστιν ἀνὴρ συνάγων με εἰς τὴν οἰκίαν. Grotius hunc vocis συνάγειν vsum inter hebraismos refert,

et

et locum 2 Sam. 2, 27. confert, vbi similiter אסף per *συνάγειν* vertitur, nec dum suppetit quidquam, quo illum confutem.

Magnum erat apud Iudaeos pietatis officium peregrinos *hospitio excipere.* Confer praeter auctores a Wolfio in *Curis* citatos, *Horas* Schoetgenii ad h. l. Addo locum ex *Pirke Abboth.* c. 1. §. 5. vbi hoc est monitum R. Iosis: יהי ביתך פתוח לרוחה, *esto domus tua aperta versus plateas,* i. e. esto promtus ad hospitio excipiendos peregrinos. Sic etiam explicant hoc R. Schammai ibid. §. 15. הוי מקבל את כל האדם בסבר פנים יפות, *recipe quemlibet hominem vultu beneuolo.*

v. 36.

Ἠσθένησα καὶ ἐπεσκέψασθέ με.

Ἐπισκέπτεσθαι est: *Aegrotum visitare.* Libanius *epist.* 42. p. 22. *quantum e morbo tuo dolorem perceperit,* ἐπισκέψαιτό τε ὡς ἐνῆν αὐτῷ, *teque quoad potuerit visitauerit.* Appianus *bell. Syr.* p. 205. de Seleuci filio: ὅτε δὲ ἡ Στρατονίκη παρίοι πρὸς αὐτὸν, ἐπισκεψομένη, *quoties eum Stratonice adiret visendi gratia.* Plutarchus in *vit. Demetrii* p. 897. verbo ὄπτεσθαι hoc sensu vtitur, dicens quod Antigonus ad Demetrium aegrotum, ἐβάδιζεν ὀψόμενος *visendi gratia iuerit.* Amicitiae hoc erat officium apud graecos haud facile negligendum. Libanius *epist.* 653. p. 312. ἐπὶ τῶν ἀῤῥωστέντων εἰ μὴ κατ' ἀρχὰς εἰσέλθοιμεν παρ' αὐτὲς, *nisi aegrotos statim sub initium morbi inuisimus, subinde alios et iterum alios morae dies addimus, donec aegrotus lecto surgens ante prodeat, quam quod par erat sit praestitum.* Hinc impii censebantur, qui partes has suscipere ommittebant. Isocrates in *Aeginetico* p. 576. de homine per sex menses in insula Aegina aegrotante dicit: Καὶ τέτων τῶν ταλαιπωριῶν ἐδεὶς τῶν συγγενῶν μετασχεῖν ἠξίωσεν, ἀλλ' ἐδ' ἐπισκεψόμενος ἀφίκετο, *et harum miseriarum nemo cognatorum particeps esse volebat, imo ne visitaturus quidem quisquam veniebat.* Ibid. p. 578. de sorore aegroti dicit,

dicit, quod illa de haereditate litem moueat: ἡ μηδ' ἐπισκέψασθαι πώποτ' αὐτὸν ἀξιώσασα, τοσοῦτον μὲν χρόνον ἀσθενήσαντα, *quae in tam diuturno morbo numquam eum visere dignata sit.*

Apud hebraeos similiter visitatio aegrotorum inter opera referebatur multam mercedem habitura, nec sine scelere posthabenda. Auctoritates hebraeorum ad hoc probandum plenis attulere calathis Schoetgenius in *horis* ad h. l. et Wagenseilius *ad Sota* p. 335. Addo Tractat. *Nedarim* fol. 40. *col.* 1. כל שאינו מבקר חולים כאילו שופך דמים, *quicunque non visitat aegrotos, perinde est, ac si effunderet sanguinem.* Ibid. fol. 39. col. 2. בקור חולים אין לה שיעור *visitatio aegrotorum non habet aestimationem*, i. e. maximam habet mercedem.

CAP. XXVI. v. 10.

Τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί.

Cel. Alberti phrasin: κόπους παρέχειν, *molestias facessere, fatigare* e phrasi simili πράγματα παρέχειν illustrat, adeoque hanc in profanis non reperisse videtur. Occurrit ista apud Aristotelem *probl. sect.* 5. qu. 38. p. 873. τοῖς γὰρ μηροῖς τὸ βάρος πᾶν ἐμπῖπτον κόπους εἴωθε παρέχειν, *totum enim onus femoribus incumbens fatigare solet.* Et paulo post: *Ambulationes in locis duris, musculis et neruis crurium* παρέχουσι κόπους, *molestias facessunt.*

v. 18.

Ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστι, πρὸς σὲ ποιῶ τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου.

Per καιρὸν h. l. non tam tempus adflictionum, perpessionum & mortis Christi quam potius hae Christi *adflictiones et angustiae* ipsae intelligi debent. Metonymia est non insolita *tempus poni pro rebus in tempore factis.* Idem quod hic καιρὸς vocatur, ὥρα dicitur Marc. 14, 35. 41. et idem Matth. 26, 39. dicitur ποτήριον. Quidam

dam per vocem *καιρὸς* etiam Ephes. 5, 16. *adflictiones* et *calamitates* intelligunt, ad quem locum conf. B. Wolfium in *Curis* et Syrum interpretem. Profanis saepe *καιρὸς* hoc sensu occurrit. Sic Demosthenes *adu. Phormionem* p. 589. de bello et annonae caritate loquens dicit: *καὶ τριῶν ἤδη καιρῶν κατειληφότων τὴν πόλιν, et cum tres iam vrbem presserint angustiae, quibus vos eos, qui populi commodis consulerent probare soletis.* Demades *orat. de duodecen.* p. 239. *πάλιν τοίνυν ἧκε τῇ πόλει καιρὸς ἕτερος, rursum igitur in aliam calamitatem ciuitas incidit, vt interiecta non memorem pericula.* Iosephus *ant.* l. 4. c. 8. p. 129. Mosem refert docuisse Israëlitas regulas in bello obseruandas dicentem: *Ne forte quae facienda sint inquirentes: ἀπαρασκεύαστοι τοῖς καιροῖς παραπέσητε, imparati in angustias incidatis.* Polybius l. 4. c. 32. p. 417. *πολλὰς μὲν περιστάσεις καὶ καιροὺς ἔχοντες, multos casus et tempora aduersa experti, interdum etiam timores et pericula effugerunt.* Ibid. l. 17. c. 32. p. 1072. Rex Antiochus *τοὺς ἰδίους καιροὺς sua tempora* opportuna siue felicia, *τοῖς Φιλίππου καιροῖς, aduersis Philippi temporibus* opponit. Latini similiter *calamitates* vocant *tempora.* Cicero saepe aduersitates suas, quum in exilium abiret, *tempus suum* vocat. Cornelius Nepos in *Miltiade* c. 5. *Hoc in tempore nulla ciuitas Atheniensibus auxilio fuit praeter Plataeenses.*

Pascha *ποιεῖν* est: Pascha *celebrare* absque hebraismo. Sic Plutarchus *quaest roman.* p. 267. *τὸν Τέρμινον, ᾧ τὰ Τερμινάλια ποιοῦσι θεὸν νομίζοντες, quum terminum, cui terminalia celebrant, pro Deo habeant.*

v. 24.

Ὁ *μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει.*

Verbum *ὑπάγειν abire* h. l. est, *mori.* Saepe Graeci *mortem* per verba *abeundi* s. *discedendi* exprimunt. Libanius *epist.* 976. p. 457. *ὡς δυσχεραίνομεν τοῦ ζῆν, καὶ ὡς ποθοῦμεν ἀπελθεῖν, quod viuere molestum sit et discedere*

dere cupiamus. Antoninus de *rebus suis* l. 3. §. 7. *Si statim ἀπαλλάσσεσθαι δέῃ, discedendum sit, aeque promtus ἄπεισιν, abit.* Idem l. 5. §. 29. ὡς ἐξελθὼν ζῆν διανοῇ, *quemadmodum moriturus viuere cogitas.* Iosephus *bell. Iud.* l. 7. c. 34. p. 991. Indos refert aliis praedicere: ὅτι μέλλουσιν ἀπεῖναι *quod ex vita velint discedere.* Supplendae sunt voces: τοῦ βίου vel τοῦ ζῆν. Ita plene Iosephus l. 4. c. 8. p. 119. δεῖ με τοῦ ζῆν ἀπελθεῖν, *mori me oportet.* Paulo post: οὕτως ἀπέλθω τοῦ βίου, *ita e vita discedam.* Antoninus l. 5. §. 29. τοῦ τὴν ἔξιθι. *Abi e vita.* Eleganter Sophocles in *Trachiniis* p. 351. de Deianira mortua dicit: βέβηκε Δηϊάνειρα τὴν πανυστάτην ὁδῶν ἀπασῶν, *abiit Deianira, via e viis omnibus vltima.* Eodem sensu *ire* et *abire* dicunt latini. Statius *Thebaid.* l. 9. v. 558. 559. *Refer huc oculos, ego vulneris auctor. Laetus abi, multumque aliis iactantior vmbris.* Idem in *syluis* l. 2. *sylu.* 1. v. 218. 219. *Quidquid habent ortus finem timet. Ibimus omnes. Ibimus, immensis vrnam quatit Aeacus vmbris.*

Melius Iudae fuisse non nasci, id infert: *sortem ipsius fore miserrimam.* Sic graeci ad huius vitae calamitates respicientes, *melius iudicant non nasci.* Plutarchus de *consol. ad Apoll.* p. 115. Crantorem dixisse refert, multos sapientes viros, vitam hanc pro supplicio habuisse, καὶ ἀρχὴν τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον συμφορὰν τὴν μεγίστην, *summae calamitatis loco censentes hominem nasci.* Ibid. refert Silenum quendam ad Midam dixisse: *Hominibus non est omnium optimum nasci aut optimae naturae participem fieri,* ἄριστον γὰρ πᾶσι καὶ πάσαις τὸ μὴ γενέσθαι, *optimum enim omnibus est et maribus et feminis non nasci.*

V. 37.

Ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.

Ἀδημονεῖν est: *intimo et summo animi angore adfici.* Sic apud Iosephum *ant.* l. 15. c. 11. p. 528. de Herode ob

ob vxoris Mariamnes, quam impense amabat, auersum a se animum anxio, dicitur: ἠδημόνει μὲν γὰρ ὁρῶν τὸ παράλογον τῆς γυναικὸς πρὸς αὐτὸν μῖσος, *animo angebatur, inexspectatam vxoris erga se videns auersationem.* Vide ibid. p. 531. Apud Dionysium Hal. *ant.* l. 5. p. 284. cum Brutus Collatini sororis filios capite plecti vellet: ἀδημονῶν ὁ Κολλατῖνος ἐπὶ τῷ μηδενὸς ὧν ἠξίε τυγχάνειν, *animo angebatur Collatinus, quod nihil eorum, quae petierat, impetrasset.* Ibid. l. 9. p. 572. ἀδημονέσης δὲ αὐτῆς τῆς βελῆς, *quum ipse senatus animo angeretur.* Idem l. 3. p. 202. l. 4. p. 240. et 254. Plutarchus in *Antonio* p. 939. de Antonio Cleopatram auide exspectante dicit: καὶ βραδυνέσης ἀδημονῶν, ἤλυε, *et cum moras illa necteret maximopere anxius excruciabatur.* Idem in *Timoleonte* p. 238.

v. 43.

Ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι.

Βαρεῖσθαι et βαρύνεσθαι est: *grauari, fatigari, languescere.* Sic Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 585. βαρυνομένων αὐτοῖς τῶν μελῶν, *quum membra ipsis languescerent.* Ibid. l. 1. p. 42. ὑπὸ καμάτων βαρυνόμενοι, *laboribus fatigati* et l. 9. p. 622. ὑπὸ καμάτων τε καὶ τραυμάτων βαρυνόμενοι, *laboribus et vulneribus fessi* dicuntur. Ibid. l. 1. p. 31. αὐτὸς δὲ βαρυνόμενος ὑπὸ κόπε, *ipse labore fatigatus procubuit somnoque se dedit.* Inprimis *oculi grauati* dicuntur vel in moribundis, qui adeo iam languent, vt palpebras vix attollere possint. Sic apud Euripidem in *Alcestide* v. 385. Alcestis moriens dicit: καὶ μὴν σκοτεινὸν ὄμμα με βαρύνεται, *atqui tenebricosi mei grauantur oculi*, vel in somnolentis, qui frustra somno obluctantur et palpebras veluti somno grauatas habent. Sic Philo *legat. ad Caium* p. 1030. de Agrippa rege dicit: μικρὸν ὅσον τὴν κεφαλὴν ἐπάρας καὶ βεβαρημένες τὲς ὀφθαλμὲς ἐπὶ βραχὺ μόλις διοίξας, *caput paululum attollens, et oculos somno grauatos vix paululum aperiens.* Somnum enim palpebras inprimis inuadere putabant veteres. Theocritus Idyll. 22. v. 204. οἱ βλεφάρων βαρὺς ἕδραμεν

μεν ὕπνος, *grauis ipsi palpebras percurrebat somnus.* Homerus *Odyss. M.* v. 338. οἱ δ᾽ ἄρα γλυκὺν ὕπνον ἐπὶ βλεφάροισιν ἔχευαν, *illi* (sc. Dii) *dulcem somnum ciliis infuderunt.* Ibid. N. v. 79. καὶ τῷ νήδυμος ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε, *huic suauis somnus in palpebras incidit.* Aristoteles capiti grauato somnum tribuit *probl. sect.* 18. *qu.* 1. dicens: *vbi mens consistit et veluti fatigata succumbit,* βαρύνει τὴν κεφαλὴν τὰ ἐν αὐτῇ καὶ ποιεῖ τὸν ὕπνον, *quae in capite sunt, caput aggrauant, et somnum faciunt.*

v. 45.

Καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε.

Verba haec interrogatiue capienda esse, vel ex Luc. c. 22. v. 46. patet, vbi eadem per: τί καθεύδετε exprimuntur. Interrogatiue vertunt nonnulli: *Dormitisne iam et requiescitis?* Vbi λοιπὸν pro *iam* ἤδη, graecis vsitatum esse, male negauit Heupelius, quum exempla sint infinita. Sed iste significatus hic locum tueri nequit. Quaerere non poterat Christus, *vtrum iam dormirent discipuli*, quippe quos bis iam ante dormientes inuenerat. Si vero λοιπὸν *iam* dici putes, pro νῦν, *nunc, dormitisne nunc?* vereor, vt hunc significatum τοῦ λοιπὸν probare possis. Verto igitur cum Cel. Heumanno: *dormitisne adhuc?* ita vt τὸ λοιπὸν, positum sit pro: ἔτι. Dormientes v. 44. discipulos paulo ante reliquerat Christus iam rediens: *Nonne,* inquit, *tandem dormire desinetis, cum dormiendi plane non sit tempus?* Λοιπὸν pro ἔτι, *adhuc* habent Iosephus *ant.* l. 2. c. 3. p. 48. *Itaque ceteri de se iam securi,* ἐν τῇ περὶ τὸν βενιαμὶν φροντίδι τὸ λοιπὸν ἦσαν, *de vno Beniamine adhuc erant solliciti.* Ibid. l. 18. c. 11. p. 640. καὶ τοῦ γεωργεῖν ἀπερίοπτοι λοιπὸν ἦσαν, καὶ ταῦτα τῆς ὥρας οὔσης πρὸς σπόρῳ, *et terrae culturam adhuc negligebant, cum tamen tempus sementis iam adesset.* Plutarchus in *quaest. Rom.* p. 282. de auibus sinistris pro auspicio habitis dicit: καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν οὕτω παραφυλάττουσιν, *etiam adhuc hoc obseruant.*

v. 69.

v. 69.

Προσῆλθεν αὐτῷ μία παιδίσκη.

Vocem παιδίσκη, quae h. l. *ancillam*, f. *famulam* denotat, hoc fenfu vt non fatis elegantem neque Atticam explodit Phrynichus. Vtuntur vero illa hoc fenfu Lyfias *orat.* 1. p. 7. παιδίσκην illam vocans, quam paulo ante Θεράπαιναν vocauerat. Idem *orat.* 12. *contr. Agorat.* p. 217. eodem fenfu vocem habet. Alium Lyfiae locum profert Iulius Pollux *onomaft.* l. 3. c. 8. Similiter Ifaeus *orat.* 5. p. 456. καὶ παιδίσκας ἔτρεφε. τέτων μίαν ἐκτήσατο ᾗ ὄνομα ἦν Ἀλκή, *Etiam ancillas alebat. Harum vnam adquifiuerat quae Alce vocabatur.* Paulo poft hanc Alcen ὠνηθεῖσαν *emtam* vocat. Polybius *Excerpt. Valef.* p. 154. τό τε τῶν παιδίσκων καὶ τὸ τῶν οἰκετῶν τῶν παρεπομένων πλῆθος ἀκόλεθον ἦν τέτοις, *ancillarum quoque ac feruorum comitatus haud difpar erat.* Lucianus in *afino* p. 112. Palaeftram vocat παιδίσκην, p. 113. eandem παιδισκάριον, et p. 115. illam θεράπαιναν *ancillam* nominat. Athenaeus l. 13. p. 584. τῆς παιδίσκης ἐν τῷ καθαίρειν εἰς τὸν κόλπον ἐμβαλλομένης τῶν Φακῶν, *quum ancilla dum conuerrebat, lentis nonnihil in finum fuum coniiceret.*

CAP. XXVII. v. 4.

Ἥμαρτον παραδὲς αἷμα ἀθῶον.

Per vocem αἷμα h. l. fynecdochice *totus homo* intelligitur, qui alias σὰρξ καὶ αἷμα vocari folet. Matth. 16, 17. Gal. 1, 16. Αἷμα ἀθῶον igitur *hominem innocentem* fignificat. Sic Deut. 27, 25. πατάξαι ψυχὴν αἵματος ἀθώε, *ad occidendum hominem innocentem.* Pfalm. 94, 21. καὶ αἷμα ἀθῶον καταδικάσονται, item 1 Sam. 19, 5. Philo *de victimis* p. 839. *Manus hae nec muneribus corruptae funt*, ὅτ' αἵματος ἀθώε προσήψαντο, *neque homines innocentes* (f. fanguinem eorum) *attigerunt.* Vox ἀθῶος, frequentius *impunem* et *qui damnum paffus*

non ſit, denotat. Hinc Vorſtius hunc ſignificatum, quum pro *innocenti*, ponitur, inter *hebraiſmos* refert *philol. part.* 1. c. 19. p. 340. Tueri ſe tamen poteſt vox praeter locum Philonis, auctoritate Demoſthenis *de corona* p. 331. ὃ δ' ἐγὼ μὲν ἀθῷος ἁπάσι, *vbi ego rebus omnibus ſum innocens*, *legibus*, *tempore*, *praefinitione*, *praeiudiciis ſaepe prius his de rebus factis*, *innocentia mea ſubinde declarata*, *et exiſtimationis ſiue plus ſiue minus* - - *ad rempublicam redire neceſſe eſt*, ἐνταῦθα ἀπήντηκας, *ibi occurſaſti*, *ſiue me accuſaſti*. Sic et Themiſtius *or.* 15. *de regia virt. ad Theodoſ.* p. 191. ἀλλὰ τὰς γε ὀρεῖς καὶ τὰς κύνας, τί τὰς ἀθώας ὁ οἶςος ἐν τοῖς πρώτοις ἐπεπορεύετο, *quid erat cauſſae*, *cur mulos et canes inſontes vtique prae omnibus ſagitta illa percurreret?* Idem *or.* 23. *ſophiſta* p. 287. τοῖς μὲν τῆς πόλεως νόμοις ἀθῷον εἶναι, τοῖς δὲ Πλάτωνος ἁλίσκεσθαι, *nihil contra ciuitatis leges peccaſſe*, *ob leges vero Platonis reum eſſe*.

v. 5.

Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ ἀνεχώρησε.

Verba haec ab aliis fere neglecta, eleganter illuſtrauit Lakemacherus in *obſeru. philol.* tom. 5. obſ. 6. cuius recte monitis parum ſane addere poſſis. Conſtanter ſcriptores ſacri diſtinguunt τὸ ἱερὸν et τὸν ναόν. Scilicet τὸ ἱερὸν erat המקדש, ſiue totus mons ſanctus cum omnibus atriis et conclauibus, ipſa aede ſacra vel incluſa vel excluſa. Ὁ Ναὸς vero ſemper ipſum templi ædificium, quod ex Προναῷ, ſancto et ſancto ſanctorum conſtabat, denotat. Sic locus, in quo Seruator optimus docuit, conſtanter τὸ ἱερὸν dicitur, locus vero vbi ſuffitus fiebat, erat ὁ ναὸς τοῦ κυρίου Luc. 1, 9. Zacharias occidebatur μεταξὺ ναοῦ *inter aedem templi*, καὶ θυσιαστηρίου *et altare holocauſtorum*, Matth. 23, 35. Satis quoque haec diſtinguit Ioſephus qui l. 1. *bell. Iud. in praefat.* p. 708. dicit: ſe deſcribere velle: καὶ τοῦ ἱεροῦ καὶ τοῦ ναοῦ τὴν διάθεσιν. Idem *ant. Iud.* l. 3. c. 10. p. 94. leproſis refert apud alias gentes licuiſſe: εἰς ἱερὰ καὶ ναοὺς εἰσιέναι. Idem *bell. Iud.* l. 6. c. 14. p. 916. 917. ipſa templi atria

ἱερὰ

ἱερὰ vocat, ſc. τὸ κάτω ἱερὸν et τὸ δεύτερον ἱερὸν, haecque ἀπ' αὐτȣ͂ τȣ͂ ναȣ͂ κατὰ μέσον κειμένȣ diſtinguit. Diſtinguunt haec quoque profani. Thucydides l. 5. p. 125. in inſtrumento pacis inter Spartanos et Athenienſes haec habet: τὸ δὲ ἱερὸν καὶ τὸν νεὼν τὸν ἐν Δελφοῖς τȣ͂ Ἀπόλλωνος, καὶ Δελφȣ̀ς αὐτονόμȣς εἶναι, *fanum et templum Apollinis delphici et Delphos ſui iuris eſſe debere*, conf. idem l. 4. p. 109. Strabo l. 14. p. 944. τὸ Ἡραῖον ἀρχαῖον ἱερὸν, καὶ νεὼς μέγας *Iunonium antiquum fanum et magnum templum.* Plutarchus in *amator.* p. 753. Alexandrinos dicit, Beleſtiae ἱερὰ καὶ ναȣ̀ς *fana et templa* habere Philo *legat ad Caium* p. 1012. brutis animalibus per totam Aegyptum dicit: βωμȣ̀ς, καὶ ἱερὰ καὶ ναȣ̀ς καὶ τέμενη, *altaria, fana, templa et lucos* dicatos eſſe. Vide et Pauſaniam in *Eliacis* l. 5. p. 297. Quomodo ergo Iudas argenteos abiicere potuit ἐν τῷ ναῷ, quum in ipſam templi aedem nonniſi ſolis ſacerdotibus intrare liceret? Ἐν τῷ ναῷ vertendum eſt per: *apud, prope templum.* Ἐν hoc ſignificatu occurrit non ſolum apud 7c. interp. e. g. Gen. 21, 32. בבאר שבע, ἐν τῷ φρέατι τȣ͂ ὅρκȣ, Gen. 37, 13. ἐν Συχὲμ, *prope Sychemum;* ſed et in profanis. Xenophon *exped. Cyri* l. 1. p. 174. Myriandrum vocat vrbem Phoeniciorum ἐν τῇ θαλάττῃ, *prope mare.* Plutarchus de *fortuna Alexandri* or. 2. p. 341. Alexandrum dicit, ἐν Γάζῃ *prope Gazam* iaculo per humerum vulneratum eſſe. Ioſephus *ant. iud.* l. 13. c. 8. p. 435. γενόμενος ἐν Ἰόππῃ ϛρατοπεδεύεται τῆς πόλεως ἔξω, *quum prope Ioppen veniſſet, extra vrbem caſtra ponit.* Haec igitur fuit ſeries rei geſtae. Quum ſynedrium in aedibus Caiphae eſſet congregatum et coram his iudicibus ſtaret optimus Seruator: praeſens ibi, vel ſaltem in vicinia fuiſſe videtur Iudas. Ieſu noſtro praeter Iudae exſpectationem ad mortem damnato: ſtatim in aedibus Caiphae Iudas in pleno iudicum conſeſſu, ſe male egiſſe, Ieſum vero innocentem eſſe teſtatur. Ducentibus interim iniuſtis iudicibus Ieſum noſtrum ad Pilatum; ad templum feſtinat Iudas, ibique ad expiandam aliquo modo flagitii

atrocitatem triginta ficlos ad gazophylacium conferre cupit, quod docente Lakemachero l. c. in aliquot domunculis τῷ ναῷ proxime adiacentibus locum habebat. Quum vero praefecti gazophylacii hoc concedere nollent: Iudas in atrio interiori, ἐν τῷ ναῷ, *prope templum*, vel in terram, vel alio vtcunque pecuniam proiicit.

v. 23.

Τί γὰρ κακὸν ἐποίησε;

Particula γὰρ in interrogationibus pofita vim caufalem amittit, et per: *igitur*, *vero*, aut fimilia exprimi aut plane omitti poteft. Sic Euripides in *Helena* v. 596. Λείψεις γὰρ ἡμᾶς; *num igitur nos relinques?* ibid. v. 582. Idem *in Ione* v. 971. τί γὰρ μὲ χρὴ δρᾶν; *quid igitur me facere oportet?* Plutarchus *de profect. virt. fent.* p. 78. τί γὰρ ἐμᾶ μείζων ἐκεῖνος; *qui vero ille me maior eft?* Id. *apophth.* p. 186. γινώσκεις γὰρ τὸν Ἀριστείδην; *num igitur nofti Ariftidem?* Ibid. p. 192. Antalcidas fophiftae laudationem Herculis recitaturo dixit: τίς γὰρ αὐτὸν ψέγει; *quis vero illum vituperat?* Idem de *garrulit.* p. 507. Lucianus *dial. deor. Iouis et Gan.* p. 125. πᾶ γὰρ ἐκεῖνος ὄψεταί σε; *vbinam ille videbit te?* Ibid. p. 127. τί γὰρ σὲ πρὸς τὸν ὕπνον ὀνήσει τὸ κάλλος; *quid igitur ad fomnum pulcritudo te iuuabit?* Vide ibid. p. 179. et in *auct. vitar.* p. 370. Arrianus *differt. epict.* l. 3. c. 19. p. 302. τί γὰρ ἐποίησεν ὁ λίθος; *quid vero mali commifit lapis?* Iofephus *bell. Iud.* l. 1. c. 19. p. 765. τί γὰρ αὐτὸν ἐβλάπτομεν; *quonam vero damno illum adfecimus?* Dionyfius Hal. *ant.* l. 1. p. 73. τί γὰρ ἀξιοῖς τὰ πάλαι γενόμενα μαθεῖν; *ecquid dudum facta noffe cupis?*

v. 27.

Ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτᾶ τὴν αἰτίαν αὐτᾶ.

Conuinci Iefus Chriftus nunquam poterat, quod fe vnquam regem Iudaeorum mundanum effe afferuerit, illos-

illosque a fide et obedientia imperatori romano praestanda auocaverit. Hinc accurate Matthaeus voce *αἰτία* vtitur, quae *crimen* indicat, cuius aliquis accusatur, non vero cuius conuictus est. Sic Demosthenes *adu. Aristocratem* p. 432. ἐάν τις ἱεροσυλήσῃ, ἐάν τις προδῷ, καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, πρὸ τοῦ μὲν τὴν κρίσιν γενέσθαι, αἰτιῶν ὀνόματά ἐστιν, ἐπειδὴ δὲ κριθείς τις ἐξελεγχθῇ, τηνικαῦτα ἀδικήματα γίγνεται, *si quis sacrilegium commiserit, si quis proditor fuerit, et eius generis omnia, priusquam iudicium exerceatur*, *αἰτίαι* (s. accusationes, crimina obiecta) *vocantur, postquam vero aliquis in iudicio conuictus est, delicta fiunt.*

v. 44.

Τὸ δ' αὐτὸ καὶ οἱ λῃσταὶ οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ ὠνείδιζον αὐτόν.

In nonnullis editionibus impressis recentioribus praesertim, legitur ὠνείδιζον αὐτῷ. Sed in plurimis MSptis et editionibus antiquis legitur ὠνείδιζον αὐτόν, quod in textum recepit B. Bengelius. Vide N. T. Millii et Bengelii. Vltimus librarios αὐτῷ pro αὐτὸν posuisse censet, quod vocem αὐτῷ paulo ante obuiam in animo habuerint. Cui et hoc addo, quod ὀνειδίζειν sensu *exprobrandi* cum accusatiuo personae ignotum nonnullis forte librariis fuerit. Nam ὀνειδίζειν τινὰ frequentius est: *conuitiis aliquem proscindere, reprehendere*, ὀνειδίζειν τινὶ, vero, *alicui aliquid exprobrare.* At occurrit tamen sensu *exprobrandi* interdum cum accusatiuo. Iosephus *ant.* l. 4. c. 8. p. 120. ταῦτα δ' οὐκ ὀνειδίζειν ὑμᾶς προεθέμην, *haec vero non exprobrare vobis animus est.* Sed malim ὠνείδιζον αὐτὸν, h. l. vertere: *scommata in illum iaciebant*, conuitiis illum proscindebant, ob locum parallelum Marc. 15, 32. vbi haec phrasis absque dubio hunc habet sensum. Sicque verba τὸ δ' αὐτὸ absolute et elliptice posita esse puto, pro: κατὰ τὸ αὐτὸ, quae verto: *similiter, eodem modo.* Verba haec ita habet Iosephus *ant.* l. 6. c. 11. p. 188. ταὐτὸ δὲ καὶ

καὶ ἄρκτον ἀμυνόμενος διατίθεμαι, similiter etiam vrsum, auxilio veniens, tractaui. Ibid. l. 15. c. 4. p. 516. *τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ μὴ πολυπραγμονεῖσθαι περὶ τὰς ἀρχὰς ἔλεγε συμφέρειν, similiter etiam e re Cleopatrae fore dicebat, non multum se alienis immiscere imperiis.* Sic verti deberent verba: *Similiter etiam latrones cum illo cruci adfixi, scommata in illum iaciebant.*

v. 50.

Κράξας φωνῇ μεγάλῃ ἀφῆκε τὸ πνεῦμα.

Phrasis *ἀφεῖναι τὸ πνεῦμα*, f. *ψυχὴν*, *spiritum emittere*, *mori* non insolens est profanis. Demosthenes *adu. Polyclem*, p. 714. *καὶ ἐκείνη ἰδοῦσά με καὶ προσειποῦσα τὴν ψυχὴν ἀφῆκεν, illa postquam me vidisset et allocuta esset, animam efflauit.* Libanius *epist.* 254. p. 124. *ἐπιθυμεῖ τοῦ παιδὸς ἁπτομένη τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι, in filii amplexu animam efflare cupit.* Achilles Tatius l. 2. p. 129. *βρόχον πλεξαμένη τὴν ψυχὴν μου οὕτως ἀφήσω, laqueum complicans sic animam emittam*, ibid. p. 137. et l. 5. p. 305. *ὑφ' ἡδονῆς παρὰ μικρὸν τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι, prae gaudio animam propemodum emittere.* Iosephus *ant.* l. 1. c. 13. p. 22. *ὡς μὴ παρούσης τὴν ψυχὴν ἀφῇ, vt absente illa exspiraret*, idem ibid. l. 5. c. 2. p. 147. et l. 11. c. 4. p. 362. Diodorus Siculus *excerpt. Valef.* p. 229. *ἔλαθεν ὁ παῖς ἐν ταῖς χερσὶ τῶν ἀντεχομένων ἀφεὶς τὴν ψυχὴν, nemine sentiente puer inter distrahentium manus exspirauit.*

v. 51.

Ἐσχίσθη εἰς δύο.

Dubitat Gatakerus *de stilo N. T.* c. 29. vtrum *εἰς δύο*, pro *εἰς δύο μέρη* satis Graece dicatur, quippe quod vno tantum loco Luciani probauerat Pfochenius. Sed exempla phraseos non sunt adeo rara. Lucianus *quomodo conscr. sit hist.* p. 665. *διαιρεῖν εἰς δύο τὴν ἱστορίαν εἰς τὸ τερπνὸν καὶ χρήσιμον, historiam in duas partes diuidere, iniucundum et vtile.* Heraclides Ponticus *allegor. Homeri,*

p. 432.

p. 432. de Platone asserit, quod is animae facultatem irrationalem distinguat εἰς δύο μερίζων, *in duas partes illam diuidens, quarum alteram appetitiuam alteram irascentem vocet.* Iosephus *ant.* l. 8. c. 2. p. 260. de Salomone dicit: διελὼν δὲ τὸν ναὸν εἰς δύο, *templum in duas partes diuidens,* ibid. l. 11. c. 8. p. 385. *Idque in rem ipsius regis fore*, εἰς δύο διαιρεῖσθαι τὴν ἰουδαίων δύναμιν, *vt in duas partes diuellatur Iudaeorum potentia.* Idem εἰς τρία dicit eadem ellipsi, l. 12. c. 12. p. 417. εἰς τρία διελὼν τὸν στρατὸν, *in tres partes exercitum diuidens.* Plena phrasis occurrit apud Plutarchum in *parallel.* p. 307. *Pullis equi alligatum*, καὶ εἰς δύο μέρη διελὼν, *et in duas partes discerptum Pyraechmen insepultum abiecit.* Vide Elsnerum ad Marc. 15. v. 38.

v. 57.

Ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ.

Quum verbum μαθητεύειν semper alibi in N. T. *discipulos facere*, s. *docere alios* significet: Er. Schmidius et post illum B. Wolfius in *Curis* asserunt, vocem et hic id significare, quod Iosephus alios Christo discipulos collegerit. Recte hoc refutauit Cel. Heumannus ex eo, quod Iohannes c. 19, 38. Iosephum *timidum* adhuc Christi discipulum vocet, et pro ἐμαθήτευσε ponat: μαθητὴς ὤν. Rectius igitur vertitur: *Erat discipulus Iesu.* Auctoritatibus patrum hunc significatum vocis μαθητεύειν asseruit Suicerus. Addam locos profanorum. Plutarchus in *vit. 10. Rhetor.* p. 832. de Antiphonte dicit: μαθητεύσας δὲ τῷ πατρὶ, *discipulus patris sui erat.* Ibid. p. 837. de Isocrate dicit: ἐμαθήτευσε δ' αὐτῷ καὶ Θεόπομπος ὁ Χῖος, *Discipulus eius erat etiam Theopompus Chius.* Paulo post Isocratem perhibet ad Demosthenem dixisse: *Etiam ego tibi*, εἰ βούλοιο μαθητεύειν, *si discere animus est, integram tradam artem.* Vide ibid. p. 840. Iamblichus in *vita Pythagorae* c. 23. p. 103. μαθητεύσαντες τῷ Πυθαγόρᾳ πρεσβύτῃ νέοι, *qui iuuenes Pythagorae senis discipuli*

puli fuerunt. Idem in *protrept.* p. 130. *μαθητεύσαντες τῷ* Πυθαγόρᾳ, *Pythagora praeceptore vsi.* Frequentius dicit Cel. Heumannus, verbum *μαθητεύειν* significare: *discipulos facere.* Sed dubito, vtrum satis recte. Locos patrum vbi vox occurrit protulit Suicerus. In profanis vero nusquam verbum hoc isto sensu inueni.

v. 63.

Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι.

Vocula *μετὰ* de tempore adhibita cum accusatiuo saepe tempus non finitum, sed adhuc durans indicat. Hinc *μετὰ τρεῖς ἡμέρας* quod et Marc. 8. v. 31. eodem sensu legitur, est: *intra tres dies, durante adhuc trium dierum spatio*, vti *διὰ τριῶν ἡμερῶν* Matth. 26, 61. siue quod h. l. valet, *die tertio.* Sic frequentissime profani opponunt *μεθ᾽ ἡμέραν interdiu* et *νύκτωρ, noctu*, e. g. in Arriani *Diss. Epict.* l. 4. c. 4. p. 387. *τοῦτο καὶ ὄρθρου, καὶ μεθ᾽ ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἔσω πρόχειρον, hoc et mane et interdiu et noctu in promtu sit.* Occurrunt et multae aliae phrases vbi *μετὰ* per: *intra* s. *durante tempore* verti debet. Iosephus *ant.* l. 6. c. 7. p. 180. *μετὰ γὰρ ἡμέρας ἑπτὰ πρὸς αὐτὸν ἥξειν, ὅπως θύσωσι τῇ ἑβδόμῃ τῶν ἡμερῶν, intra septem dies se ad illum venturum esse, vt sacrificarent die septimo.* Loco hoc et a me ante obseruato, vsus est in eandem rem Relandus *antiquit.* p. m. 401. Aeschines *contra Ctesiphontem* p. 293. *Θῆβαι δὲ πόλις ἀστυγείτων μεθ᾽ ἡμέραν μίαν ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασαι, Thebae vrbs finitima intra vnum diem ex media Graecia est abrepta.* Dionysius Hal. *ant.* l. 7. p. 418. *τὴν χειμερινὴν ἐκεῖ διατρίψαντες ὥραν, μετὰ τὸ θέρος ἐπανῆλθον εἰς Ἰταλίαν, exacta ibi hyeme, intra aestatem* (s. durante aestate) *in Italiam reuersi sunt.* Philo de *migrat. Abrah.* p. 405. *Nonne vides adulatores, οἱ μεθ᾽ ἡμέραν καὶ νύκτα, qui interdiu et noctu, aures eorum, quibus adulantur, obtundunt.*

v. 66.

v. 66.

Οἱ δὲ πορευθέντες ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον μετὰ τῆς κουστωδίας.

Verbum ἀσφαλίζεσθαι eſt: *munire, in tuto collocare.* Sic Ioſephus *ant.* l. 13. c. 1. p. 429. *Bacchides*, τὴν Ἰουδαίαν ἅπασαν φρουραῖς ἀσφαλισάμενος, *poſtquam totam Iudaeam praeſidiis muniuiſſet, ad regem reuerſus eſt.* Idem *bell. Iud.* l. 4. c. 9. p. 870. de Tito dicit: φρουρᾷ μέντοι τὴν πόλιν ἠσφαλίσατο, *praeſidiis tamen ciuitatem circumdedit*, idem *ant.* l. 13. c. 9. p. 443. *Palaeſtinam ad Aſcalonem vsque*, ἠσφαλίσατο φρουρίοις, *praeſidiis firmauit.* Vide ibid. c. 11. p. 445. et conf. Raphelium *annot. ex Polyb.*

Verba: μετὰ τῆς κουστωδίας recte cum verbo ἠσφαλίσαντο conſtruuntur, *muniuerunt* ſc. *ſepulcrum per cuſtodiam* ſ. *ope cuſtodiae*, quem ſenſum etiam in *Comment.* amplexus eſt Cel. Heumannus. At phraſin non ſatis graecam eſſe, et multa quoque alia in Matthaeo occurrere, quae ad graecae linguae elegantiam exacta, vilioris ſint monetae, idem aſſerit. Non ſane id concedo. Μετὰ ſcriptoribus etiam Atticis cauſae inſtrumentali praefigitur vt latine voce: *per* vertendum ſit. Demoſthenes *cont. Theocrinem* p. 507. *Exiſtimaui* ἐπὶ τῷ τιμωρεῖσθαι μεθ᾽ ὑμῶν τοῦτον, *huius per vos* (ſ. ope veſtra) *vlciſcendi gratia, nec aetatis nec cuiusquam alterius rei ratione habita, iſtum apud vos eſſe deferendum.* Idem *adu. Leptinem* p. 369. τὴν Λακεδαιμονίων φρουρὰν μεθ᾽ ὅπλων ἐκβαλόντες, *praeſidium Lacedaemoniorum armis eiicientes.* Thucydides l. 3. p. 69. μετὰ καινότητος μὲν λόγου ἀπατᾶσθαι ἄριστοι, *per nouitatem ſermonis facile falli ſoletis.* Xenophon *exped. Cyri*, l. 7. p. 276. *Adſunt, vt gratis tua cauſa et labores adeant et pericula ſubeant*, μεθ᾽ ὧν, ἂν οἱ θεοὶ θέλωσι, *per quos, Diis fauentibus et patrium regnum recipies* cet. Polybius l. 9. p. 782. ἀπὸ τῶν βωμῶν ἀποσπώμενοι μετὰ τιμωρίας ἀπέθνησκον, *ab aris abſtracti per ſupplicia vitam finierunt.* Phraſes μετὰ χαρᾶς, μετὰ

τὰ βίας, quas vt noſtrae ſimiles adducit, adeoque ſimul vt minus graecas notat Cel. Heumannus, paulo longius abeunt, et ita quidem, vt vox *μετὰ* in eiusmodi phraſibus auctoribus multo ſit frequentior. Sic Pindarus *Olymp.* 2. v. 63. 64. *εὐθυμιᾶν τε μετὰ καὶ πόνων*, *cum laetitia et moleſtiis.* Polybius l. 9. c. 16. p. 772. *μεθ᾽ ἡσυχίας*, *cum tranquillitate* ſ. *quiete.*

CAP. XXVIII. v. 1.

Ὀψὲ δὲ σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων.

Verba ὀψὲ σαββάτων multum vexarunt interpretes. Ὀψὲ *ſero* denotat et ita quidem, vt de quouis tempore, propemodum, ſed nondum tamen penitus finito adhiberi poſſit. Dicunt enim graeci non ſolum: *ὀψὲ τῆς ὥρας*, *ſero in die* vti Plutarchus in *Cicerone* p. 862. ſiue *ὀψὲ τῆς ἡμέρας*, *ſero in die*, quae phraſis apud Thucydidem l. 4. p. 94. et p. 110. legitur; ſed et: *ὀψὲ τῆς ἡλικίας*, *extremo aetatis ſuae tempore*, vti Aelianus *var. hiſt.* l. 2. c. 23. et *ὀψὲ τοῦ μετοπώρου*, *ſero in autumno*, *extremo autumni tempore*, vti Lucianus in *Toxari* p. 49. Erit igitur *ὀψὲ τῶν σαββάτων*, *ſero in Sabbato*, i. e. Sabbato propemodum ſed nondum tamen plane finito. Er. Schmidius vertit, *poſt Sabbatum*, *ſabbato iam peracto;* ſed non probari poſſe puto, quod ὀψὲ alibi eo ſignificatu occurrat. Locus Plutarchi in *Numa* ad quem Schmidius prouocat, huc nihil facit; ſic enim ibi p. 60. dicitur: *Nonnulli dicunt Pythagoram ὀψὲ γενέσθαι, καὶ τῶν Νουμᾶ χρόνων ὁμοῦ τι πέντε γενεαῖς ἀπολειπόμενον*, *ſero natum eſſe*, *et a Numae temporibus per quinque aetates remotum fuiſſe.* Vbi ὀψὲ reſpectum habet ad *γενεὰς*, *aetates hominum* et tempus mundi in genere, nam eodem ſenſu paulo poſt dicitur Hippiam Elium ὀψὲ *ſero* breuiarium de Olympionicis edidiſſe. Sic et iudicium ferri poteſt de interpretatione Cel. Heumanni, qui vertit: *in fine Sabbati.* Si enim id ita intelligas: *Sabbato propemodum finito*, repugnare videbitur

debitur res ipſa, cum iam de tempore matutino diei ſequentis agatur. Si vero id hoc modo capias: *poſt Sabbatum iam prorſus finitum*, dubium manebit, vtrum recte ſic explicetur vox: ὀψέ.

Non rectius puto ex his emergi poſſe difficultatibus, quam obſeruando duplicem dierum apud Iudaeos computationem. Altera, quae vulgaris erat, et notior eſt, in eo conſiſtebat, vt dies 24 conſtans horis, a nocte praecedente inciperet, et cum ipſa diei veſpera deſineret. Hanc computationem ſequitur Marcus c. 16, 1. dicens: *διαγενομένȣ σαββάτȣ*, *ſabbato iam praeterlapſo*, et reliqui Euangeliſtae. Altera computatio, quae in ſacris comedendis praecipue vſum habebat, haec erat, vt dies cum aurora inciperet, noxque ſequens ad auroram vsque ad diem praecedentem referretur. Nititur hic calculus dicto Leu. 7, 15. *ipſo die ſacrificii comedetur; nil remanebit vsque ad mane.* Coniungunt vtramque computationem Gemariſtae Gemara *Berachoth*. c. 1. p. 23. *edit.* Edzardi. בפלגא אורתא דתליסר נגהי ארביסר, *dimidio noctis diei decimi tertii et diei decimi quarti.* Hic vna nox ad duos dies ſimul refertur; vox נגהי enim totum *νυχθήμερον* denotat. Similiter Ioſephus *ant.* l. 3. c. 10. p. 93. *πέμπτῃ δὲ καὶ δεκάτῃ διαδέχεται τὴν τȣ̃ πάχα ἡ τῶν ἀζύμων ἑορτὴ*, *die decimo quinto, feſto paſchae ſuccedit feſtum azymorum.* Paulo ante dicit Paſcha die decimo quarto Niſan celebratum eſſe, hic die 15. ſequutum eſſe feſtum Azymorum; quum igitur Paſcha ipſa nocte diem 14. ſequente comederetur, ſequitur Ioſephum hanc ad diem 14. referre, diem vero 15. ab ortu aurorae incipere. Conf. Relandum *antiquit. part.* 4. c. 1. §. 15. Hunc igitur calculum ſequitur Matthaeus, ita vt Sabbatum demum cum ortu aurorae terminetur.

Vocem: *σαββάτων* malo de *Sabbato*, quam de tota ſeptimana intelligere. Vt enim collatis reliquis Euangeliſtis apparet, hic cauſſa redditur, cur non citius ad ſepulcrum iuerint mulieres, ſabbati ſcilicet religione prohibitae. Nihil obſtat, quod ita hoc verſu vox *σαββάτων*

duplici sensu capienda sit. Nam eodem modo Marc. 16, 1. 2. et Luc. 23, 56. et c. 24, 1. vox σάββατα bis posita absque dubio duplicem habet sensum. Pluralis τὰ σάββατα, *vnum* tantum *Sabbatum* denotat. Est enim haec vox τὰ σάββατα, in Datiuo: τοῖς σάββασι, pluralis numeri tantum.

Ad verba: τῇ ἐπιφωσκούσῃ supple: ἡμέρᾳ siue ἕῳ *illucescente die* s. *aurora*. Prius plene occurrit, in Dionysii Hal. *ant.* l. 9. p. 620. ἡμέρα δὲ ἤδη διεπέφωσκε, *dies vero iam illucescebat*. Quoniam tamen in sequenti: εἰς μίαν iterum suppleri debet ἡμέραν, ita sc. vt per vocem ἡμέρα primo loco: *lux diurna*, secundo vero: *tempus diei* intelligatur: auribus grauis esset vox: ἡμέρα, duplici sumta sensu. Hinc melius Cel. Heumannus supplet vocem ἠώς s. ἕως. Ita plene Aristoteles *probl. sect.* 25. *qu.* 5. ὑποφωσκούσης ἕω καὶ ἤδη πρωΐ, *illucescente aurora tempore iam matutino*.

v. 3.

Ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπή.

Quum ἰδέα h. l. reliquis corporis membris, quae veste tegebantur, opponatur: per hanc *vultus*, et *forma vultus* intelligi debet. Asserit quidem Thomas Magister non satis graecum esse ἰδέαν vocare *vultum* hominis, sed omnes probatos scriptores, eius loco voce: εἶδος s. ὄψις vti; sed fallitur. Sic enim Demosthenes de *falsa legat.* p. 231. εἰ δέ τις ὢν ἐφ' ἡλικίας τὴν ἰδέαν ἑτέρου βελτίων, μὴ προειδόμενος τὴν ἐξ ἐκείνης τῆς ὄψεως ὑποψίαν, *si quis vero adolescens aliis forma praestantior, non cauens ex forma ista nasci solitam suspicionem.* Plutarchus in *Cicerone* p. 883. de oratore hoc, cui per somnum species Augusti imperatoris oblata erat, dicit: τὴν μὲν ἰδέαν τοῦ παιδὸς ἐκμεμάχθαι καὶ κατέχειν ἐναργῶς, *illum pueri imaginem clare animo impressisse et mente complexum esse*. Idem in *Demetrio* p. 889. Demetrium dicit, ἰδέᾳ δὲ καὶ κάλλει προσώπου θαυμαστὸν καὶ περιττὸν, *forma et pulcritudine vultus*

tus mirabilem et excellentem fuisse. Nicolaus Damascenus *excerpt. Vales.* p. 450. Magnetem quendam Smyrnaeum, *καλὸν τὴν ἰδέαν εἴ τις καὶ ἄλλος, forma praestantem si quisquam alius* fuisse dicit. Vide Cel. Alberti ad h.l.

v. 14.

Ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν.

Negauit Lamb. Bos in *ellips.* p. 282. verbum *πείθειν* vnquam apud graecos *placandi* notionem habere; hinc addam locum Iosephi *ant.* l. 6. c. 6. p. 179. Hic cum Israëlitae, Samuele illis peccatum postulati regis exprobrante, ad fulgura et tonitrua exorta attoniti starent, de Samuele dicitur: *ὁ δὲ ὑπισχνεῖται καὶ παρακαλέσειν τὸν θεὸν συγγνῶναι περὶ τούτων αὐτοῖς καὶ πείσειν, pollicitus est ille, rogare se velle pro illis Deum, ad obtinendam rei veniam, et placaturum.* 2 Maccab. 4. v. 45. *πρὸς τὸ πεῖσαι τὸν βασιλέα, ad placandum regem.* Ἀμερίμνους ποιήσομεν, *securos reddemus.* Ita fere Xenophon *Cyrop.* l. 8. p. 154 *τοῖς ἀπιοῦσι δωρησάμενος πολλὰ, καὶ ἀμέμπτους ποιησάμενος, cum abeuntes multis muneribus donasset, et ne de quo quererentur, fecisset.* Appianus *bell. ciu.* l. 3. p. 888. *δυναστεύειν ἐν ἀμερίμνῳ γενόμενον, secure imperare.*

v. 17.

Οἱ δὲ ἐδίστασαν.

Οἱ δὲ h.l. ponitur pro: *τινὲς δὲ, nonnulli vero dubitarunt.* Bezae hic vocum sensus adeo visus est insolens, vt pro *οἱ δὲ* legi debere putaret: *οὐδὲ*; imo et recentiores quidam de illis haesitarunt. At occurrunt hae voculae etiam non praecedente *οἱ μὲν*, vt alias fieri solet, in N.T. Matth. 26, 67. Luc. 5, 33. Ioh. 19, 29. et passim in profanis. Sic Strabo l. 17. p. 1134. de flumine Astabora dicit: *οἱ δὲ Ἀστοσάβαν καλοῦσι, nonnulli vero Astosabam illud vocant.* Plutarchus *vit. 10. rhetor.* p. 840. *οἱ δὲ εἶπον μηδὲ μαθητεῦσαι τισὶ τὸν Αἰσχίνην, nonnulli dicebant Aeschinem nullius*

nullius discipulum fuisse. Diogenes Laert. *in vit. Diogenis* l. 6. c. 2. §. 6. οἱ δὲ τοῦτο Ἀρισίππῳ φασὶ, *nonnulli vero Aristippo illud tribuunt.* Arrianus de *reb. indic.* p. 541. τοῖσι δὲ ἄκοντες ἀντὶ τόξων εἰσὶ, *nonnulli iaculis loco sagittarum vtuntur.* Idem in *periplo Ponti Eux.* p. 133. οἱ δὲ καὶ τάδε ἱστοροῦσι, *nonnulli etiam haec tradunt.* Vide Elsnerum ad Ioh. 19, 29.

v. 19.

Μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτούς.

Verbum αὐτοὺς referendum est ad vocem ἔθνη, ita vt ad sensum magis, quam ad verba constructio facta sit. Frequens hoc est in libris sacris, vti Act. 15, 17. τὰ ἔθνη ἐφ' οὓς ἐπικέκληται. Numer. 14, 15. τὰ ἔθνη ὅσοι ἀκηκόασι. Nec insolitum id profanis. Lucianus in *Ioue tragoedo* p. 233. ἅπαντες ἄνθρωποι καὶ τὰ ἔθνη ἐξηπάτηνται, θεοὺς νομίζοντες καὶ πανηγυρίζοντες, *omnes homines et gentes decipiuntur, Deos esse putantes et dies festos celebrantes.* Demosthenes *adu. Midiam* p. 401. καὶ ταῦτ' ἔλεγεν ἡ μιαρὰ καὶ ἀναιδὴς αὕτη κεφαλὴ ἐξεληλυθὼς τῇ προτεραίᾳ παρὰ Ἀριστάρχου, *haec dixit scelerosum istud caput et impudens, quum pridie fuisset ab Aristarcho egressus.* Hic κεφαλὴ et ἐξεληλυθὼς genere quantumuis discrepante, inter se iunguntur.



IN

IN MARCVM.

CAP. I. v. 6.

Ην δὲ ὁ Ἰωάννης ἐνδεδυμένος τρίχας καμήλου.

Per τρίχας καμήλου h. l. vestis intelligitur e pilis Camelorum confecta, ita vt pili hi in pannum texti essent, cuius generis vestes viliores erant et sordidiores et rigidiori magis vitae generi atque luctui, quam luxui conueniebant. Sic Iosephus *ant.* 16. c. 11. p. 565. refert, filios Mariamnes, quum alias Herodis vxores vestibus matris suae superbientes viderent: ἀπειλεῖν, ὡς τρίχεσιν ἠμφιεσμένας καθειρξοῦνται, μηδὲ τὸν ἥλιον βλέπουσας, *minatos esse, velle se illas pilis indutas includere, vbi ne solem quidem liceat adspicere.* Idem *bell. Iud.* l. 1. c. 17. p. 754. eandem rem describens dicit: ἀπειλεῖν, ὡς ἀντὶ τῶν βασιλικῶν, ἐν τάχει περιθήσουσιν ἑαυταῖς ἐκ τριχῶν πεποιημένας, *minatos illos esse, quod hae pro vestibus regiis, mox vestibus e pilis confectis sint induendae.* Sic Matth. 11, 8. *vestes regiae* Iohanni negantur, hic contra ea vestis pilosa illi tribuitur. Vestes quoque viliores lugubres e pilis Camelorum textas fuisse testatur Cedrenus *in Heraclio* p. 426. referens Vmarem Calipham expugnatis Hierosolymis: τριχίνοις ἐκ καμήλου ἐνδύμασιν ἠμφιεσμένον ἐρρυπωμένοις, *veste indutum sordida ex Cameli pilis confecta templum Iudaeorum quaesiuisse.* Huius generis fuisse videtur vestis prophetarum Zach. 13, 4. 2 Reg. 1, 8. Pilorum Cameli frequentem fuisse vsum apud Iudaeos in vestibus conficiendis, pluribus docebit Bochartus in *Hierozoico part.* 1. l. 2. c. 2.

v. 24.

Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ Ναζαρηνέ.

Vocem ἔα, tragicam esse dicit Casaubonus, quae vix alibi in soluta oratione occurrat. Est sane vox Euripidi

 tritissima.

tritissima, vel *admirantis*, vel *obstupescentis* vel *dolentis* per *vah*, *proh*, *eheu* vertenda. Sic in *Oreste* v. 478. Ἔα, τὸ μέλλον ὡς κακὸν τὸ μὴ εἰδέναι, *eheu! quam malum est nescire futura!* et alibi sexcenties. Nec tamen prosaici vocem defugiunt. Binos Arriani locos notauit Raphelius *annot. Polyb.* Sic quoque Lucianus *dial. Vener. et Lunae* p. 143. Venerem sic fingit de Cupidine loquentem: Ἔα ἐκεῖνος ὑβριστής ἐστιν, *Eheu ille iniuria et contumelia adficit, erga me quippe matrem suam quomodo se gessit?*

Τί ἡμῖν καὶ σοί; *quid nobis tecum est negotii? quid nobis negotium et molestias facessis?* Phrasis hoc sensu apud hebraeos occurrit 2 Sam. 16, 10. Cum Abisai maledicentem Simei occidere vellet, respondet Dauid: מה לי ולכם בני צריה, *quid mihi vobiscum est negotii*, *quid mihi molesti estis filii Zeruia?* Frequentissima tamen illa est quoque graecis. Sic Anacreon apud Gellium *noct. attic.* l. 19. c. 9. τί γὰρ μάχαισι κἀμοί; *quid mihi cum pugnis est negotii?* paulo post: τί πλειάδεσσι κἀμοί, *quid mihi cum Pleiadibus est negotii?* Saepe Arrianus *Diss. Epict.* phrasi hac vtitur. e.g. l. 3. c. 18. p. 301. τί σοὶ καὶ τῷ ἀλλοτρίῳ κακῷ; *quid tibi cum alieno malo est negotii? Cur alienum te angit malum?* Messem dabunt alii.

v. 30.

Κατέκειτο πυρέσσουσα.

Κατακεῖσθαι saepius de *aegrotis decumbentibus* occurrit. Arrianus *Diss. Epict.* l. 3. c. 26. p. 372. σκληρὸς κατακείσομαι, ἀλλ' ὡς ἀνήρ, *grauiter decumbam*, *sed vt vir tamen.* Iosephus *ant.* l. 13. c. 19. p. 454. de Aristobulo aegrotante dicit: κατέκειτο ἐν τῇ βάρει μετονομασθείσῃ δ' Ἀντωνίᾳ, *decumbebat in arce, quae postea Antonia dicebatur.* Plutarchus in *Cicerone* p. 883. κατέκειτο, μαλακῶς ἔχειν ἐκ τοῦ κόπου σκηπτόμενος, *decumbebat* Cicero *languere se ex via causatus.* Hippocrates *morb. vulg.* l. 3. sect. 7. p. 150. ὁ κατακείμενος ἐν τῷ Δεάλκους κήπῳ, *quidam in hortis Dealcis decumbens*, et saepe alibi.

v. 34.

v. 34.

Καὶ οὐκ ἤφιε λαλεῖν τὰ δαιμόνια.

De voce ἤφιε, quae Marc. 11, 16. quoque occurrit, Grotius ad h. l. dicit: *Vox sane μονήρης, quam nemo obseruauit extra Marcum, qui infra iterum sic loquitur. Sed neque ἀνάλογον flexionem facile reperies.* Paulo post: *Si qui codices haberent ἠφίει, dubitandum non esset, quin ea lectio esset praeferenda.* Ne igitur in posterum vocis huius lectio, vniuersali fulta codicum consensu solicitetur, addo locum Philonis *legat. ad Caium* p. 1021. ὁ μὲν οὖν Ἑλίκων σκορπιῶδες ἀνδράποδον τὸν αἰγυπτιακὸν ἰὸν εἰς Ἰουδαίους ἤφιεν, *Helicon mancipium Scorpioni simile venenum Aegyptium in Iudaeos emittebat.* Est vero Aoristus sec. ab ἀφιέω, cuius imperfectum ἠφίει, frequentius occurrit.

v. 35.

Καὶ πρωῒ ἔννυχον λίαν ἀναστὰς ἐξῆλθε.

Per vocem πρωῒ, *mane* integrum trium horarum spatium intelligitur, quod quartam noctis vigiliam absoluebat. Marc. 13, 35. vt adeo, quanquam *mane* iam esset, plus tamen minusue noctis adhuc superesse potuerit. Ἔννυχον λίαν est: *multa adhuc nocte.* Ἔννυχος, *nocturnus*, adiectiuum est; quo vtens Euripides in Hecuba v. 72. ἔννυχον ὄψιν, *visionem nocturnam dicit.* Inde aduerbium ἔννυχον, *noctu.* Supplere poteris vel: κατ' ἔννυχον χρόνον, vel neutraliter: κατ' ἔννυχον. Elliptice vox occurrit. 3 Mac. 5. v. 5. ἔννυχον δόξαντες ὁμοῦ λήψεσθαι τὸ φῦλον πέρας τῆς ὀλεθρίας, *exeunte nocte, gentis vno tempore putantes internecionem esse futuram;* vbi ἔννυχον dicitur, quod paulo ante v. 2. verbis: ὑπὸ τὴν ἐρχομένην ἡμέραν exprimitur.

v. 38.

Εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις.

Per ἐχομένας κωμοπόλεις *vici vicini* intelliguntur. Nec vocem ἐχόμενος hoc sensu ex *hebraismo* deriuare de-

buiſſet Hammondus. Sic enim Iſocrates de *permutat.* p. 488. εἰς τὴν ἐχομένην νῆσον ἐξέπλευσαν, *in inſulam vicinam nauigarunt.* Xenophon *de fact. et dict. Socrat.* l. 3. p. 482. *Bellum quod ſub illo* πρὸς τοὺς ἐκ τῆς ἐχομένης ἠπείρου πάσης, *aduerſus omnes in vicina Continente geſtum eſt.* Idem *exped. Cyri* l. 1. p. 181. ἐχόμενοι δὲ τούτων γεῤῥοφόροι, ἐχόμενοι δὲ ὁπλῖται, *his vicini erant cetrati, et illis proximi grauiter armati.* Teſte Ioſepho *ant.* l. 6. c. 1. p. 169. Philiſtaei arcam, πρὸς τὰς ἐχομένας ἀπολύουσι πόλεις, *ad vrbes vicinas dimittebant.* Ibid. l. 11. c. 8. p. 386. Alexander relictis Hieroſolymis, ἐξεστράτευσεν ἐπὶ τὰς ἐχομένας πόλεις. Vide quoque Diodorum Sicul. l. 17. c. 57. p. 142.

Κωμοπόλεις ſunt eiusmodi *vici*, qui vrbibus ſunt ſimiles, quos forte quoniam muri deeſſent, vicos, ob incolarum vero multitudinem vrbes appellare poſſis. In N. T. ſane eadem loca mox κῶμαι, mox πόλεις vocantur. E. g. Luc. 2, 4. Bethlehemum πόλις Δαυίδ, vocatur; Ioh. 7, 42. ἀπὸ βηθλεὲμ τῆς Κώμης dicitur. Multos ſane vicos vrbibus ſimiles in Galilaea, vbi Chriſtus hoc tempore verſabatur, fuiſſe teſtatur Ioſephus *bell. Iud.* l. 3. c. 2. p. 833. dicens, adfuiſſe ibi: πόλεις πυκνὰς, καὶ τὸ τῶν κωμῶν πλῆθος, πανταχοῦ πολυάνθρωπον διὰ τὴν εὐθηνίαν, ὡς τὴν ἐλαχίστην ὑπὲρ πεντακισχιλίους πρὸς τοῖς μυρίοις ἔχειν οἰκήτορας, *frequentes vrbes et multos vbique vicos ob opulentiam populoſos, ita vt minimus plus quam quindecim mille incolas contineat.*

CAP. II. v. 1.

Καὶ πάλιν εἰσῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ δι' ἡμερῶν.

Vocula διὰ nominibus temporis praefixa ſaepe *poſt* denotat, et phraſis δι' ἡμερῶν ſuppleta voce τινῶν, vertenda eſt: *poſt aliquot dies, interiectis aliquot diebus.* Sic Plutarchus *praecept. coniug.* p. 144. ὁ τὸν δραπέτην ἰδὼν διὰ χρόνου, *qui ſeruum fugitiuum aliquanto poſt tempore videbat.*

debat. Idem de *cohib. ira* p. 452. ζωγράφοι διὰ χρόνου τὰ ἔργα ἐπισκοποῦντες, *pictores post aliquod tempus opera sua contemplantes*, vide ibid. p. 453. bis. Iosephus *ant.* l. 7. c. 7. p. 425. *Cur ad vxorem suam non iuisset*, διὰ τοσούτου χρόνου, *post tam longum tempus.* Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 627. διὰ πολλῶν ἡμερῶν εἰς ἄστυ καταβαίνοντες, *interiectis multis diebus in vrbem venientes.* Philo *de festis*, p. 1177. Sabbatum vocat: τὴν δι' ἓξ ἡμερῶν ἱερὰν ἑβδόμην, *diem septimum sanctum post sex dies.* Plutarchus in *Philopoemene* p. 364. *Nauem veterem quidem, sed celebrem,* δι' ἐτῶν τεσσαράκοντα, *post quadraginta annos deduxit et compleuit.* Similiter vox τινῶν deest post ἡμερῶν apud Achillem Tatium l. 1. p. 31. εἰς τὴν προθεσμίαν τῶν γάμων, χρόνος ἐστὶν ἡμερῶν, *vsque ad statutum nuptiarum tempus, superest mora aliquot dierum.*

v. 4.

Χαλῶσι τὸν κράββατον.

Vocem κράββατον, quae *grabatum*, lectum humiliorem et viliorem indicat, reiiciunt grammatici graeci vt plebeiam et non satis elegantem. Phrynichus e. g. dicit: Σκίμπους λέγε, ἀλλὰ μὴ κράββατος. Nec est quod neges, maiorem interdum elegantiam in voce σκίμπους esse quaesitam. Ita teste Sozomeno *hist. eccles.* l. 1. c. 11. Triphyllium Ledrorum Episcopum hac in caussa grauiter obiurgauit Spyridon: Ἐπιτραπεὶς Τριφύλλιος διδάξαι τὸ πλῆθος, ἐπεὶ τὸ ῥητὸν ἐκεῖνο παράγειν εἰς μέσον ἐδέησε, τὸ, ἆρόν σου τὸν κράββατον καὶ περιπάτει, σκίμποδα ἀντὶ τοῦ κραββάτου, μεταβαλὼν τὸ ὄνομα εἶπε. Καὶ ὁ Σπυρίδων ἀγανακτήσας, οὐ σύγε ἔφη ἀμείνων τοῦ κράββατον εἰρηκότος, ὅτι ταῖς αὐτοῦ λέξεσιν ἐπαισχύνῃ κεχρῆσθαι, *rogatus Triphyllius, vt concionem haberet ad populum, quum necesse haberet, in medium adducere dictum illud Saluatoris: tolle grabatum tuum et ambula, mutato nomine pro grabato scimpodium dixit. At Spyridon indignatione commotus: num tu inquit praestantior es eo, qui grabatum*

 dixit,

dixit, vt te pudeat eius verbis vti. Sed occurrit omnino vox *κράββατος* apud probatos auctores. Non repetam locum Iulii Pollucis in *Onomast.* l. 10. c. 7. obuium, nec locum Arriani *differt. Epict.* l. 3. c. 22. vbi *κραββάτιον* occurrit, quae iam occuparunt Schwarzius et Cel. Georgi in *Hierocritico N. T.* p. 127. Addo locum Arriani *differt. Epict.* l. 1. c. 24. p. 145. Ὡς τὸν κράββατον ἐν τῷ πανδοκείῳ. Ἂν οὖν ὁ πανδοκεὺς ἀποθάνῃ ἀπολίπῃ σοὶ τοὺς κραββάτους; *vt grabatum in diuerforio. Quodsi caupo mortuus fuerit, numquid grabatos tibi relinquit?* Vide quoque Heupelium.

v. 23.

Ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν.

Phrafis ὁδὸν ποιεῖν eft: *iter facere, proficifci*, nec eft, vt *latinifmis* illam adfcribas. Sic Xenophon de *laud. Agefil.* p. 557. ἣν ἐνιαυσίαν ὁδὸν ὁ βάρβαρος ἐποιήσατο, *quod anni fpatio iter barbarus fecerat, id citius quam intra menfem Agefilaus confecit.* Dionyfius Hal. *ant.* l. 8. p. 553. αἱ δὲ διά τε ὁδῶν ἀφανῶν καὶ νύκτωρ τὰ πολλὰ ποιησάμενοι τὰς ὁδοὺς, *illae per vias occultas et noctu plerumque iter facientes.* Iofephus *ant.* l. 18. c. 6. p. 624. ἐπ' Ἀντιοχείας δ' αὖθις ἐποιεῖτο τὴν ὁδὸν, *rurfus Antiochiam profectus eft.* Dio Caffius *excerpt. Valef.* p. 663. de Tiberio Rhodum proficifcente, dicit: καὶ τήν τε ὁδὸν ἰδιωτικῶς ἐποιήσατο, *et iter priuati inftar fecit.* Quam parum interfit, vtrum verbum ποιεῖν in actiuo an medio in hac phrafi occurrat, oftendit Libanius, qui *epift.* 718. p. 344. paffiua voce vtitur, dicens: ὑπὲρ ἀδελφοῦ τὴν ὁδὸν Ὑπερέχιος ἔφη ταυτηνὶ πεποιῆσθαι. ἐφωράθη δὲ ὑπὲρ σοῦ μᾶλλον ἢ ὧν ἔφη πεποιημένος, *fratris cauffa fe iter hoc facere profeffus eft Hyperechius. Compertum vero fuit, eum propter te potius, quam propter ea, quae dixit, id feciffe.* Conf. omnino Cel. Georgii *Hierocritic. N. T.* part. 2. p. 14. 52. 86. et alibi.

CAP.

CAP. III. v. 10.

Ὥϛε ἐπιπίπ7ειν αὐτῷ, ἵνα αὐτοῦ ἅψωνται, ὅσοι εἶχον μάϛιγας.

Ἐπιπίπ7ειν, est: *irruere in aliquem, adoriri illum, illiue vel verbis vel factis molestum esse.* Sic Demosthenes in *Olympiod.* p. 693. *Prorsus imparati eramus ad caussam statim dicendam - -* διὰ τὸ ἐξαίφνης ἐπιπεπ7ωκέναι ἡμῖν πολλοὺς τοὺς ἀμφισβητοῦντας, *quod multi adversarii in nos simul irruerent.* Thucydides l. 1. p. 26. ἀφράκτῳ τῷ ϛρατοπέδῳ ἐπιπεσόντες, *castra non munita adorti.* Xenophon *Cyrop.* l. 7. p. 119. τοῖς πολεμίοις τεταραγμένοις ἐπιπεσοῦμεθα, *in hostes perturbatos impetum faciemus.* Idem *exped. Cyri* p. 181. ἀτάκτοις σφίσιν ἐπιπεσεῖσθαι, *quod turbatos illos inuasuri essent.* Innuitur ergo, cum impetu quodam aegrotos ad Christum concurrisse, ita vt corpori eius, quod tangere volebant, veluti *incumberent*, et molesti essent.

Per μάϛιγας, *plagae* quaelibet, praesertim diuinitus immissae, morbique grauiores intelliguntur. LXX. interp. voce hac interdum vtuntur pro hebraica נגע. Μαϛίγας θεοῦ vocat Tobias c. 13, 15. et θεῖαν μαϛίγα scriptor l. 2. Maccab. 9, 11. Metaphora inde petita, quod *flagellorum* vsus sit, partim ad infligendam poenam, partim ad *emendandos* peccantes. Sic in *psalterio Salomonis* Psalm. 10. v. 1. p. 947. beatus vocatur, qui a via malitiae auertitur ἐν μαϛίγι, *per flagella*, et v. 2. dicitur: qui praeparet terga ad μαϛίγας, *flagella* mundum futurum, quoniam benignus sit Dominus τοῖς ὑπομένουσι παιδείαν, *patientibus disciplinam.*

V. 11.

Προσέπιπ7εν αὐτῷ καὶ ἔκραζε λέγοντα, Ὅτι σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.

Προσπίπ7ειν, est, *ad genua* alicuius aut *pedes procumbere*, vt supplices facere solebant. Sic Euripides *in Oreste* v. 1338.

v. 1338. Σῇ ματρὶ προσπεσῦσα τῇ μέγ᾽ ὀλβίᾳ, *procidens ante tuam matrem valde beatam.* Ibid. v. 1507. Plutarchus in *Antonio* p. 953. de Cleopatra Augusto supplici dicit: εἰσιόντι δ᾽ αὐτῷ μονοχίτων ἀναπηδήσασα προσπίπτει, *illi ingresso vna velata tunica exsiliens ad genua se proiiciebat*, ibid. p. 952. ἐκπεπληγμένων ὑπὸ δέυς τῶν ἀνθρώπων καὶ προσπιπτόντων, *hominibus metu consternatis et humi se abiicientibus.* Iosephus *bell. Iud.* l. 3. c. 14. p. 842. προσέπιπτον αὐτῷ, *ad pedes eius procidebant.*

Supplere vero poteris, vel πρὸς τὺς πόδας, quod plene occurrit Exod. 4, 25. vel πρὸς τὰ γόνατα. Sic Iosephus *ant.* l. 17. c. 7. p. 590. Ἀντιπάτρυ προσπεσόντος τῷ πατρὶ πρὸς τὰ γόνατα. Vel subaudi: τοῖς γόνασι. Sic Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 390. μετὰ δακρύων προσπίπτων τοῖς ἑκάστυ γόνασιν. Euripides in *Oreste* v. 1332. ἱκέτης γὰρ Ἑλένης γόνασι προσπεσὼν βοᾷ

Vox ὅτι verba loquentis inchoans, abundare solet, profanis non minus, quam sacris. Theophrastus *charact. mor.* c. 3. adulatorem dicit, si ille, quem colit, amicum adire velit, praeeuntem isti dicere: ὅτι πρὸς σὲ ἔρχεται, *venit ille ad te*, et redeuntem huic dicere: ὅτι προσήγγελκα, *ego aduentum tuum nunciaui.* Demosthenes in *Neaeram* p. 533. *Si vos rogarint, vbi fueritis; καὶ εἴπητε, ὅτι ἐδικάζομεν, et respondeatis: ius diximus.* Xenophon *Cyrop.* l. 8. τὸν δ᾽ ἀποκρίνασθαι, ὅτι βασιλείαν μὲν ὐκ ἂν δεξαίμην, *illum vero respondisse: regnum sane non acciperem.* Plutarchus in *Apophtheg.* p. 179. τῶν παίδων λεγόντων, ὅτι ταῦτά σοι κτᾶται, *cum pueri dicerent, haec tibi ille acquirit.*

V. 21.

Καὶ ἀκύσαντες οἱ παρ᾽ αὐτῦ.

Recte Doctiss. Raphelius phrasin οἱ παρ᾽ αὐτῦ transtulit: *sui*, ita vt οἱ παρά τινος, sint illi, qui quocunque modo ad aliquem pertinent et nexu quodam cum illo coniuncti sunt. Hoc loco vero: οἱ παρ᾽ αὐτῦ, vti ex

v. 31.

v. 31. conſtat, vbi eadem res deſcribitur, ſunt fratres et mater Chriſti. Phraſin habet quoque Ioſephus *ant.* l. 1. c. 11. p. 19. *Tum Abrahamus, poſtquam Deo gratias egiſſet*, περιτέμνεται παραχρῆμα, καὶ πάντες οἱ παρ' αὐτοῦ, *e veſtigio circumciſus eſt, cum omnibus ſuis.* Demoſthenes de *falſa legat.* p. 209. οὐδὲ πρεσβευτὴς οὐδεὶς εἶπε τῶν παρ' ἐκείνου, *quae neque ex legatis eius quisquam dixit.* Saepius Polybius e. g. l. 5. c. 85. p. 594. 595. *Pauorem inimicis*, τοῖς δὲ παρ' αὐτοῦ μεγάλην ὁρμὴν ἐνειργάσατο καὶ προθυμίαν, *ſuis vero magnum pugnae ardorem et alacritatem ingenerauit.* Paulo poſt: Καταλαβὼν δὲ τοὺς παρ' αὐτοῦ πάντας πεφευγότας, *cum omnes ſuos auffugiſſe deprehenderet.* Hic οἱ παρ' αὐτοῦ ſunt *milites ſui.* Ibid. c. 67. p. 572. οἱ δὲ παρὰ Πτολεμαίου, *qui ad Ptolemaeum pertinebant*, i. e. legati Ptolemaei. Plura dabit Raphelius *Annot. Polyb.*

CAP. IV. v. 21.

Μήτι ὁ λύχνος ἔρχεται.

Pro: ἔρχεται codices nonnulli legunt καίεται, alii ἅπτεται, ex gloſſemate forte, quod inſolentior vſus vocis: ἔρχεται videretur. Vertere potes: ὁ λύχνος ἔρχεται, *lucerna adfertur.* Sic Pindarus *in Pyth. od.* 3. v. 28. οὐκ ἔμειν' ἐλθεῖν τράπεζαν νυμφίαν, *non exſpectavit donec adferretur menſa ſponſalis.* Xenophon *de laud. Ageſil.* p. 565. ἀγγελίας μὲν ἐλθούσης αὐτῷ, *cum nuncius illi adferretur.* Paulo poſt: ἦλθεν αὐτῷ ἐπιστολή, *allata eſt illi epiſtola.* Demoſthenes *epiſt.* 6. p. 120. ἦλθεν ἐπιστολὴ παρ' Ἀντιφίλου, *allata eſt epiſtola ab Antiphilo.* Thucydides l. 1. p. 31. ἦλθε γὰρ αὐτῷ ὕστερον ἐκ τε Ἀθηνῶν, *allata eſt illi poſtea* pecunia *Athenis.* Plutarchus *ſympoſ.* l. 1. *qu.* 6. p. 623. *Magnum calicem, qui Alexandri dicebatur*, ἐλθοῦσαν ἐπ' αὐτὸν ἀπεώσατο, *ad ſe delatum, recuſauit.* Frequens eſt graecis verba *neutra* ponere pro *paſſiuis.* Sic Luc. 8, v. 2. ἀφ' ἧς δαιμόνια ἑπτὰ ἐξεληλύθει, *ex qua ſeptem daemones expulſi*

pulsi erant. Sic ἀποθανεῖν ὑπό τινος, est: *interfici, perimi ab aliquo.* E. G. Aelianus *Var. hist.* l. 12. c. 55. τοὺς ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων ἀποθανόντας, *ab elephantis interfectos.*

v. 28.

Αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ, πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν, εἶτα πλήρη σῖτον.

Αὐτόματον vocatur *quod sponte agit*, f. *fit*, ita vt humanam accedere industriam non opus sit. Aelianus *Var. hist.* l. 3. c. 1. Tempe dicit varia continere oblectamenta: οὐκ ἀνθρωπίνης χειρὸς ἔργα, ἀλλὰ φύσεως αὐτόματα, *non hominum manu facta, sed a natura sponte producta.* Maximus Tyrius *Dissert.* 11. p. 113. ἐπεφημίσθη φέρειν ἡ γῆ καρποὺς αὐτομάτους, *terram fructus sponte natos proferre diuulgatum est.* Idem *Diss.* 13. p. 133. ἡ γῆ τοὺς καρποὺς αὐτομάτους φέρουσα, *terra fructus sponte nascentes producens.* Hoc loco igitur: αὐτομάτη ἡ γῆ, *terra sponte agens* dicitur, quoniam semine terrae mandato, illa absque labore humano fruges ad maturitatem perducit.

Πλήρης σῖτος est: *plenum frumentum*, vt vertit Beza. Sed male iudice Hombergio *in parergis.* Hic enim quaerit: *quid est plenum frumentum?* Bezae caussam recte tuetur, sed mentem non satis explicat Cel. Elsnerus. *Plenum* scilicet *frumentum* dici potest, si non prima tantum stamina ipsius grani in spica nata sunt, sed ita illud excreuit, vt totam folliculi, quo continetur, cauitatem expleat, vt adeo *frumentum plenum* idem sit ac: *perfectum*, cui nihil deest. Sic Philo de *migrat. Abrahami* p. 399. χαρίζεται ὁ θεὸς τοῖς ὑπηκόοις ἀτελὲς οὐδὲν, πλήρη δὲ καὶ τέλεια πάντα, *Deus subditis nihil largitur imperfectum, sed plena et perfecta omnia.* Idem de *agricult.* p. 195. Deum dicit, largiri solere rebus omnibus: πλήρη καὶ τέλεια τἀγαθά, *bona plena et perfecta.* Idem *legat. ad Caium* p. 1000. μένει δὲ ἄρ-

τιος

τιος καὶ πλήρης ἡ ἡγεμονία, quod integrum et perfectum maneret imperium. Contra ea: *κενὸς καρπὸς* est: *frumentum imperfectum.* Sic Lucianus *Diss. cum Hesiodo* p. 663. *ὅδὲ ἀμᾷν χλωρὸν ἔτι τὸν ϛάχυν, ἤ κενὸν εὑρεθήσεσθαι τὸν καρπὸν, neque demetendas esse virides adhuc aristas, alioqui fructum inanem inuentum iri.*

v. 36.

Παραλαμβάνουσιν αὐτὸν, ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ.

Mihi placet ea verborum horum explicatio, quam B. Lutherus, Grotius aliique recte defenderunt. Παραλαμβάνειν non tantum significat: *comitem assumere*, sed et *comitem retinere et retentum simul abducere.* Sic Matth. 4,5. *παραλαμβάνει εἰς ἁγίαν πόλιν, comitem retinens deducebat in vrbem sanctam,* et ibid. v. 8. Matth. 26, 27. *παραλαβὼν τὸν Πέτρον, Petrum comitem retinens et secum abducens.* Gen. 22,3. *παρέλαβε μεθ' ἑαυτοῦ δύο παῖδας, socios secum ducebat duos seruos.* Aelianus *Var. hist.* l. 2. c. 18. Παραληφθεὶς ὑπὸ Πλάτωνος εἰς τὸ ἐν Ἀκαδημίᾳ συμπόσιον, *a Platone ad conuiuium academicum abductus.* Plutarchus *in Arato* p. 1029. Παραλαβὼν *τινας ἐκ τῆς παλαίϛρας, τῶν εἰωθότων πίνειν καὶ ῥαθυμεῖν μετ' αὐτοῦ νεανίσκων, adolescentes nonnullos secum potare et feriari solitos ex palaestra secum abducens.* Plura larga manu dabit Elsnerus ad Matth. 4,5. Verba igitur nostra sic interpretor: *Cum Christum iam in naui comitem haberent, quippe in qua sedens populum docuerat* (c.4. v.1.) *illum sicut erat in naui, sine omni alio apparatu aliunde allato, comitem retentum reliqua turba deserta in medium mare abducebant.* Nihil contra hanc interpretationem valent dubia Cel. Elsneri. Dicit 1) dici tum debuisse *παρέλαβον αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον*, non: *ἐν τῷ πλοίῳ.* Resp. Vt ne dicam *εἰς* et *ἐν* saepe adhiberi promiscue: hic sane id non opus est. Nam verba: *ἐν τῷ πλοίῳ,* cum verbo *ἦν* construenda sunt: *Sicut erat in naui*, in qua sc. sedens docuerat. 2) Obiicit: Tum non dici debuisse: *ὡς ἦν, vt erat*, sed *ὡς εἶχεν*, et neminem adhuc demon-

demonſtraſſe, quod ὡς ἦν, pro ὡς εἶχεν a Graecis adhibeatur. Reſp. adhibet Ioſephus *bell. Iud.* l. 1. c. 13. p. 740. *Herodes autem ad veſperam, cum laſſos amicos reficiendi corporis gratia dimiſiſſet,* αὐτὸς ὡς ἦν ἔτι θερμὸς ἐκ τῶν ὅπλων, λουόμενος ᾔει στρατιωτικότερον, *ipſe, vt erat, ab armis adhuc calidus, more militis lauatum ibat.* Et Achilles Tatius l. 3. p. 177. ἐκείμεθα ὡς ἦμεν δεδεμένοι. 3) Dicit: Sic frigide hic addi verba: *vt erat;* Chriſtum enim ſemper eodem modo proficiſci ſolitum eſſe, ſine impedimentis et apparatu regio. Reſp. Solebat tamen Chriſtus in mari iter faciens panes ſecum ſumere, vti ex Matth. 16, 7. 8. probabile ſit, et aliis temporibus illum etiam itineris quendam apparatum quantumuis viliorem comparaſſe, quis dubitet. Hic ergo ὡς ἦν ἐν πλοίῳ, *vt erat in naue*, denotat: illum *vt erat*, ſine omni alio apparatu, et ſine omni alia actione praeeunte, ita vt nec corporis curandi ſ. cibi capiendi gratia in terram deſcenderet, iter aggreſſum eſſe.

Vix quoque puto lectoribus ſe probaturam eſſe novam huius loci interpretationem, quam protulit Cel. Heumannus. Vertit: *aſſumebant illum in nauem maiorem, ita vt eſſet in eadem.* Diſtinguendum eſſe dicit inter πλοιάριον et πλοῖον; Chriſtum fuiſſe antea in *naui minori* πλοιαρίῳ, iam illum translatum eſſe in *nauem maiorem* πλοῖον. Reſp. 1) Diſtinctionem hanc fundamento carere, ipſe aſſerit Cel. Heumannus ad Ioh. 21, 8. ibi enim nauis eadem quae v. 3. et 6. πλοῖον dicta fuerat, v. 8. πλοιάριον vocatur. 2) Πλοῖα iam per ſe erant: *nauigia minora*, vt adeo non mirum ſit ſynonymice adhiberi πλοῖον et πλοιάριον. Sic Thucydides l. 4. p. 115. Athenienſes dicit: πλοίοις καὶ ταῖς ναυσὶ, *in nauibus minoribus et maioribus* Pallenen deuectos eſſe. Vide quoque Ammonium in voce Νῆες. 3) Chriſtus iam antea non in πλοιαρίῳ ſed in πλοίῳ fuiſſe dicitur, c. 4. v. 1. Verba: ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ vertit: *ita vt eſſet in naui.* Voculam ὡς *vt* etiam hoc ſenſu cum indicatiuo iungi poſſe, probare nititur ex verſu 27. et ſimul ex duobus

his

his locis liquere putat, stilum scriptorum sacrorum esse plebeium. Haud crediderim. Particula ὡς pro ἵνα cum indicatiuo vtitur quoque Lucas c. 4, 25. et Homerus Iliad. Π. v. 270, 271. *Viri estote, amici, recordamini autem impetuosae virtutis,* ὡς ἂν Πηλεΐδην τιμήσομεν, ὃς μέγ' ἄριστος, *vt Pelidem honoremus, qui longe fortissimus est.* Et Euripides in *Cyclope* v. 242. vbi Cyclops gladios acui et ligna igni imponi iubet, ὡς σφαγέντες αὐτίκα πλήσωσι νηδὺν, *vt mactati* Vlysses cum sociis *statim ventrem impleant*, vbi tamen et alia lectio habet πλήσωσι. Nec tamen procedere potest interpretatio Viri Cel. Sic enim frigida fuisset verbositas in verbis: *assumserunt eum, vt esset in naui,* pro: *assumserunt eum in nauem*, et ita nihilo minus in textu mira supplenda esset ellipsis. Oblitus sc. esset Marcus dicere, quod discipuli Christo comite in altum prouecti sint.

v. 37.

Καὶ γίνεται λαῖλαψ ἀνέμου μεγάλη· τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλεν εἰς τὸ πλοῖον.

Λαῖλαψ ἀνέμου, est *procella venti*, *procella cum vento coniuncta*, germanice: ein Sturmwind. Sic Homerus *Odyss.* 1. v. 67. 68. Νηυσὶ δ' ἐπῶρσ' ἄνεμον Βορέην νεφεληγερέτα Ζεὺς, Λαίλαπι θεσπεσίῃ, *nauibus autem immisit ventum Boream nubicogus Iupiter, cum procella ingenti.* Vbi Scholia minora λαίλαπι explicant: τῷ μετὰ ἀνέμων ὄμβρῳ. Idem ibid. μ. v. 313. 314. eadem fere habet dicens: Ὦρσεν ἐπὶ ζαῆν ἄνεμον νεφεληγερέτα Ζεὺς, Λαίλαπι θεσπεσίῃ. ibid. v. 400. καὶ τότ' ἔπειτ' ἄνεμος μὲν ἐπαύσατο λαίλαπι θύων, *tum vero ventus quidem cessauit turbine saeuiens.* Idem phrases similes plures adhibet. E. g. *Odyss.* ε. v. 292. ἀέλλας παντοίων ἀνέμων, *omnis generis ventorum procella*, ibid. v. 317. ἀνέμων ἐλθοῦσα θυέλλα, *ventorum veniens procella*, et ibid. κ. v. 54. κακὴ ἀνέμοιο θυέλλη, *mala ventorum procella.*

L Verbum

Verbum ἐπιβάλλειν, alii intransitiue vertunt: *fluctus irruebant in nauem*, alii transitiue vertunt et ad nominatiuum λαῖλαψ referunt: *procella fluctus iniiciebat in nauem*. Mihi prius placet. Nam 1) verbum hoc saepe est: *inuadere*, *irruere*, *adoriri*. Polybius l. 5. c. 13. p. 504. ἐπέβαλον εὐθέως εἰς τὸ θέρμον, *Thermum protinus adorti sunt*. Dionysius Hal. *ant*. l. 6. p. 365. αὐλαῖς ἐπιβαλόντες ἁρπαγῆς ἕνεκεν, *praedae cupidine in villas irruentes*. Ibid. l. 8. p. 495. τοῖς πρώτοις ἐπιβαλοῦσι τοῦ τείχους, *qui muros primi inuaderent*. 2) Si verbum ἐπιβάλλειν transitiue cum λαῖλαψ iungendum esset: dixisset Marcus: ἡ τὰ κύματα ἐπέβαλεν, 3) cum et procella et fluctus seorsum naui molesti fuerint: aptius est vtrumque distincte commemorari, cum praesertim Christus v. 39. seorsum et vento et fluctibus silentium imposuerit. 4) Lucas c. 8, 23. eandem rem, quae hic per ἐπιβάλλειν innuitur, per verbum passiuum συνεπληροῦντο exprimit. Obiicit B. Wolfius etiam, si ἐπιβάλλειν intransitiue sumatur, accusatiuum quendam subaudiri debere. Hinc accusatiuum τὰ κύματα, qui iam adsit, non esse deserendum. Sed eo ipso supponit vir doctiss. τὰ κύματα esse accusatiuum, quod probandum adhuc erat.

CAP. V. v. 4.

Διὰ τὸ αὐτὸν πολλάκις πέδαις καὶ ἁλύσεσι δεδέσθαι.

Ἅλυσις generatim *catenam quamuis*, *ex metallo confectam* denotat. Sic Appianus *bell. ciuil.* l. 4. p. 1018. τήν τε ἅλυσιν ἔῤῥηξε τοῦ λιμένος, *catenam*, *qua portus claudebatur*, *disrupit*. Plutarchus distinguit ἁλύσεις *catenas* καὶ δεσμὰ *vincula* ex qualibet materia confecta, de *vit. aere alieno* p. 829. dicens: Datin et Artaphernem a Dario missos esse: ἐν ταῖς χερσὶν ἁλύσεις ἔχοντας καὶ δεσμὰ κατὰ τῶν αἰχμαλώτων, *catenas et vincula manibus gestantes ad vinciendum captiuos*. Lucianus

nus *ver. hist.* l. 2. p. 763. fabulaturus scribit: *ἀναδησάμενοι τὴν ναῦν ἁλύσει ῥοδίνῃ, post quam nauem rosea catena reuinxissent.* Hinc Marcus v. 3. *ἁλύσεις catenas* manuum pedumque in genere vocat, quas v. 4. in *ἁλύσεις* et *πέδας* distinguit. Quando vero aliquis vel *ἁλύσει* vna vt Act. 28, 10. vel *ἁλύσεσι δύο* vt Act. 12, 6. et 21, 33. vinctus esse dicitur: *ἁλύσεις manicas* s. *catenas manuum* denotant, cum praesertim pedes captiuorum apud veteres *ξύλῳ*, s. *neruo*, *cippo*, plerumque includi solerent, de quo interpretes ad Act. 16, 24. consuli possunt. Hinc conceptis verbis de duabus catenis quibus Petrus vinctus erat Act. 12, 7. dicitur: *ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἁλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν.* Et Iosephus *ant.* l. 19. c. 5. p. 695. Agrippam refert in templo suspendisse: *τήν τε χρυσῆν ἅλυσιν τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ ὑπὸ Γαΐου ἰσόσταθμον τῇ σιδηρᾷ, ᾗ τὰς ἡγεμονίδας χεῖρας ἐδέθη, catenam auream a Caio sibi donatam, parem pondere illi ferreae, quae regias manus vinxerat.* Multo magis per *ἁλύσεις* strictiori sensu: *manicae*, *catenae manuum* intelligendae sunt, si *ταῖς πέδαις compedibus* illae opponuntur, quod hic facit Marcus et Lucas c. 8, 29. Sic Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 362. pauperes Romae ob aes alienum captiuos, prorupisse dicit: *ἁλύσεις ἔχοντες οἱ πλεῖστοι καὶ πέδας, ita vt plurimi manicis pedicisque vincti essent.* Ibid. p. 402. iidem dicuntur: *οἱ μὲν ἁλύσει δεθέντες, οἱ δὲ πέδαις, alii manicis, alii pedicis vincti.*

v. 5.

Κατακόπτων ἑαυτὸν λίθοις.

Verbum *κατακόπτειν*, h. l. est: *percutere*, *contundere*, *vulnerare.* Sic Achilles Tatius l. 5. p. 341. *mox capillis abreptum, atque in terram proiectum, προσπίπτων κατακόπτει με πληγαῖς, assiliens verberibus me contudit.* Arrianus *dissert. Epict.* l. 3. c. 26. p. 366. de gallis gallinaceis inter se certantibus dicit: *οὐ λέγεις κακῶς πράξαι τὸν νικήσαντα καὶ κατακοπέντα, ἀλλὰ τὸν ἀπλῆγα ἡττηθέντα, non dicis male actum esse cum*

victore et vulnerato, sed cum integro et victo. Sensu paulisper diuerso κατακόπτειν est, *penitus contundere et comminuere.* Sic Aelianus *Var. hist.* l. 9. c. 8. de Locrensibus dicit, quod vxoris et filiarum Dionysii, τὰ ὀστᾶ κατέκοψαν ἐν ὄλμοις, *ossa in mortariis contuderint.* Frequens est haec notio apud LXX. interp.

v. 23.

Ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει· ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας, ὅπως σωθῇ· καὶ ζήσεται.

Phrasis ἐσχάτως ἔχειν, est *in extremis esse, morti proximum esse, in extremo mortis periculo versari.* Vocem ἐσχάτως hoc sensu adhibitam in *barbarismis* censet Salmasius, quem vide in *Comment. Walaei* ad h. l. At non solum Graeci aliis phrasibus similibus vtuntur, e. g. Aelianus *Var. hist.* l. 13. c. 27. οἱ μὲν ἀπέθνησκον, οἱ δὲ ἐπιθανατίως εἶχον, *alii moriebantur, alii morti proximi erant.* Arrianus *Differt. Epict.* l. 3. c. 26. p. 370. εἰ ἤδη θανασίμως ἔχουσιν; *vtrum iam in mortis sint periculo?* Sed etiam ipsa vox ἔσχατος loquendi formulas suppeditat *summum mortis discrimen* indicantes. Demosthenes adu. *Cononem* p. 729. *Quod morbus ille*, ἐξ ἧς εἰς τοὔσχατον ἦλθον, *qui me in extremum vitae periculum coniecit, ex plagis, ab illo acceptis, ortus sit.* Lucianus in *abdicato* p. 818. ἐν ἐσχάτοις οὖσαν τὴν γυναῖκα καὶ παμπονήρως ἔχουσαν, *vxorem morti proximam et grauissime aegrotantem.* Iosephus de Ioaso rege Elisaeum moribundum inuisente *ant.* l. 9. c. 9. p. 315. dicit: καταλαβὼν δ' αὐτὸν ἐν ἐσχάτοις ὄντα, κλαίειν ἤρξατο, *quum illum animaduerteret extremum spiritum ducere, flere incepit.* Idem *bell. Iud.* l. 2. c. 7. p. 787. πολλοὺς ἐλεήσαντες ἐν ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς ἀνέλαβον, *multos misericordia ducti extremum spiritum agentes receperunt.* Idem *ant.* l. 17. c. 9. p. 599. voce ὕστατος eodem sensu vtitur, de Herode dicens: καίπερ ἐν τῷ ὑστάτῳ ὤν, *quanquam morti proximus esset.* Vsurpatur quoque aduerbium ἐσχάτως hac de re. Sic Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 274. ἐσχά-

ἐσχάτως διακείμενος, in extremo vitae periculo positus. Ipsam phrasin Marci habes *ibid.* p. 242. *Pherecydem ἐν Δήλῳ νοσεῖν καὶ τελέως ἐσχάτως ἔχειν, in Delo aegrotare et omnino in extremo esse mortis periculo.*

Verba: ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς nullo indigent supplemento, verte: *veniens, impone.* Ἵνα cum coniunctiuo idem valet quod imperatiuus. Sic 1 Tim. 1, 3. ἵνα παραγγείλῃς, *praecipe*, vbi vide dicenda. Hinc: ἵνα ἐπιθῇς idem valet, quod ἐπίθες Matth. 9, 18.

Καὶ ζήσεται recte a verbo σωθῇ interpunctione divellitur. Vertere potes: *et in viuis manebit.* Sic apud Plutarchum *an seni gerenda resp.* p. 786. narrat, cum medici Pompeio aegrotanti turdos edere suasissent, quos tum solus Lucullus habebat, dixisse illum: Οὐκοῦν εἰ μὴ Λεύκολλος ἐτρύφα, Πομπήιος οὐκ ἂν ἔζησε. *Num ergo nisi in luxu viuat Lucullus, Pompeius in viuis manere nequit?* Eadem verba habet idem *in Pompeio* p. 620. Demosthenes adu. *Timocratem* p. 480. de auctore nouae legis apud Locrenses dicit, si vtilis eiusmodi lex videretur: ζῇ ὁ τιθεὶς καὶ ἀπέρχεται, εἰ δὲ μὴ τέθνηκεν ἐπισπασθέντος τοῦ βρόχου, *in vita manet auctor et abit, sin minus constricto laqueo occiditur.* Iosephus de *vita sua* p. 1031. cum rogatu suo tres cruci adfixos cruce detrahi iussisset Titus, duos refert esse mortuos, ὁ δὲ τρίτος ἔζησε, *tertius vero mansit in viuis.* Posses quoque verba: Καὶ ζήσεται vertere: *et conualescet*, vti Ioh. 4, 50. ὁ υἱός σου ζῇ, et ita Iosephus *ant.* l. 8. c. 3. p. 277. *Quod Ieroboamus emortuam dextram εὐξαμένου πάλιν ἐκείνου ζῶσαν ἀπολάβοι, ad illius preces sanam recepisset.*

v. 26.

Καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα.

Μηδὲν ὠφεληθεῖσα est: *quae nihil subleuata erat, nullum plane fructum perceperat.* Ὠφελεῖν, saepe apud medicorum filios occurrens est: *subleuare, opem ferre*

 Hippo

Hippocrates *morb. vulg.* l. 5. *sect.* 7. p. 235. τοῦτον οὐδεὶς ἠδύνατο ὠφελῆσαι, *hunc nemo subleuare poterat.* Ibid. p. 234. ἔπειτα ὠφελήθη, *deinde subleuatus est.* Sic et addito οὐδὲν, ibid. p. 234. *Sumtis omnis generis medicamentis οὐδὲν ὠφελέετο, nihil subleuabatur.* Ibid. p. 236. de muliere capitis doloribus laborante: οὐδεὶς οὐδὲν ἠδύνατο ὠφελῆσαι, *nemo illam vel minimum subleuare poterat.*

Εἰς τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα verte: *in deterius veniens.* Sic Iosephus *bell. Iud.* l. 7. c. 1. p. 942. calamitates Hierosolymorum, προὔκοπτε καθ' ἡμέραν ἐπὶ τὸ χεῖρον, *in peius quotidie procedebant.* Eodem modo ἐλθεῖν apud Euripidem in *Hecuba* v. 380. κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται τῆς εὐγενείας τοὔνομα, *in maius procedit nomen nobilitatis.* Idem in *Iphigen. in Aul.* v. 999. μήτ' εἰς ὄνειδος ἀμαθὲς ἔλθωμεν, *neque in probrum veniamus inconsideratum.* Non multum abeunt haec, ibid. in *Andromache* v. 126. τὸ παρὸν κακὸν εἰς ὅπερ ἥκεις *praesens malum in quod venis*, et in *Iphig. in Aul.* v. 453. εἰς τὰς μεγίστας συμφορὰς ἀφιγμένος, *in maximas calamitates delapsus.*

v. 38.

Κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά.

Non adeo rarum est, nec a LXX. interp. temere adhibitum ἀλαλάζειν pro, *eiulare, vlulare.* Sic Appianus *bell. Pun.* p. 92. *Vt vero audiuerunt ne legationem quidem sibi permitti*, ἠλάλαζον ἐξαίσιον ὀδυρόμενοι, *vltra modum lugentes vlulabant.* Occurrit quoque hoc sensu apud Euripidem *in Bacchis* v. 1131. Sic quoque ἀλαλαγμὸς est, *vlulatus, eiulatus* apud Plutarchum *consol. ad vxorem* p. 610. ταῖς μετὰ ὀλοφυρμῶν καὶ ἀλαλαγμῶν ἔξωθεν ἐπιοῦσαις, *iis, quae extrinsecus cum eiulatu et vlulatu accurrebant.* Idem de *gloria Athen.* p. 346. τῶν δὲ Μαντινέων ἔκπληξις ἦν, καὶ ἀλαλαγμὸς καὶ διαδρομὴ, *Mantinenses consternati erant, vlulabant, discurrebant.* Vide Elsnerum ad h. l.

CAP.

CAP. VI. v. 21.

Δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιςᾶσιν αὐτῦ.

Per *μεγιςᾶνες*, *magnates*, *primates* h. l. ii imperii proceres intelliguntur, quorum in regendis Herodis ditionibus aliquae partes erant, et qui vel in aula vel extra aulam amplioribus dignitatibus admoti erant. Diſtinguuntur enim illi h. l. a praefectis militum et τοῖς πρώτοις illis ſc. proceribus, qui nulla forte munia, ſubibant. Eodem ſenſu *μεγιςᾶνες* Ion. 3, 7. ii dicuntur, qui vna cum rege Nineuitarum ieiunia indicebant. Et Dan. 6, 17. ii ſunt *μεγιςᾶνες*, qui vna cum rege Dario Medo annulis ſuis ſpeluncam leonum obſignabant. Quod etiam principum e ſtirpe Herodis magni ſatorum, purpurati ſupremi, *μεγιςᾶνες* vocati ſint, docet Ioſephus in *vita ſua* p. 1007, dicens: *Circa tempus iſtud venerunt ad me* δύο μεγιςᾶνες τῶν ὑπὸ τὴν ἐξȣσίαν τȣ̃ βασιλέως, ἐκ τῆς τῶν τραχωνιτῶν χώρας, *duo magnates regis* (Agrippae ſc.) *ſubditi ex Trachonitide.* Ibid. p. 1010. eosdem βασιλικȣ̀ς μεγιςᾶνας, *magnates regios* vocat.

v. 26.

Οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι.

Varias voci ἀθετῆσαι ſignificationes hic tribuunt interpretes, quae vel ad rem non ſatis quadrant, vel non ſatis probantur. Sic verſionem: *noluit ei repulſam dare*, quae Eraſmi Schmidii et aliorum eſt, Er. Schmidius nonniſi ex hoc loco probauit. Ego verto: *Noluit fidem illi datam fallere*, *ſ. periurus contra illam eſſe*, *illi mentiri*, vt idem ſit ac πίςιν ἀθετεῖν, ſiue τὴν δοθεῖσαν πίςιν ἀθετεῖν, quae phraſes apud Diodorum Siculum *excerpt. Valeſ.* p. 262. et 342. occurrunt. Polybius l. 9. c. 30. p. 792. πῶς δὲ τȣ́τȣς ἀθετεῖν εὐλαβεῖσθε, *Cur vero his mutare fidem veremini?* Interpretes Alexand. voce ἀθετεῖν vtuntur, varia verba hebraeorum transferentes, idque cum accuſatiuo perſonae vel nude vel cum praepoſ. εἰς. Sic pro מעל Dan. 9, 7. ἐν ἀθετήσει

τήσει αὐτῶν ἢ ἠθέτησάν σε, *qua praeuaricati sunt, s. perfide egerunt contra te*, pro פשעו Ies. 1, 2. αὐτοί με ἠθέτησαν, *contra me perfide egerunt*. 1 Reg. 12, 19. ἠθέτησεν εἰς τὸν οἶκον Δαυίδ, pro בגד Ies. 33, 1. ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς οὐκ ἀθετεῖ, *qui contra vos perfidus est* (s. vos fallit, decipit) *non est perfidus*. Ier. 5, 11. ἠθέτησεν εἰς ἐμὲ, pro שקר Ies. 63, 8. οὐ μὴ ἀθετήσωσι, *non mentientur*, imo quod huc inprimis spectat occurrit quoque de iureiurando, e. g. Psalm. 14, 4. ὁ ὀμνύων τῷ πλησίον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀθετῶν, *qui iurat proximo suo et datam non temerat fidem*, et cum accus. personae Psalm. 131, 11. ὤμοσε κύριος τῷ Δαυὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτὸν, *iurauit Dominus Dauidi veritatem et non erit periurus contra illum*. Apud Heliodorum Aethiop. l. 7. c. 26. Achaemenes, ἀδικούμενος, καὶ εἰς ὅρκους ἀθετούμενος *iniuria adfectus et iureiurando fraudatus vocatur*. At ne quid dissimulem, vnicum tandem reperi locum Iosephi, obscuriorem tamen, in quo ἀθετεῖν idem esse videtur, ac *repulsam dare*. Refert ille *ant.* l. 15. c. 2. p. 512. suasisse Gellium Alexandrae, vt pictas liberorum Aristobuli et Mariamnes effigies ad Antonium mitteret, θεασαμένου γὰρ οὐδενὸς ἀθετήσειν ὧν ἀξιοῖ, *his enim visis nullius rei quam postularet, repulsam esse daturum*.

v. 35.

Καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης.

Verte cum Beza: *cum autem multus iam dies esset*, s. *cum magna iam diei pars praeterisset*. Vtuntur graeci phrasibus, ὥρα πολλὴ, *dies multus*, et νὺξ πολλὴ *nox multa* promiscue, vel pro tempore diei noctisue iam praeterlapso, vel adhuc instante, et vtrum horum intelligendum sit, ex adiectis particulis, ἔτι, ἤδη, ἄχρι, aliisve signis diiudicandum est. Sic de nocte Dionysius Hal. *ant.* l. 7. p. 426. ἄχρὶ πολλῆς νυκτὸς αἰκιζόμενοί τε καὶ στρεβλοῦντες, *postquam ad multam noctem illum verberassent, et excruciassent*. Sic Tacitus *annal.* l. 2. c. 65. *tracta in multam noctem laetitia*. Contra ea vero Dionysius

ant.

ant. l. 5. p. 282. ἐξελθὼν πολλῆς ἔτι νυκτὸς ὄσης, *egressus cum multum adhuc noctis superesset.* Ibid. l. 6. p. 354. πολλῆς ἔτι νυκτὸς ὄσης ἀναστήσαντες τὴν στρατιάν. De magna vero diei parte iam praeterlapsa ibid. l. 2. p. 117. καὶ διέμενον ἄχρι πολλῆς ὥρας ἐκθύμως ἀγωνιζόμενοι, ἕως ἡ νὺξ ἐπιλαβοῦσα διέκρινεν αὐτοὺς, *ad multum vsque diem magna contentione pugnarunt, donec nox superueniens illos dirimeret.* Sic Cicero *ad Atticum* l. 13. *epist.* 9. *Multus sermo ad multum diem.* Demosthenes *contra Ctesiph.* p. 291. pro eo dicit: ἤδη δὲ πόῤῥω τῆς ἡμέρας ὄσης, et Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 614. *Certatum est acriter*, ἐπὶ πολὺ μέρος τῆς ἡμέρας, *ad multum vsque diem.*

CAP. VII. v. 2.

Κοιναῖς χερσὶ τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις ἐσθίοντας.

Verba priora verte potius: *manibus profanis*, quam *pollutis.* Iudaei enim manus quantumuis *purae* essent, tamen pro κοιναῖς *profanis* habebant, antequam lauarentur. Si vero malis vertere: *manibus pollutis;* pollutio intelligenda erit non physica, sed legalis. Iudaei, id quod suis legibus, moribus et institutis conforme iisque peculiare erat, siue quod peculiari vsui destinatum erat, *sanctum* vocabant, huic opponebant חול *profanum*, κοινὸν, quidquid *communibus* aliorum hominum moribus conueniebat, siue vsus erat promiscui. Κοινὸν pro, *profano in hebraismis* ponunt. Praeter locum Luciani aliis iam commemoratum et dubium, non habeo auctorem, quo graecitatem vocis defendam, praeter Iosephum. Dicit is *ant.* l. 13. c. 1. p. 427. Bacchidem conuocasse, τῶν ἰουδαίων τοὺς ἀποστάντας τῆς πατρίου συνηθείας καὶ τὸν κοινὸν βίον προῃρημένους, *illos ex Iudaeis, qui a patria religione desciuerant, et vitam illi profanam praetulerant.* Idem *ant.* l. 3. c. 9. p. 86. comparatiue loquens de sancto in tabernaculo Mosis dicit, patuisse illud omnibus sacerdotibus, ὥσπερ βέβηλόν τινα καὶ κοινὸν τόπον, *vt locum quen-*

dam profanum et communem. Idem *ant.* l. 11. c. 8. p. 386. ad Samaritanos transfugisse Iudaeos, qui κοινοφαγίας, *comestionis ciborum communium* s. *profanorum* fuerint accusati.

v. 3.

Κρατȣ̃ντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων.

Vtrum verbum κρατεῖν h. l. inter *latinismos* sit referendum, multum post alios disputatum est, inter eruditos Viros Cel. Georgium et Dresigium, de quo vide prioris *Hierocrit.* part. 2. inprimis p. 64. Hac in caussa mihi quidem vicisse videtur Cel. Georgius. Vertere potes etiam Marci verba: *memores traditionis seniorum.* Κρατεῖν enim est, *rem firmiter tenere, semper illius memorem esse*, et τῷ ἀποῤῥίπτειν s. ῥίπτειν *abiicere, negligere* Matth. 9, 36. opponitur. Legis vero s. doctrinae practicae semper memorem esse, idem saepe est ac *obseruare illam*, tropo pluribus linguis communi. Vide e. g. Psalm. 103, 18. Arrianus *Dissert. epict.* l. 1. c. 25. p. 147. dicit: si fumus in cubiculo excitatus sit, τȣ́τȣ δεῖ μεμνῆσθαι καὶ κρατεῖν, ὅτι ἡ θύρα ἤνοικται, *hoc meminisse et tenere oportet, quod aperta sit ianua.* Dicere vult: *hominem huic rei quod sciat, apertam esse ianuam conuenienter agere adeoque cubiculo exire debere.* Propius accedunt haec ex *testamento* 12. *patriarcharum* p. 665. *Tacentes in munditia cordis poteritis* τὸ θέλημα τȣ̃ θεȣ̃ κρατεῖν, καὶ ἀποῤῥίπτειν τὸ θέλημα τȣ̃ διαβόλȣ, *Dei voluntatem tenere et abiicere voluntatem Diaboli.*

v. 4.

Καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς - - - ȣ̉κ ἐσθίȣσι.

Phrasis haec elliptica non ab omnibus intellecta, variantem peperit lectionem. Loquuntur tamen sic quoque profani. Sic Aristoteles *problem.* sect. 5. p. 870. διὰ τί τοῖς ἐκ τῶν γυμνασίων καὶ φαρμακοποσίων ȣ̉κ εὐθὺς προσφέρȣσι τροφὴν, *cur iis, qui ab exercitationibus aut potu medicamentorum veniunt, non statim cibum adferunt?*

Et

Et Paulo post: διὰ τι ἐκ τῶν γυμνασίων ȣ̓ πίνȣσιν εὐθύς. Aristophanes in *Concionatr.* p. 745. προσπίπτȣσαι τοῖς ἀπὸ δείπνȣ, *ad genua cadentes iis, qui coenarunt.* Plutarchus *apophth. Lac.* p. 232. ἀπὸ δείπνȣ ἐμεσάντων, *cum a coena vomuissent.* Idem in *Lucullo* p. 497. εὐθὺς ἀπὸ δείπνȣ, *statim a coena.* Dio Cassius *excerpt. Vales* p.694. τὸν γυμνικὸν ἀγῶνα ἀπ' ἀρίςȣ θεαρῶν, *certamen gymnicum a prandio spectans.* Act. 16, 33. αὐτȣ̀ς ἔλȣσεν ἀπὸ πληγῶν, *lauit illos post plagas acceptas*, vbi vide dicenda.

Subauditur vero in hac locutione participium ὄντες. Sic enim plene Achilles Tatius, l. 1. p. 19. ὡς ἦμεν ἀπὸ τȣ̃ δείπνȣ, *finita coena.* Aelianus *var. hist.* l. 12. c. 1. ἔτυχε μὲν ἀπὸ δείπνȣ ὤν. Aeneas in *Poliorc.* c. 26. p. 1689. ἀπὸ δείπνȣ ὄντες. Vel etiam subintelligi potest γενόμενοι. Sic enim plene Polybius l. 1. c. 7. p. 10. ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τȣ́των, (sc. πολέμων) ἐγένοντο, *postquam ab his* (sc. bellis) *liberi essent.* Alii supplent ἐλθόντες, sed eodem hoc redit. Latet eadem notio in verbo γίνεσθαι ἀπὸ τινὸς, quod tamen plura inuoluit. Vide dicenda ad Luc. 24, 31.

v. 24.

Ἀπῆλθεν εἰς τὰ μεθόρια Τύρȣ καὶ Σιδῶνος.

Verto: *abiit in regionem inter Tyrum et Sidonem interiectam.* Nam quid sit: *in fines duarum vrbium simul sumtarum venire, quae tamen interuallo quodam inuicem distant*, obscurius est. Matthaeus quoque dicit c. 15. 21. Εἰς τὰ μέρη Τύρȣ καὶ Σιδῶνος, *in regiones siue regionem Tyri et Sidonis.* Cumque *εἰς* apud Matthaeum et Marcum diuerso sensu capi haud possit: multo minus *intra fines duarum vrbium* vno tempore aliquis venisse dici potest. Ὁ, Μεθόριος, ἡ, ιο τὸ μεθόριον adiectiuum est, quod aliquid interpositum, interiacens notat, et tam de *tempore*, quam de *loco* vsurpatur. Sic locus, qui Romae erat, *inter duos lucos* situs a Dionysio Hal. *ant.* l. 2. p. 88. μεθόριον δυοῖν δρυμοῖν vocatur. Thucyd. l. 2. p. 40. Thyreatidem dicit μεθορίαν *interiectam* esse Argolidem inter et Laconicam, vbi Scholiastes p. 34. μεθορίαν per μέσην exponit. Philo *legat. ad*

Caium

Caium p. 1013. τὰ μεθόρια χωρία καὶ πελάγη, *regiones et maria interiacentia.* Idem *vit. Mosis* p. 630. columnam nubis in deserto fuisse dicit μεθόριον τῶν διωκόντων καὶ τῶν διωκομένων, *intermediam inter persequentes et fugientes.* Vide eund. *de opif. mundi* p. 31. Maximus Tyrius Diss. 27. p. 269. asserit habere Deum immortales quasdam potentias, quae hominibus potentiores, ἐν μεθορίῳ γῆς καὶ ὀυρανοῦ τεταγμένοι, *in loco inter coelum et terram medio collocatae sint.* Has Plutarchus de *orac. def.* p. 416. φύσεις ὥσπερ ἐν μεθορίῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων vocat. Idem *praecept. coniug.* p. 133. medicos dicit suadere: τοῦ δείπνου καὶ τοῦ ὕπνου λαμβάνειν μεθόριον, *facere aliquod coenam inter et somnum interuallum.*

In verbis: εἰς τὰ μεθόρια supple vel μέρη, ex Matthaeo, vel χωρία, ex loco Philonis iam producto. Hanc meam explicationem, in quam iam Erasmus, et post hunc forte nemo deuenit, frustra oppugnat Beza eo argumento, quod pro μεθορία v. 31. vox ὅρια adhibeatur, quae *fines* denotet. Ibi enim iidem redeunt scrupuli. Ὅρια sc. ibidem non *fines* Tyri et Sidonis, sed *regionem* Tyrum inter et Sidonem denotat, quo sensu vox haec Matth. 15, 22. et 39. legitur, et passim apud interpr. Alexand. vocem hebraicam גבול exprimentes. E. g. Exod. 8, 2. ἐγὼ τύπτω πάντα τὰ ὅριά σου βατράχοις.

v. 33.

Καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ᾽ ἰδίαν.

Varians lectio, quam codices quidam habent: ἐπιλαβόμενος ponentes, etiam ex hoc capite locum habere nequit, quoniam insolens est locutio, ἐπιλαβέσθαι τινὰ ἀπὸ τοῦ ὄχλου. Sed eadem opus non est. Elegans est loquendi formula ἀπολαβέσθαι τινὰ κατ᾽ ἰδίαν, *seorsum aliquem abducere.* Sic Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 10. p. 784. ἀπολαβόμενος δὲ αὐτὸν κατ᾽ ἰδίαν, *seorsum vero illum*

illum abducens, vitam ei dixit a Caesare praemium fore, si tantae fraudis prodidisset auctorem. Idem *ant.* l. 17. c. 14. p. 613. eandem rem paulo aliter describens dicit: Καῖσαρ καταμόνας ἀπολαβὼν τὸ μειράκιον, *Caesar adolescentem seorsum ducens.* Dionysius Hal. *excerpt. legat.* p. 745. *Haec cum in trium legatorum praesentia dixisset,* ἰδίᾳ δὲ τὸν Φαβρίκιον ἀπολαβὼν, *Fabricio seorsum abducto, dixit,* cet. Themistius *orat.* 26. *quomodo dicend. philos.* p. 322. εἰ μὲν ἀπολαβὼν τῶν πλουσίων etc. καὶ ἀποστησάμενος ἐν γωνίᾳ, *si vnum ex diuitibus abducens,* etc. *et in angulo illum seorsum collocans.* Stobaeus *serm.* II. p. 134. ex Caio: τότ' οὖν ἀπολαβὼν ἤδη θεράπαιναν, *tunc ancillam seorsum ducens, quomodo se res vxoris haberent, interrogabat.*

CAP. VIII. v. 4.

Πόθεν τούτους δυνήσεταί τις ὧδε χορτάσαι.

Sensus est: *Vnde* siue ex quonam penu *hos poterit hic aliquis saturare.* Eleganter nempe Graeci de cibis loquentes aduerbio πόθεν aliisue adu. *de loco* vtuntur. Sic Arrianus *Dissert. Epict.* l. 1. c. 9. p. 109. *Cum hodie pasti fueritis, sedetis plorantes ob diem crastinum,* πόθεν φάγητε, *vnde cibum petituri sitis.* Conf. Idem l. 3. c. 3. p. 270. quem locum notauit Raphelius *annot. Polyb.* Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 644. *Ergo hoc anno mihi agellus non feretur,* καὶ κινδυνεύσομεν οὐχ ἕξειν πόθεν διατραφῶμεν, *et periclitabimur, vt non habeamus, vnde victum petamus.* Xenophon *exped. Cyri* l. 2. p. 194. *Deinde commeatus nobis dabit nemo,* οὐδὲ ὁπόθεν ἐπισιτιούμεθα *et ne quidem vnde victum petamus.* Lucianus in *Toxari* p. 104. *Aiebat, se excogitaturum esse,* ὅθεν ἕξομεν ἱκανὰς τὰς τροφὰς, *vnde nobis victus suppeteret.*

CAP.

CAP. IX. v. 8.

Καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενος.

De voce ἐξάπινα Heupelius ad h. l. dicit: *Aduerbium hoc in thesauro Stephani non exstat. Idem est, quod poeticum ἐξαπίνης, quod communiter in oratione soluta dicitur ἐξαίφνης, subito, repente.* Addam igitur vocis ἐξάπινα, quae adeo rara est, aliquot exempla. Iamblichus in *protrept.* c. 20. p. 125. μὴ ἐμφόβους ἐξάπινα καθίστασθαι, *non ex improuiso timori obnoxios reddi.* In *Psalterio Salomonis* Psalm. I. p. 917. ἐξάπινα ἠκέσθη κραυγή. Occurrit et vocula aliquoties in versione LXX. interp. Fallitur insuper doctiss. Heupelius vocem ἐξαπίνης poeticam vocans. Vtuntur illa e. g. Demosthenes in *Neaeram* p. 531. ἐξαπίνης αὐτῶν τὴν πόλιν κατειλημμένην. Xenophon in *hipparch.* p. 621. ἐξαπίνης δὲ παραφαινόμενοι. Iosephus *bell. Iud.* l. 5. c. 34. p. 897. εὐθέως ἐγίνοντο πολεμισταί, ibid. l. 6. c. 11. p. 910. ἐφάνησαν ἐξαπίνης ὁπλῖται, Conf. ibid. l. 7. c. 1. p. 942. et c. 2. p. 943. Plutarchus in *Lucullo* p. 493. ἐξαπίνης κατασπάσας τὰς ναῦς, idem in *Coriol.* p. 229.

Περιβλεψάμενοι est, *attente circumspicientes.* Sic Polybius l. 9. c. 16. p. 773. Καὶ στὰς ἐπὶ τὸν αὐτὸν τάφον περιεβλέπετο τὸν ποιμένα, *eidem tumulo insistens, pastorem, oculos huc illuc circumferens quaerebat.*

v. 12.

Καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ.

Particulam πῶς, *quemadmodum* vertere non audeo. Praecipue hanc translationem defendit Hombergius in *parergis sacris* p. 96. Inane esse iudicat, quod dicant: πῶς non nisi interrogatiue adhiberi posse. Concedo id quidem; sed inde non sequitur, comparatiue voculam hanc verti posse. Alieni sunt omnes, quibus ille se tuetur loci, quos ex illo quoque mutuatus est Wolfius in *Curis* ad h. l. Marc. 5, 16. c. 11, 18. c. 14, 11. Luc. 12, 27. c. 14, 7. c. 22, 2. et 4. In his locis omnibus πῶς est interrogatiuum

vum non interrogans, vbi latine coniunctiuus sequitur. Hic vero de eo quaeritur: vtrum πῶς in sensu comparatiuo pro ὡς vel καθὼς poni, siue periodum comparatiuam inchoare possit, cuius significatus exempla nusquam inueni. Quum vero vocem πῶς interrogatiue vertere sensum reddat impeditiorem: duplex mihi se ostendit via, locum hunc suis liberandi difficultatibus. Codex Alexandrinus aliique non pauci, quos vide in edit. Millii pro: καὶ πῶς legunt καθώς. Syrus quoque interpres habet: איכנא, *quemadmodum.* Si igitur hanc veram esse lectionem admittas: vertere potes: *Quemadmodum et de filio hominis scriptum est, multa illum pati debere.* Si vero lectioni καὶ πῶς vt magis receptae inhaerere velimus: hanc verto: *certo modo, determinato quodam modo.* Sic Aristophanes in *Pluto* v. 261. p. 26. *Moderatum hominem hucusque numquam inuenisti* ἐγὼ δὲ τοῦτο τοῦ τρόπου πῶς εἰμὶ ἀεὶ *mei vero suo modo, tales sunt mores.* Plutarchus in *Antonio* p. 928. hoc sophisma a Philota quodam propositum esse testatur: τῷ πῶς πυρέττοντι δοτέον ψυχρὸν, πᾶς δὲ ὁ πυρέττων πῶς πυρέττει, *Certo quodam modo febricitanti danda est frigida, quiuis vero febricitans certo modo febricitat, E. Cuivis danda est frigida.* Hic in maiori πῶς πυρέττειν est peculiari quadam et determinata febrium specie laborare. Verto igitur verba nostra: *Elias quidem primo veniens omnia restituere debet, quin etiam suo modo* (i. e. modo determinato) *de filio hominis scriptum est, multa illum pati et ludibrio esse deberi.* Innuere igitur voce πῶς Christus vult, passiones suas *determinate* et satis *distincte* in libris V. T. esse descriptas, quod inprimis Psalm. 22. et Ies. 53. factum videmus. Non debere igitur discipulos aduentum Eliae et passiones Christi sibi inuicem opponere, cum praesertim et frequentiora adsint et distinctiora de Christo vaticinia, quam de praecursore eius; cumque vaticinia de Elia per aduentum Iohannis iam sint impleta: iam vaticiniorum de Christo instare complementum.

Ἐπὶ

Ἐπὶ τὸν υἱὸν τȣ̃ ἀνθρώπȣ est, *de filio hominis.* Ἐπὶ praeter locos Hebr. 7, 13. et 1 Tim. 1, 18. hoc sensu occurrit apud LXX. int. Ezech. 13, 16. *οἱ προφητεύοντες ἐπὶ ἱερȣσαλὴμ, vaticinantes de Hierosolymis,* 1 Reg. 16, 12. *ὁ ἐλάλησεν ἐπὶ τὸν οἶκον Βαασὰ, quod locutus est de domo Baesae.*

Ἵνα πολλὰ πάθῃ est: *multa illum pati debere, multa ei esse perpetienda.* Ἵνα cum coniunct. saepe rem indicat, quae fieri debet. Iisdem fere verbis Arrianus *Diss. epict.* l. 1. c. 29. p. 159. *Σωκράτης ȣ̃ν ἵνα πάθῃ ταῦτα ὑπ' Ἀθηναίων; num igitur Socrates haec pati debuit ab Atheniensibus?* Eph. 5, 33. *ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα, reuereri debet virum.* 1 Ioh. 2, 19. *ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσιν, et manifestari debebant.* Vocem ἀλλὰ vers. seq. verte: *itaque, igitur,* vti Act. 10, 20.

v. 28.

Ὅτι ὑμεῖς ȣ̓κ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό;

Vocula ὅτι, h. l. vt et v. 11. pro διὰ τί, *cur* ponitur, quod ad v. 11. *hebraismis* annumerat Grotius. Sed est hic vocis vsus satis Graecus. Plutarchus *sympos.* l. 9. *qu.* 14. p. 744. *ὅτι δὲ ἐννέα καὶ ȣ̓κ ἐλάττȣς ȣ̓δὲ πλείȣς, ἆρα ἡμῖν φράσειας, cur vero nouem et neque pauciores neque plures sint* (Musae) *nobis velim explices.* Sic saepe Iosephus e. g. *ant.* l. 7. c. 7. p. 225. *Interrogabat illum rex: ὅτι μὴ πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν οἰκίαν ἔλθοι, cur non ad semet in domum suam abiret?* Ibid. l. 8. c. 7. p. 289. *Isabele vxore eius percontante, ὅτι λυπεῖται, cur tristis esset, et neque lauaretur, neque prandium aut coenam caperet?* Ibid. l. 12. c. 4. p. 406. *Rege Hyrcanum rogante, ὅτι τοσαῦτα αὐτῷ παράκειται ὀστᾶ; Cur tot apud illum ossa iacerent?* Ibid. l. 6. c. 14. p. 194. et l. 7. c. 10. p. 236. Alias Graeci pro *Cur*, eleganter dicunt: ὅτι τί; Sic Demosthenes cont. *Aristocr.* p. 459. *Num et hoc illi adiicietis? ὅτι τί; quam ob caussam?* Lucianus in *Cataplo* p. 439. *Atqui me primas occupare par est.* Resp. Clotho: *ὅτι τί; quam ob caussam?* conf. ibid. *contemplant.* p. 327.

v. 36.

v. 36.

Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ, εἶπεν αὐτοῖς.

Verbum ἐναγκαλίζεσθαι generatim eſt: *circumdare, vlnis amplecti*, ſpeciatim, ſi de infantibus ſermo eſt: *in vlnas ſuſcipere.* Plutarchus de *amore frat.* p. 492. In ſacris Matutae οὐ τοὺς ἑαυτῶν παῖδας ἀλλὰ τοὺς τῶν ἀδελφῶν ἐναγκαλίζονται καὶ τιμῶσιν, *non ſuos, ſed fratrum liberos vlnis amplectuntur et honorant.* Translate Heraclides Ponticus *allegor. Hom.* p. 461. dicit: ἐναγκαλίζεται ἐν κύκλῳ περιέχων ὁ αἰθὴρ, *veluti vlnis complectitur circumfuſus aether ſubſtratum illi aërem.* Ibid. p. 462. νέφη, *nubes* poſt hyemen dicit eſſe ἐναγκαλιζόμενα *circumdatas veluti vlnis* a radiis ſolaribus. In libro Maccabaeorum in operibus Ioſephi obuio c. 13. p. 1097. ſeptem fratres ſe adhortantes inducuntur, quod eadem ſuxiſſent vbera, ἀφ᾽ ὧν συντρέφονται ἐναγκαλισμάτων φιλάδελφοι ψυχαὶ, *iis amplexibus, quibus animi fratrum amantes ſimul nutriri ſolerent.* Apud Plutarchum de *fortuna Alex.* or. 1. p. 335. artifex ſic ad imaginem hominis montem Atho conformare volebat, vt altera manu eſſet ἐναγκαλιζόμενος καὶ φέρων *amplectens et geſtans* vrbem decies mille ciuium capacem. In verbo ſimplici aliisque compoſitis notio: *vlnis amplecti* plerumque obtinet. Simonides apud Stobaeum *ſerm.* 71. p. 434. infelicem vocat maritum, ὅστις κακὸν τοιοῦτον ἀγκαλίζεται, *qui tale malum* (malam ſc. vxorem) *amplectitur.* Euripides in *Cyclope* v. 496. beatum praedicat eum, qui in conuiuio accumbat, φίλον ἄνδρ᾽ ὑπαγκαλίζων, *hominem amicum vlnis complectens.* Ibid. in *Heraclidis* v. 42. de Alcmene dicitur, quod illa neptes ſuas, quae v. 43. νεαὶ παρθένοι, *virgines iuniores* vocantur, in templo ἀπηγκαλισμένη σώζει, *vlnis complectens conſervet.* In noſtro loco Chriſtus puerum non tam in *vlnas ſuſcepit*, quam potius *amanter amplexatus* eſt. Puer enim, quum Chriſtus illum in medio diſcipulorum conſtituerit, iam adultior fuiſſe videtur. Praeterea Matthaeus c. 18, 2. et Lucas c. 9, 47. Chriſtum, puero *in medio*

ſtante, non vero illo *in vlnas ſuſcepto*, cum diſcipulis locutum eſſe tradunt; vt adeo noſtra verba vertenda ſint: *poſtquam illum* (ſtantem ſc.) tenerrime *amplexus eſſet*, *dixit ad illos*. Cauſſa vero, quod puerum hic amplecteretur, non erat alia, niſi vt inſignem ſuum amorem erga eundem, eiusque inprimis innocentiam et animum a faſtu alienum, diſcipulis oſtenderet, eisque imitandum virtutum harum exemplum proponeret. *Amplexus* enim ſignum amoris fuiſſe, non ſolum ex teſtimoniis iam productis adunde patet, ſed et ex hoc Heraclidis Pontici *Alleg. Hom.* p. 408. vbi miratur, cur ſuperſtitioſa hominum vita, ὅτω τὴν ὁμηρικὴν ἀσέβειαν ἐνηγκάλισαι φιλοςόργως, *Homericam impietatem tanto cum adfectu amplectatur.*

CAP. X. v. 1.

Καὶ ἐκεῖθεν ἀναςὰς ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰȣδαίας.

Quum verba: ἐκεῖθεν ἀναςὰς Matth. 19, 1. per haec: μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας explicentur: dubitari nequit, vertenda haec eſſe: *Et inde diſcedens*. Occurrit vox ἀνίςημι eodem ſenſu Marc. 7, 24. et ad vtrumque locum ex *hebraiſmo* hoc fieri dicit Beza, cum apud hebraeos *ſedere* idem valeat quod *habitare* et *manere* in aliquo loco; et *ſurgere* idem quod *abire* ſiue *dare* ſe in viam. At ἀνίςημι, ſaepe quoque Graecis eſt: *diſcedo*, *abeo*. Demoſthenes de *Cherſonneſo* p. 43. ȣ̓κ ἀναςάντες ἤδη πορεύσεσθε εἰς τὸν Πειραιᾶ; *nonne diſcedentes iam ad Pyraeum abibitis?* Euripides in *Heraclid.* v. 59. ἀνίςασθαι σε χρὴ εἰς Ἄργος, *oportet te Argos diſcedere.* Thucydides l. 6. p. 146. οἱ δ᾽ ἄλλοι ἐκ τῆς Θάψȣ ἀναςάντες, *ceteri Thapſo diſcedentes.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 1. p. 24. de claſſe graecorum dicit, quod in Italiam appulerit, ἐκ Παλαντίȣ πόλεως Ἀρκαδικῆς ἀναςὰς, *a Palantia vrbe Arcadica prouecta.* Ibid. p. 51. ἐκ δὲ τῆς Θρᾴκης ἀναςάντες ἔαρος ἀρχομένȣ, *ex Thracia vero primo vere profecti.* Plutarchus in *apophth. lacon.* p. 218. εἶδεν ἐκ τȣ̃ περὶ

περὶ τὸ τεῖχος τόπε λαγωὺς ἀναςάντας, *e loco muris vicino exire lepores vidit.* Idem *reip. ger. praec.* p. 799. ἀναςάντος ἐκ τῦ θεάτρε. Maximus Tyrius *Dissert.* 3. p. 27. ἀναςάντες ἐκ τῦ ἄςεος, Arrianus *dissert. Epict.* l. 4. c. 6. p. 398. ὁ μὲν ἐξ οἴκε ἀναςάς. Iosephus *bell. Iud.* l. 5. c. 33. p. 896. ὑεσπασιανὸς ἀναςὰς ἐκ τῆς Καισαρείας. Libanius *epist.* 1136. p. 541. *cum morbo, quem simulantes,* ἀνέςημεν ἐκεῖθεν, *inde discessimus, hic conflictamur.*

v. 21.

Ὁ δὲ Ἰησῦς ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτόν.

Quum vulgaris notio verbi ἀγαπᾶν huic loco non satis apta esse videatur: varia tentarunt alii. Dicam quod mihi videtur. Verto verba: *Iesus attente illum adspiciens delectabatur illo.* Verba *videndi* saepe intuitum cum animi quodam adfectu coniunctum indicant, vt in illo Matth. 5, 28. ὁ βλέπων γυναῖκα. Inprimis ἐμβλέπειν eiusmodi *adspectum attentiorem* adfectus animi testem indicat. Sic Christus Luc. 22, 61. ἐνέβλεψε τῷ Πέτρῳ, displicentiam simul et misericordiam prodente vultu. Sic h. l. Christus iuuenem diuitem attente adspiciens, eius se oblectabat intuitu. Placebat ipsi in iuuene concepta ipsius de se vt vero doctore opinio? placebat ipsi animus de salute aeterna obtinenda solicitus, nec displicere poterat praestita ab ipso externa in corticibus haerens legis diuinae obseruantia. Adspiciebat igitur illum cum voluptate quadam, et studio, vt illum ex animo pium redderet et suum. Ἀγαπᾶν, *oblectari, voluptatem percipere* frequens hoc sensu est profanis. Iosephus *ant.* l. 12. c. 4. p. 402. τὸ γὰρ ἐλευθέριον αὐτῦ καὶ τὸ σεμνὸν τῦ ἤθες λίαν ἠγάπησε, *vehementer enim se oblectabat, liberalibus et honestis iuuenis moribus.* Ibid. l. 14. c. 17. p. 483, σφόδρα δ' αὐτῦ τὸ ἔργον τῦτο ἠγάπησαν οἱ Σύροι, *valde autem hoc factum illius Syris placebat.* Ibid. p. 485. τήν τε ἀνδρείαν ἡμῶν καὶ τὴν πίςιν ἀγαπήσαντες, *fortitudine nostra et fide se oblectantes.* Arrianus *reb. ind.*

p. 549. ὅτω δὴ ἀγαπῆσαί τε Ἀλέξανδρον τοῦ Νεάρχου τὴν προθυμίην, *tum igitur Alexandro oblectamento fuisse alacritatem Nearchi.* Plutarchus in *Cimone* p. 483. διὰ τί τοίνυν τὸ Κίμωνος ὑπερηγάπησαν ἔργον; *Cur igitur tantopere Cimonis factum sunt amplexi?*

V. 22.

Ὁ δὲ στυγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ ἀπῆλθε λυπούμενος.

Per se patet, verba στυγνάσας et λυπούμενος diuersum aliquid innuere. Verto igitur: *Ille vero vultum ad haec verba contrahens, abibat tristis.* Στυγνάζειν a voce στυγνὸς descendit, quae interdum generatim de homine tristi adhibetur. Demades *orat. de duodec.* p. 243. ἐμὲ δὲ στυγνὸν καὶ περίλυπον ἔφασκον εἶναι, *me vero tristem et moerore confectum esse dicebant.* Speciatim vero στυγνὸς *tristis* est, et *austerus*, qui vultu prodit animi moestitiam. Xenophon *exped. Cyri* l. 2. p. 200. καὶ γὰρ ὁρᾷν στυγνὸς ἦν καὶ τῇ φωνῇ τραχὺς, *vultum habebat seuerum et vocem asperiorem.* Paulo post: τὸ στυγνὸν τότε φαιδρὸν αὐτοῦ ἐν τοῖς προσώποις ἔφασαν φαίνεσθαι, *tristitiam eius in vultu, hilaritatem sibi videre dicebant.* Arrianus *dissert. Epict.* l. 3. c. 5. p. 274. μήτι με τούτου ἕνεκα στυγνότερον εἶδες; μὴ οὐ προσῆλθόν σοι ποτὲ φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, *num me propterea tristiorem vidisti? Num vnquam vultu minus hilari ad te accessi?* Diogenes Laert. l. 7. c. 1. §. 18. αὐτὸν δὲ στυγνόν τε εἶναι καὶ πικρὸν καὶ τὸ πρόσωπον συνεσπασμένον, *ipsum tristem esse et acerbum et corrugata fronte.* Euripides τὸ στυγνὸν in contractis ponit superciliis in *Alcestide* v. 777. *Tu amicum heri tui praesentem cernens* στυγνῷ προσώπῳ καὶ συνωφρυωμένῳ δέχῃ *vultu tristi et contractis superciliis excipis.* Idem in *Hippolyto* v. 173. στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὔξεται, *tristis autem superciliorum nubes augetur.* ibid. de fronte serenata iterum dicit v. 290. καὶ σύ τ' ἡδίων γενοῦ, στυγνὴν ὀφρῦν λύσασα, *tu placatior fias, soluens triste supercilium.* Hinc στυγνάζειν h. l. idem est, quod σκυθρωπάζειν.

V. 42.

v. 42.

Οἴδατε ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν, κατακυριεύουσιν αὐτῶν.

Quum in loco parallelo Matth. 20, 25. illi ἄρχοντες tantum vocentur, qui hic sunt οἱ δοκοῦντες ἄρχειν: dudum iam monuerunt interpretes, vocem δοκεῖν abundare. Sic Plutarchus de *virt. mulier.* p. 244. ἐγάμει τις ἐν Χίῳ τῶν δοκούντων γνωρίμων εἶναι, *vxorem ducebat aliquis in Chio, qui magni nominis erat.* Arrianus *Differt. Epict.* l. 1. c. 9. p. 109. οἱ καλούμενοι οἱ τύραννοι, δοκοῦντες ἔχειν τινὰ ἐφ' ἡμῖν ἐξουσίαν, *tyranni ita dicti, qui aliquam in nos habent potestatem.* Herodianus l. 3. p. 109. τοὺς ὑπερέχειν δοκοῦντας καθαιρεῖν θέλοντες, *illos, qui supereminent, e medio tollere conantes.* Idem l. 4. p. 155. *Altera ex parte puerorum chorus est e nobilissimis atque patriciis; ex altera* γυναικῶν τῶν ἐν ἀξιώσει εἶναι δοκουσῶν, *feminarum illustrium.* Idem l. 7. p. 271. πρὸς ἕκαστον τῶν κατὰ τὴν Ῥώμην πρωτεύειν δοκούντων. Iosephus *ant.* l. 19. c. 6. p. 676. ἐφ' ᾧ καὶ αὐτοὶ ἠγανάκτησαν οἱ δοκοῦντες αὐτῶν ἐξέχειν, *quam rem ipsi eorum magistratus indigne ferebant.* Ibid. οἱ δοκοῦντες ἐξέχειν paulo post οἱ πρῶτοι ἄρχοντες appellantur. Ibid. l. 9. c. 1. p. 297. τῶν ἐν ὑπεροχῇ διὰ πλοῦτον ἢ διὰ γένος εἶναι δοκούντων. Idem *bell. Iud.* l. 1. c. 4. p. 716. τῶν κινδυνευόντων οἱ προὔχειν δοκοῦντες, ibid. l. 4. c. 10. p. 876. πολλοὶ δὲ τῶν ἐν ἀξιώμασιν ἀφεθέντες ὑπὸ τῶν ἄρχειν δοκούντων. Duplex tamen superest via, verbo δοκεῖν in his exemplis notionem aliquam vindicandi aut saltem locutionis originem explicandi. 1) *Videri* aliquid esse, saepe innuit: *palam et ex omnium iudicio in aliquo statu esse et conditione.* Sic graeci saepe voce φαίνεσθαι vtuntur. Euripides in *Andromache* v. 343. *Peleo dignas res et Achille patre* δρᾶν φανήσεται *facere videbitur*, i. e. manifestum fiet, illum talia facere. Sic et nostra verba de *re* non de *specie* explicare potes: *quos imperare manifestum est.* 2) Δοκεῖν illud dicitur, quod ex publico fit decreto, et iudicio eorum,

 quibus

quibus poteſtas iudicandi competit. Sic ἔδοξε Act. 15, 28. et Ioſephus *ant.* l. 8. c. 2. p. 256. meretricem iudice Salomone cauſſa vincentem vocat: τὴν ἀδικεῖσθαι δοκοῦσαν, *eam quae iniuriam pati iudicabatur.* Sic οἱ δοκοῦντες ἄρχειν eſſent: οἱ ἐκ δόγματός τινος ἄρχοντες, *qui conſtituti ſunt vt imperent.* Magiſtratus nempe inferiores a ſuperioribus, ſuperiores vel a populo vel ab anteceſſoribus ſuis *conſtituebantur* cet. Quanquam non repugno in communi vſu non amplius ad hanc locutionis originem reſpexiſſe loquentes, vt adeo vox δοκεῖν in verſionibus recte omittatur.

v. 46.

Ὁ τυφλὸς ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν.

Προσαιτεῖν eſt *in genere, aliquid petere.* Sic Xenophon *dict. et fact. Socr.* p. 446. τὸν ἐρώμενον, ᾧ βούλεται πολλοῦ ἄξιος φαίνεσθαι προσαιτεῖν, *ab amaſio, apud quem in ſumma exiſtimatione eſſe velit, aliquid petere.* Speciatim vti h. l. eſt, *ſtipem petere, mendicare.* Sic apud Ariſtophanem in *Acharnenſ.* Act. 2. ſc. 4. p. 392. Telephus vocatur, χωλὸς, προσαιτῶν, στωμύλος, δεινὸς λέγειν, *claudus, mendicans, garrulus, dicax.* Sed ita ſupplenda eſt vox βίος, *victus.* Plenam habet phraſin Euripides in *Helena* v. 519. vbi Menelaus queritur, cogi ſe, cum ipſe rex ſit, ab aliis βίον προσαιτεῖν, *ſtipem petere.* Idem v. 796. ſe ὥσπερ πτωχὸς *pauperis inſtar* a ianua depulſum eſſe ait, et v. 797. Helena quaerit: ἦπου προσῄτεις βίοτον, *num forte mendicabas?*

CAP. XI. v. 32.

Ἀλλ᾽ εἴπωμεν, ἐξ ἀνθρώπων, ἐφοβοῦντο τὸν λαόν.

Verbum ἐφοβοῦντο ponitur pro φοβούμεθα, et tranſitus fit ab oratione recta ad obliquam, cuius rei exempla non deſunt, apud optimos quosuis auctores. Sic Ioſephus *ant.* l. 4. c. 8. p. 121. μηδεὶς ἐξ ὑμῶν κατὰ τὴν ἐξ ἐρίου καὶ λινοῦ στολὴν φορείτω· τοῖς γὰρ ἱερεῦσι μόνοις ταύτην ἀποδεδείχθαι, *nemo veſtrum veſte ex lana et lino*

lino vtuntur, hanc enim solis sacerdotibus destinatam esse. Exempla transitus orationis obliquae ad rectam dabuntur ad Luc. 5, 14. Vide et Act. 1, 4.

CAP. XII. v. 1.

Καὶ ἤρξατο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λέγειν· Ἀμπελῶνα ἐφύτευσεν ἄνθρωπος.

Vox ἤρξατο, quae saepe cum verbis loquendi, aliisue iungitur, plerunque non est plane pleonastica, sed emphasin quandam habet, et præcipue adhibetur, vbi de sermonibus longioribus vel sermonibus et actionibus maioris momenti agitur, ita vt verbum illud per: *orsus est*, *aggressus est*, vertere possis, e. g. Matth. 11, 7. Marc. 6, 2. c. 13, 5. Luc. 12, 1. Sic et profani. Heraclides Ponticus *allegor. Hom.* p. 456. de Ioue dicit: ἄρχεται τῶν μεγάλων ἀπειλῶν, *minas ingentes minari aggreditur.* Iosephus *ant.* l. 6. c. 8. p. 184. de Samuele dicit: δι' ὅλης τῆς νυκτὸς παρακαλεῖν ἤρξατο τὸν θεὸν καταλλάττεσθαι τῷ Σαύλῳ, *per totam noctem, Deum exorare aggrediebatur, vt Saulo placatus redderetur.* Ibid. l. 7. c. 4. p. 221. de Dauide dicitur: πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον ἤρξατο προσκυνεῖν, καὶ περὶ πάντων εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ. Ibid. l. 11. c. 4. p. 360. trium Darii corporis custodum prior ἤρξατο λέγειν τὴν τοῦ οἴνου δύναμιν, alter p. 361. ἤρξατο λέγειν περὶ τῆς τοῦ βασιλέως δυνάμεως, tertius de vi mulierum et veritatis διδάσκειν αὐτοὺς ἤρξατο. In singulis his τὸ ἄρξασθαι maiorem innuit animi impetum et contentionem. Si in deteriorem partem vox sumitur, vertere potes *audere.* Sic Luc. 3, 8. μὴ ἄρξησθε λέγειν, *ne audeatis* dicere, item Luc. 12, 45. Marc. 14, 65. et alibi.

Vox ἀμπελὼν apud profanos est rarior. Heupelius ad h. l. de illa dicit: *Apud scriptorem profanum haud scio an reperias.* Cel. Heumannus *Comment.* ad h. l. p. 661. ad hanc vocem prouocat, probaturus stilum Marc. esse *plebeium.* At sat grauibus vox se tuetur auctoribus. Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 202. δίχῃ νέμειν τὸν ἀμπελῶνα.

λῶνα. Plutarchus de *cupid. diuit.* p. 524. τὸν δὲ σιτῶνες, ἀμπελῶνες, ἄλλον ἡμίονοι γαλατικαί. Maximus Tyrius *Diss.* 14. p. 144. ὑπὲρ ἀμπελῶνος ἐκάμετε. Philo *quod Deus immut.* p. 307. τοὺς μὲν οὖν ἀμπελῶνας εὐφροσύνης - - πεποίηται σύμβολον. Idem de *septen. et fest.* p. 1186. πάντας ἐλαιῶνας καὶ ἀμπελῶνας, et alibi. Iosephus *ant.* l. 5. c. 2. p. 149. ἔν τε ἀμπελῶσι καὶ χωρίοις ἐν οἷς λήσειν ἔμελλον. Idem bis praeterea voce hac vtitur de vinea Nabothi *ant.* l. 8. c. 7. p. 289. vide et hanc in libro de *Maccab.* qui eidem tribuitur c. 2. p. 1086.

v. 14.

Ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ διδάσκεις.

Verba ἐπ' ἀληθείας, hic alium habent sensum, quam v. 32. ibi illa idem innuunt, ac *reuera*, *omnino*, *vtique* vt et Act. 10, 34. h. l. idem significant, ac: *candide*, *sincere*, *scopo sincero*, *animo aperto*, *non aliis placendi cupido*, *nec ob timorem veritatem inuolucris tegente aut deserente.* Firmant hanc explicationem antecedentia. Similiter Tobias c. 8, 7. dicit: *Non scortationis gratia hanc meam sororem vxorem duco*: ἀλλὰ ἐπ' ἀληθείας, *sed animo sincero*, i. e. scopo sincero τῆς τεκνογονίας. Philo *legat. ad Caium* p. 1000. ὁ γοῦν Μάκρων πάντα ἐπ' ἀληθείας πραγματευσάμενος μετ' ἐκτενεστάτης σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας, *Macron igitur omnia candido animo agens cum intensissimo studio et contentione.* Dio Cassius *excerpt. Vales.* ex lib. 59. p. 669. ἐπαινούμενος οὖν διὰ ταῦτα, τὰ μὲν φόβῳ, τὰ δὲ καὶ ἐπ' ἀληθείας, *quum igitur propter haec partim metu*, *partim sincere laudaretur.*

v. 19.

Διδάσκαλε Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν.

Verto: *Magister, Moses nobis praescripsit.* Nam γράφειν τινὶ saepe est, *praescribere*, *praecipere*, *legem ferre.* Xenophon *fact. et dict. Socr.* p. 447. colloquentem cum Pericle inducit Alcibiadem hoc modo: *Si vero inquit Alcibia-*

cibiades, non vulgus, sed quemadmodum in Oligarchia fit, pauci conuenientes γράψωσιν ὅ, τι χρὴ ποιεῖν, *praescribant, quid faciendum sit, quid hoc est? Omnia, Pericles ait, quaecunque, qui ciuitati praesunt, consultantes,* ἃ χρὴ ποιεῖν γράψῃ, *de rebus agendis praescribunt, leges vocantur.* Alcib. *Si igitur tyrannus vrbi imperans* γράψῃ τοῖς πολίταις ἃ χρὴ ποιεῖν, *ciuibus, quid agendum sit, praescribat, num et hoc lex est? Ita inquit, quaecunque tyrannus imperans* γράφει *praescribit, etiam leges vocantur.* Demosthenes *or. 3. in Philippum* p. 48. de rege hoc dicit: γράφει τοῖς Θετταλοῖς ὃν τινα χρὴ τρόπον πολιτεύεσθαι, *praescribit Thessalis, quomodo respublica administranda sit.* Maximus Tyrius *Diss.* 39. p. 393. de Deo eiusque cultu dicit: οὐδὲ Σόλων τι ὑπὲρ αὐτῶν γέγραφεν, οὐδὲ οἱ Δράκοντος σεμνοὶ νόμοι, *neque Solon quidquam de his praescripsit, neque venerandae illae leges Draconis.* Plutarchus *quaest. Rom.* p. 279. καθάπερ ὁ Σόλων ἔγραψε, *quemadmodum Solon praecepit*, f. lege sanxit.

v. 34.

Ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη.

Vocula νουνεχῶς, est, *sapienter, prudenter.* Plutarchus de *sollert. animal.* p. 979. ἐμφρόνως πάνυ καὶ νουνεχῶς, *perquam sapienter et prudenter.* Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 334. νουνεχῶς ἕκαστα διοικεῖν, *cum prudentia omnia administrare.* Frequentior vox est Polybio. Coniungit ille l. 5. c. 88. p. 598. νουνεχῶς καὶ πραγματικῶς, *prudenter et sollerter*, et l. 17. c. 12. p. 1047. εὐστόχως καὶ νουνεχῶς, *scite et prudenter* ibid. c. 29. p. 1069. εὐλαβῶς καὶ νουνεχῶς, *caute et prudenter.* Deriuandum vero est hoc aduerbium ab adiectiuo νουνεχὴς, *prudens*, quod apud Euripidem occurrit in *Danae* v. 48. ὅστις ἂν γ' ᾖ νουνεχὴς, *quicunque fuerit prudens.* Isocrates voce νουνεχόντως vtitur eodem sensu *epist. 5. ad Alexand.* p. 616. οὐκ ἀφρόνως ποιῶν ἀλλὰ νουνεχόντως, *non insipienter sed prudentissime faciens.* Ibid. *epist.* 6. p. 620. οὐδὲν γὰρ οἷόν

τε ἐςὶ πραχθῆναι νενεχόντως. Hoc a participio τὸν ἔχων deducendum eſt. Alios Polybii locos dabit Raphelius *annot. Polyb.*

v. 37.

Καὶ πόθεν υἱὸς αὐτοῦ ἐςι;

Verte: *quonam iure igitur filius eius eſt?* Πόθεν enim apud graecos *quonam iure*, *quam ob cauſſam* ſignificat. Sic Polybius l. 17. c. 5. p. 1039. πόθεν οὖν ἔξεςι τούτοις ἐγκαλεῖν νῦν, *quonam igitur iure his nunc accuſare licet?* Ariſtophanes in *Lyſiſtr.* p. 868. ὑμῖν δὲ πόθεν περὶ τοῦ πολέμου τῆς τ' εἰρήνης ἐμέλησεν, *ſed quam ob cauſſam vos belli et pacis curam ſuſcepiſtis?* Arrianus *Diſſ. Epict.* l. 1. c. 28. p. 157. πόθεν οὖν τοῦτο προσδοξάζεις; κἀμὲ δίδαξον. οὐ· ἀλλὰ πόθεν σὺ λέγεις ὅτι οὐκ ἐςὶ κακά; *Quonam igitur iure hoc putas? doceas me et hoc. Imo quonam iure tu dicis, quod non ſint mala?* Demoſthenes de *corona* p. 320. ἀλλ' οὐκ ἔςι ταῦτα· πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. *Sed non ita ſunt haec. Quonam iure? multum ſane deeſt.*

CAP. XIII. v. 19.

Ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλῖψις.

Hebraeum hoc vocat Beza dicendi genus, cuius magna ſit emphaſis. Idque quoniam abſtractum ponatur pro concreto, ita vt: ἔσονται ἡμέραι θλῖψις, idem ſit ac: ἔσονται τεθλιμμέναι. Sed id ſibi loquendi genus graecia multis vindicat auctoribus. Sic Arrianus *Diſſ. Epict.* l. 2. c. 1. p. 170. τί γάρ ἐςι παιδίον; ἄγνοια. τί ἐςι παιδίον; ἀμαθία. *Quid enim eſt puer? inſcitia. Quid eſt puer? ignorantia.* Conf. Rom. 13, 3. et ibi dicenda. Verba tamen noſtra commodius vertas: *Inerit iſtis diebus calamitas.* Sic Appianus *bell. Mithrid.* p. 324. ὕψος δ' ἦν τὰ τείχη πηχέων τεσσαράκοντα, *inerat vero muris altitudo quadraginta cubitorum.* Achilles Tatius l. 4. p. 267. καὶ ἦν ἅπας ὁ ποταμὸς ἑορτή, *et toti flumini inerat feſtiuitas*, ſiue in toto flumine celebritas et laetitia diei feſti apparebat.

v. 35.

v. 35.

Ὀψὲ, ἢ μεσονυκτίȣ, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ.

Vocem *μεσονύκτιον* vt poeticam in pedeſtri ſermone damnant Phrynichus et Thomas Magiſter. Vide locos, quos his oppoſuere Cel. Alberti ad Luc. 11, 5. et Schwarzius in *Lexico N. T.* quorum plurimos et ipſe obſeruaueram. Addo Ariſtotelem *probl. ſect.* 26. *qu.* 19. *ἀκρόνυχον μὲν πρὸ τῶν μεσονυκτίων ἐκλείψεων· μεσονύκτιον δὲ πρὸ τῶν ἑώων, initio noctis ante eclipſes in media nocte; media nocte vero ante matutinas.* Plutarchus in *Caeſare* p. 728. *περὶ τὸ μεσονύκτιον.* Diodorus Siculus l. 20. c. 49. p. 425. *ταύτην δὲ περὶ τὸ μεσονύκτιον ἐμβαλόντες ταῖς τῶν πολεμίων μηχαναῖς.* Vide et Heupelium ad h. l.

Ἀλεκτοροφωνία gallicinium hic tertiam noctis vigiliam denotat, a termino ſuo, vltimo ſcil. galli cantu, qui aequo circiter ab aurora et nocte media interuallo audiri ſolet. Eodem modo et *μεσονύκτιον* ſecunda vigilia a termino ſuo nomen retulit. Vſos fuiſſe veteres Iudaeos *gallicinio* ad determinationem temporis patet et ex hoc 3 Macc. 5, 23. *ἄρτι δὲ ἀλεκτρυὼν ἐκέκραγεν ὄρθριος, iam mane cecinerat gallus, quum Hermon beſtias armaſſet,* vbi v. 24. huic *ἀλεκτοροφωνίᾳ*, opponitur ἡ Πρωΐα.

Conuenit inter eruditos, per quatuor has voces quatuor noctis vigilias deſignari. Tot enim nocti vigilias tribuunt Matthaeus c. 14, 25. et Marcus c. 6, 48. Noctem iſtis temporibus apud Iudaeos in tot partes dirimere ſolemne fuiſſe, ex fontibus Iudaicis oſtendunt ſcriptores, quos ad Matth. 14, 25. *in Curis* nominauit Wolfius. Sic et Ioſephus *ant.* l. 18. c. 12. p. 648. de Anilaeo Iudaeo in Babylonia Parthos adoriente dicit: *καὶ περὶ φυλακὴν τετάρτην ἐπιπεσὼν, et circa quartam vigiliam illos adortus, partim ſopitos adhuc occidit, partim in fugam coniecit.* Sententia eorum, qui hanc noctis diuiſionem a Romanis traxiſſe originem aſſerunt, eo minus valet, quum et eadem

dem graecis dudum fuerit vsitata. Euripides in *Rheso* v. 5. *οἱ τετράμοιρον νυκτὸς φρουρὰν πάσης στρατιᾶς πόλεως Τροίας προκάθηνται, qui quadripartitam noctis vigiliam totius exercitus Troiam obsidentes obeunt.* De quatuor his vigiliis in vrbe Ioniae Teo obseruatis vide Aeneam in *Poliorcet.* c. 18. p. 1675.

CAP. XIV. v. 3.

Ἦλθε γυνὴ ἔχουσα ἀλάβαστρον μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς· καὶ συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς.

Alabaster f. alabastrum erat vasculum, in quo vnguenta asseruabant, e lapide alabastro plerumque formatum, qualia tamen ex aliis quoque materiis e. g. ex auro confecta, nomen hoc retinebant. Plutarchus *in Alexandro* p. 676. dicit, Alexandrum vidisse in tentorio Darii *Μενόλκια καὶ κρωσσοὺς καὶ πυέλους καὶ ἀλαβάστρους, πάντα χρυσοῦ ἠσκημένα περιττῶς, ὠδώδει δὲ θεσπέσιον οἷον, ὑπὸ ἀρωμάτων καὶ μύρων ὁ οἶκος, holcia, crossos, ampullas et alabastros, ex auro fabrefacta omnia, domumque fragrasse praestantissimo odore ex aromatibus et vnguentis.* Similis *εὐωδία* de nostro narratur Ioh. 12, 3.

Ἀλάβαστρον μύρου, alabastrum vnguenti, i. e. vnguento plenum. Sic Matth. 10, 42. *ποτήριον ψυχροῦ* et apud Athenaeum l. 11. c. 6. p. 472. *οἴνου ἐξέπιον κάδον, exhausi cadum vino plenum.* Ibid. p. 474. *οἴνου κανθάρους cantharos vini plenos.* Frequens est de alabastrorum vsu ad vnguenta apud auctores mentio: sed locos iam notarunt alii permulti; ex quibus palmam fert Spanhemius in *not. ad Callimachum* p. 540. sq. addo locum Dionysii Hal. *ant.* l. 7. p. 424. vbi inter ea, quibus iuuenes apud Cumanos in balneis muliebriter vsi sint, *μύρων ἀλαβάστρους καὶ κάτοπτρα* refert. Plutarchus in *Timoleonte* p. 243. *θρήνους γυναικὸς ἀλαβάστρους, καὶ πορφύρας καὶ χρυσία ποθούσης, lamentationes mulieris, alabastros, purpuram et aurum desiderantis* commemorat.

Vnguenti

Vnguenti nardini, quod ſuauiſſimum erat, praeparationem apud veteres docet Dioſcorides l. 1. c. 66. Νάρδινον μύρον ποικίλως σκευάζεται, διὰ μαλαβαθρίνου φύλλου καὶ δίχα τούτου. Ὡς τὸ πολὺ δὲ μίγνυται τῷ βαλανίνῳ ἐλαίῳ καὶ ὀμφακίνῳ. Πρὸς τὴν μὲν στύψιν τοῦ ἐλαίου σχῖνος. Πρὸς δὲ τὴν εὐωδίαν, κόστος, ἄμωμον, Νάρδον, σμύρνα, βάλσαμον. Ἐστὶ δὲ χρηστὴ ἡ λεπτὴ, μὴ δριμεῖα, ἔχουσα τὴν εὐωδίαν τῆς ξηρᾶς νάρδου ἢ ἀμώμου, *vnguentum nardinum variis modis conficitur, malabathri ſcilicet folio et ſine illo. Plerumque autem miſcetur cum oleo vel balanino, vel omphacino. Vt oleum ſpiſſum reddatur, adhibent lentiſcum, vt odoratum fiat, coſtum, amomum, nardum, myrrham et balſamum. Optimum vero eſt* (ſc. vnguentum nardinum) *quod eſt tenue et odorem ſiccae nardi et amomi refert.* Multa de hoc vnguento, quo et viri et mulieres vngebantur, habent veteres. Tibullus l. 3. eleg. 7. *Iamdudum Tyrio madefactus tempora nardo, Debueram ſertis implicuiſſe comas.* Ouidius *art. amand.* l. 3. v. 443. *nec coma vos fallat liquida nitidiſſima nardo.* Vide doctiſſime de nardo agentem Olaum Celſium *in Hierobotanico Tom.* 2. p. 1. ſq.

Vocabulum πιστικὸς mille modis explicant interpretes. Ego eorum ſententiae ſubſcribo, qui πιστικὸς a πίστις deriuant, ita vt *nardus piſtica* ſit *nardus ſincera, non adulterata.* Cel. Heumannus *Comment.* ad h. l. vocem πιστικὸς inter voces *plebeias* refert, in quam me deſcendere ſententiam vetat Salmaſius, cuius verba ex *excrcit. in Solini polyhiſt.* p. 750. adſcribam: Πιστικὸν *etiam* παραγωγικῶς *dixere* ἀντὶ πιστοῦ, *non infima tantum graecia, ſed etiam melior.* Πιστικὴ γυνὴ καὶ οἰκουρὸς, *Artemidoro. Vetus auctor, qui geographiam verſibus compoſuit, ac Nicomedi regi dedicauit,* πιστικῶς *poſuit pro, fideliter:*

Οὕτω λελυμένην λέξιν ἀναλαβεῖν ταχὺ,
Οὐκ ἔστι, τῷ μέτρῳ δὲ περιειλημμένην
Ἐστὶ καταχεῖν εὐκόπως καὶ πιστικῶς.

facilius

facilius addiſci dicit et fidelius retineri, quae metro comprehenſa ſunt, quam quae ſoluta oratione conſcripta. Poſt vocem συντρίψασα, quae interpretes vexauit, comma pono, et voce αὐτὸν, ſubaudita, verto: *et fricans* illum *alabaſtrum in caput eius effundebat.* Συντρίβειν eſt *fricare vnguentis.* Sic Athenaeus l. 3. c. 19. p. 98. *Olei lecythum, huc iam affer,* πρότερον γὰρ συντριβησόμεθον, *prius enim fricabimur, deinde ſic abluemur.* Eodem ſenſu ἀνατρίβειν habet Ariſtoteles *probl. ſect.* 5. qu. 6. Senſus eſt: mulierem caput Chriſti et crines vnguento fricaſſe, ſicque vnguentum ſenſim ſenſimque in caput effudiſſe, ne illud ſimul effuſum in veſtes nimis efflueret. *Alabaſtrum effundere* non eſt durius, quam *phialam effundere* Apocal. 16. v. 1. ſeq.

Verba vltima: κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς, *effudit in caput eius*, indicant illam vnguentum ita effudiſſe, vt ex capite deorſum flueret. Sic Plutarchus *ſympoſ.* l. 2. qu. 1. p. 647. μαρτυρεῖ δὲ Ἀλκαῖος, κελεύων καταχέαι τὸ μύρον αὐτοῦ κατὰ τᾶς πολλὰ παθοίσας κεφαλᾶς, *teſtatur id Alcaeus, iubens vnguentum ſibi affundi, ſuper multa paſſum caput.* Themiſtius *orat.* 20. *in obit. patr.* p. 236. μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέας.

v. 5.

Καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ.

Verbum ἐμβριμᾶσθαι eſt, *iraſci, indignari, fremere, indignationem vel verbis vel geſtibus prodere.* Rariſſimum graecis verbum. Simplici paulo diuerſo βριμόομαι Xenophon vtitur *Cyrop.* l. 4. p. 72. ἐνταῦθα δὴ ἐβριμοῦ τό τε τῷ Κύρῳ καὶ τοῖς Μήδοις, *tunc Cyro excandeſcebat et Medis.* Simplex βριμάομαι habet Aelianus *hiſt. anim.* l. 11. c. 32. τῆς ἀνῃρημένης ὑπ' αὐτοῦ τὸ εἴδωλον ἔλεγεν ὁρᾶν βριμώμενόν τε καὶ ἀπειλοῦν, *aſpidis a ſe interemtae ſimulacrum, ſe videre aiebat, idque fremens et minans.* Compoſitum διαβριμάομαι occurrit apud Themiſtium *orat.* 21. *in Explor.* p. 261. vbi de philoſopho auaro dicit, quod is mercedem

cedem a discipulis exigat: διαβριμωμενός τε καὶ τὴν αἰγίδα πυκνὰ ἐπισείων, *iracunde fremens et saepius aegidem quatiens, et stateres saepius inuertens, vtrumne adulterini sint.* Reliqua quae de voce ἐμβριμᾶσθαι proferri possent, habet Elsnerus ad Marc. 1, 43.

v. 8.

Ὃ εἶχεν αὕτη ἐποίησε· προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν.

Verba priora recte vertunt: *fecit, quod potuit.* Ἔχειν pro *posse* adhiberi, exemplis probauit Heupelius. Quum vero in omnibus locis quos adfert, ἔχειν cum infinitiuo iungatur, hinc in eam deuenisse cogitationem videtur Cel. Heumannus, vt vocem ποιεῖν supplendam esse putaret, vt phrasis integra sit: ἐποίησε ὃ εἶχε ποιεῖν. Sed hoc sane non opus est. Ἔχειν enim hoc sensu etiam sine infinitiuo occurrit interuenientibus vocibus ὅ, ὅ, τι, ὡς et similibus. Demosthenes *olynth.* 3. p. 14. τοῦ ποιεῖν τοῦθ᾽ ὅ, τι καθ᾽ ἡλικίαν ἕκαστος ἔχει, *id faciendi, quod pro aetate quisque potest.* In simili materia in Euripidis *Hecuba* v. 613. haec dolens filiam occisam se non posse pro dignitate ad sepulturam componere dicit: *Vnde illam, vti digna est in medium ponam,* οὐκ ἂν δυναίμην· ὡς δ᾽ ἔχω, *non sane hoc possum. Vti vero possum,* sc. ποιήσω τοῦτο *hoc faciam*, vti supplet Scholiastes. Dionysius Hal. *ant.* l. 7. p. 457. οὐκ εἶχον δὲ ὅ, τι ἂν ἄλλο ποιῶσι, *nihil aliud facere poterant.* Aristophanes in *Vespis* p. 498. ἀλλ᾽ οὐκ ἔχειν οὗτός γ᾽ ἔοικεν ὅ, τι λέγῃ, *sed non videtur hic habere, quod loquatur.* Patet ex hoc, verbum ἔχειν simul idem innuere, ac *scire, inuenire*, vt et in hoc Arriani *reb. indic.* p. 526. οὐκ ἔχοντα, ὅτῳ ἀνδρὶ ἐκδῷ τὴν παῖδα, *cum nesciret, cui viro filiam in matrimonium daret.* Sic et Demosthenes adu. *Midiam* p. 401. οὐκ ἔχω, - - ὅ, τι χρὴ ποιῆσαι. Hinc duae latent notiones in verbis Christi 1) *fecit quod potuit*, tantos sc. impendens sumtus in honorem meum. 2) *fecit, quod sciuit*, i. e. modo, quem excogitare potuit optimo, vsa est, ad testandum mihi amorem et cultum.

Προέ-

Προέλαβε μυρίσαι, *occupauit vngere*, vti recte Beza, quod idem est, ac *in antecessum vnxit*. Sic Iosephus *ant.* l. 6. c. 14. p. 201. Dauidem inducit ad Abigailem dicentem: προέλαβες καταμειλίξασθαί με τὸν θυμὸν, *anticipasti demulcere iram meam.* Ibid. l. 18. c. 7. p. 627. *Multo melius esse iudicabat, illum antequam noui aliquid tentaret,* προλαβὼν ἀνελεῖν, *praeueniendo tollere.* Posses quoque vertere: *festinauit vngere*, vt in hoc Iosephi *bell. Iud.* l. 1. c. 15. p. 745. πρὔλαβον ἐξετασθήσεσθαι ποταπὸς φίλος ἔτινος ἐγενόμην, *festinaui, vt in examen adduceretur, qualis amicus alicuius fuerim.*

Ἐνταφιασμὸς est *funeratio* s. *exornatio* et *compositio ad sepulturam*, descendit enim a verbo ἐνταφιάζειν *ad sepulturam componere*, *ornamentis sepulcralibus exornare*, ita tamen, vt per hanc *praeparationem ad sepulturam* in primis pollinctura, quae in oriente moris erat, intelligatur. Sic in *testam.* 12. *patriarcharum* p. 619. Iudas ad filios dicit: μηδείς με ἐνταφιάσῃ πολυτελεῖ ἐσθῆτι ἢ ἀναῤῥήξοι τὴν κοιλίαν μου, *nemo me ad sepulturam componat pretiosa veste, neque ventrem meum rescindat.* Plutarchus *de esu carn. or.* 1. p. 995. luxum in condiendis cibis vituperans dicit: εἶτα ὄψων πρὸς αὐτὸ τὸ κρέας δεόμεθα, ἀναμίγνυντες ἔλαιον, οἶνον, μέλι, γάρον, ὄξος, ἡδύσμασι συριακοῖς, ἀραβικοῖς, ὥσπερ ὄντως νεκρὸν ἐνταφιάζοντες, *deinde ad ipsam carnem obsoniis indigemus, miscentes, oleum, vinum, mel, garum, acetum, aromatibus syriacis et arabicis quasi reuera cadauer pollingentes.* Descendit hoc a voce ἐντάφια, quae *quidquid ad sepulturam pertinet*, denotat e. g. *sumtus sepulturae.* Sic Plutarchus *in Aristide* p. 335. vrbis dicit sumtu factum esse tumulum Aristidi, μηδ᾽ ἐντάφια καταλιπόντι, *quum ne sumtus quidem funeris reliquisset.* Inprimis ἐντάφια sunt *inferiae* siue *libamina* quae ad sepulcra effundebantur. In *Electra* Sophoclis p. 76. Chrysothemis dicitur: ἐντάφια χεροῖν φέρουσα, οἷα τοῖς κάτω νομίζεται, *inferias manibus gestans, qualia dari solent mortuis*, eadem p. 79. χοαὶ, *inferiae* et p. 80. κτερίσματα et λουτρὰ, *iusta* et *lauacra* vocantur. Tandem

reliqua

reliqua *ornamenta ſepulcri.* Sic apud Dionem Caſſium *excerpt. Valeſ.* p. 741. Plautianum moribundum τὰ ἐντάφια dudum ante parata oſtendi ſibi poſtulaſſe, quae vetuſtate διεῤῥυηκότα, *corrupta* inuenerit. Conf. Elsnerum ad Matth. 26, 12.

v. 41.

Ἀπέχει ἦλθεν ἡ ὥρα.

Innumeras vocis ἀπέχει interpretationes augebo noua. ἡ Ὥρα h. l. metonymice ponitur pro omnibus, qui Seruatori cariſſimo imminebant cruciatibus et ipſa morte quo ſenſu v. 35. precabatur, vt hora ſe praeteriret, et Ioh. 12, 27. σώζεσθαι ἐκ τῆς ὥρας cupiebat, quae hora Matth. 26, 18. καιρὸς dicitur, vbi vide notata.

His praemiſſis verbum ἀπέχει conſtruendum eſſe puto cum voce ὥρα. Ἀπέχειν actiue ſignificat, *retinere, abſtrahere, auferre, arcere, impedire.* Heſiodus *op. et dies* v. 643. εἰ κ' ἄνεμοί γε κακὰς ἀπέχωσιν ἀήτας, *ſi venti malos retineant flatus.* Pindarus *Nem. od.* 7. v. 89. ξεῖνός εἰμι, σκοτεινὸν ἀπέχων ψόγον, *Hoſpes ſum, tenebricoſum auferens vituperium.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 7. p. 454. ὐδεὶς με ἀφέξει φόβος μὴ ὐχ ἃ φρονῶ λέγειν, *nullus me abſtrahet* (ſ. arcebit) *timor, quo minus dicam, quod ſentio.* Plutarchus de *oracul. def.* p. 433. ὐδὲν ἀπέχει τὴν μαντικὴν ἀναθυμίασιν, *nihil impedit diuinandi facultatem.* Idem *ſympoſ.* l. 5. qu. 7. p. 680. ὐδὲν ἀπέχει καὶ ἀνθρώπυ ψαῦσιν τὴν μὲν ὠφέλιμον εἶναι, *nihil impedit, quominus hominis alius contactus vtilis ſit.* Hinc verba noſtra verto: *Abſtrahit,* (ſ. arcet, abripit) *venit hora.* Id eſt, paſſiones meae iam inſtantes et me et vos abſtrahunt et auocant. Auocant et arcent me, quominus diutius hic permaneam; auocant et impediunt vos, ne ſomno diutius indulgeatis et hic permaneatis. Naturali quidem ordine verba haec eſſe debuiſſent: ἦλθε καὶ ἀπέχει ἡ ὥρα. ſed et ἀσύνδετον et tranſpoſitionem facile defendet adfectus h. l. vehementior, et frequens ſcriptoribus ſacris ὕστερον πρότερον.

πρότερον. Sic Marc. 12, 8. ἀπέκτειναν καὶ ἐξέβαλον, *occiderunt eum postquam eiecissent*, vti Matth. 21, 39. Plura dabunt Glassius et Cel. Heumannus ad Marc. 12, 8.

v. 44.

Δεδώκει δὲ ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν σύσσημον αὐτοῖς, λέγων, ὃν ἂν φιλήσω αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτὸν καὶ ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς.

Σύσσημον vocem non Atticam esse putat Phrynichus. Illam probatis auctoribus in vsu fuisse nobis sufficit. Denotat illa: *tesseram*, *symbolum*, s. signum aliquod commune ex composito datum. Diodorus Siculus l. 20. c. 52. p. 427. ἦρε τὸ συγκείμενον πρὸς μάχην σύσσημον ἀσπίδα κεχρυσωμένην *signum pugnae de quo conuenerat, auratum nempe clypeum sustulit.* Aeneas in *Poliorcet.* c. 4. p. 1648. *Omnium vero primo* σύσσημα πεποιῆσθαι *signa sibi statuere obsessos oportet, per quae eos, qui ad se accedunt, dignoscere possint.* Ibid. bis adhuc occurrit p. 1649. 1650. Ibid. c. 10. p. 1658. σύσσημον est *tessera*, de qua inter proditores vrbis et hostes conuenit, proditores nempe multis lucernis et facibus vsi dicuntur, ἵνα πρὸς τὶ κοιταθῶσι, τοῦτον τὸν φέγγαιον σύσσημον ἐποιήσαντο, *vt per hoc lumen signum dent, ad quam muri vrbisue partem vigilias agant.* Raro haec vox quouis *signum* denotat, ita vt synonyma sit voci σημεῖον, qua in hac re vsus est Matthaeus c. 26, 48. Sic Plutarchus de *fluminibus* p. 1158. herbam quandam fabulatur certo tempore flammam edere: καὶ τοῦτο σύσσημον ἔχοντες, *et hoc signum habentes ii, qui a nouercis sibi metuunt, imminentis timoris necessitatem euitant.*

Ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς, *abducite caute.* Sensus est: debere homines istos Christum captiuum *caute*, *solicite* et magna cum cura abducere, ne forte elabatur. Exspectabat Iudas procul dubio casus similes, vti Ioh. 8, 59. c. 10, 39. Nihil opus esse video, vulgarem hanc explicationem defendi. Sic in Luciani *Cataplo* p. 439. de Megapenthe tyranno,

ranno, qui in cymbam Charontis descendere nolebat, ad Charontem dicit Mercurius: *Accipe hunc tu portitor atque illum*, καὶ ὅπως ἀσφαλῶς ἀμέλει πρὸς τὸν ἱςὸν δεδήσεται, *et vt ad malum diligenter alligetur*, *cura*. Iosephus *bell. iud.* l. 3. c. 27. p. 854. de semet ipso captiuo dicit: οὐεσπασιανὸς φρουρεῖν αὐτὸν μετὰ πολλῆς ἀσφαλείας προσέταξεν, *Vespasianus illum multa cum cautione custodiri iubebat*. Tobiae 6, 5. Angelus Tobiae de corde, hepate et felle piscis dicit: θὲς ἀσφαλῶς, *caute illa repone*, ne sc. illa per negligentiam amitteret.

v. 72.

Καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε.

Mirum in modum mihi displicet explicatio ea vocis ἐπιβαλὼν, quae plurimorum ex recentioribus obtinuit calculum, qui verba vertunt: *et velato capite fleuit*. Velare flentes caput solebant, ne conspicerentur ab aliis; cuiusnam vero gratia Petrus gallicinii tempore ex palatio exiens concubia nocte vultum velaverit, nemo dixerit. Dein ellipsis sic statuenda est plane inaudita, nec antequam exemplis firmetur, vllo modo probabilis, quod sc. ἐπιβαλὼν dictum sit, pro: ἐπιβαλὼν τὸ ἱμάτιον τῇ κεφαλῇ s. τῷ προσώπῳ. Nihil ad rem facit, si vel vocem ἱμάτιον vel vocem κεφαλὴ s. πρόσωπον, interdum omitti ostendatur: sed proferendus est locus veterum, in quo vna vox ἐπιβάλλειν sit: *vultum iniecta veste velare*. Magna se antiquitate et veteris latini vt et syri interpretis auctoritate tuetur explicatio: *et coepit flere*, ita vt ἐπιβαλὼν ἔκλαιε idem sit, ac καὶ ἐπέβαλε κλαίειν. Tria praecipue huic explicationi obiiciunt Salmasius et Vorstius, quorum locos exscripsit Bynaeus. 1) Numquam apud graecos veteres ἐπιβάλλειν *esse incipere*, *aggredi*, sed tum media voce dici ἐπιβάλλεσθαι, 2) etiam ἐπιβάλλεσθαι *aggredi*, *incipere* non facile sine casu datiuo inueniri; 3) insolens esse loquendi genus ἐπιβαλὼν ἔκλαιε, s. ἀρξάμενος ἔκλαιε, qua posteriori phrasi priorem expli-

cat Theophylactus, adhiberi pro *ἐπέβαλε* f. *ἤρξατο κλαίειν*. Obiectio prima refellitur loco Plutarchi in *Cicerone* p. 862. *Ἀντιόχου παρακελευομένου τοῖς κοινοῖς ἐπιβαλεῖν πράγμασιν*, *hortante Antiocho, vt publica aggrederetur negotia.* Obiectio prima et secunda cadit auctoritate Diogenis Laert. l. 6. c. 2. §. 4. p. 587. de Diogene dicens: *Cum serio aliquando loqueretur, nemoque accederet, ἐπέβαλε τερετίζειν cantillare incepit.* Dubium tertium cum proferret Vorstius, immemor fuit dicti Act. 11, 4. vbi *ἀρξάμενος ἐξετίθετο*, ponitur pro, *ἤρξατο ἐκτιθέναι*. vid. et Elsnerum ad Luc. 3, 23. Si igitur haec explicatio: *aggressus est flere* locum haberet, admittendum foret, emphasin quandam et adfectum latere in voce *ἐπέβαλε*, ita vt fletus concitatior, animo vehementer moto intelligatur. Simile quid in voce, *ἤρξατο* notaui ad c. 12, 1.

Animum tamen aliquatenus ab haec sententia amouit, magisque fere in partes suas trahit explicatio, qua sic interpretantur: *et animaduertens fleuit.* *Ἐπιβάλλειν* graecis est, *attendere*, *animaduertere*. Sic Plutarchus de *placit. philos.* l. 4. c. 8. p. 899. *Leucippus, Democritus* (sc. dicunt) *sensum et intelligentiam munus suum obire, imaginibus foris oblatis, μηδενὶ γὰρ ἐπιβάλλειν μηδετέραν χωρὶς τοῦ προσπίπτοντος εἰδώλου, neutrum enim ad quidquam attendere, nisi imago se aliqua offerat.* Hierocles in *carm. Pythag.* p. 14. *ἀλλ᾽ ἀεὶ μὲν γινώσκει, ἄλλως δὲ καὶ ἄλλως ἐπιβάλλει, καὶ μᾶλλόν ἐστιν ὅτε καὶ ἧττον*, *at semper quidem cognoscit, sed diuersis modis res animaduertit, imo magis interdum et minus.* Paulo post *ἐπιβάλλειν ἄλλως καὶ ἄλλως* explicatur per *μὴ ἀθρέπτως μηδὲ ὡσαύτως γινώσκειν.* Sextus Empiricus *adu. Mathemat. de mutat.* p. 213. *εἰ ἐπιβαλὼν ὁ σοφὸς ἰσχύσει λέγειν ἀδιαπτώτως*, *vtrum sapiens animaduertens citra errorem dicere possit.* Est vero et haec locutio elliptica. Dicitur *ἐπιβάλλειν* pro *ἐπιβάλλειν ἑαυτὸν*,

τὸν, ſ. ἐπιϐάλλειν τὴν διάνοιαν, ſic enim plene Diodorus Siculus l. 20. c. 44. p. 419. πρὸς οὐδὲν ἐπέβαλε τὴν διάνοιαν τῶν παρὰ τοῖς πολεμίοις συντελουμένων, *ad nihil eorum, quae apud hoſtes gerebantur, animum adplicuit.* Senſus igitur eſt: Quum haec attenta mente perpenderet, non ſolum hanc ſuam Chriſti abnegationem ab illo praedictam, ſed et ipſo tempore gallicinii a Chriſto praefinito factam eſſe, lacrymas ipſi eliciebat facti poenitentia.

CAP. XV. v. 14.

Βουλόμενος τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι.

Locutionem ἱκανὸν ποιῆσαι ad *latiniſmos* retulerunt multi, quum illa latino *ſatisfacere* reſpondeat. Fuſius de illa egit Dreſigius in *Diſſ. de latiniſmis* N. T. ſub Cel. Kappii praeſidio habita §. 8. Latinis *ſatisfacere* 1) ſignificat: *morem alicui gerere*, 2) *efficere, ne is habeat, quod queratur* ſ. *ſatisdare.* Vtrumque ſignificatum ego ſimul ineſſe puto verbis Marci. Poſteriorem tantum valere h. l. putat Dreſigius, hancque phraſin vix in vllo alio, qui ætatem ferat, ſcriptore graeco praeter Polybium hoc ſenſu putat reperiri. Occurrit in notabili loco Appiani *bell. Pun.* p. 68. vbi legatis Carthaginienſium, quid ſibi ad impetrandam delictorum veniam agendum ſit rogantibus, reſpondebant Romani: εἰ τὸ ἱκανὸν ποιήσετε Ῥωμαίοις. ζητέντων δ' ἐκείνων ὅ, τι εἴη τὸ ἱκανὸν, *ſi Romanis ſatisfeceritis. Quaerentibus vero illis, quaenam eſſet illa ſatisfactio* cet. Paulo poſt dicitur, Carthaginienſes denuo legatos Romam miſiſſe, vt cognoſcerent: ὅ, τι ἐςὶν αὐτοῖς τὸ ἱκανὸν, *qualem illi poſtulent ſatisfactionem.* Habet quoque phraſin paſſiue Arrianus *expedit. Alex.* l. 5. p. 370. εἰ ἐν Μακεδονίᾳ καθήμενοι ἱκανὸν ἐποιούμεθα ἀπόνως τὴν οἰκίαν διασώζειν, *ſi in Macedonia commorantes ſatis habuiſſemus laboris expertes domos noſtras tueri.* Vbi ἱκανὸν ἐποιούμεθα ſignificat paſſiue: iam *ſatisfactum*

nobis esset, a constructione actiui: ποιεῖν τινὰ ἱκανὸν, nisi ποιεῖσθαι ibi dictum malis pro ἡγεῖσθαι.

v. 37.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην ἐξέπνευσε.

Ἀφιέναι φωνὴν est, *vocem emittere* articulatam s. *loqui*. Sic Iosephus *ant.* l. 11. c. 6. p. 377. τὰς δὲ αὐτὰς ἠφίει καὶ τὸ πλῆθος φωνὰς, *easdem vero etiam populus emittebat voces.* Demosthenes de *corona* p. 337. ἣν γὰρ ὁ κήρυξ κατὰ τοὺς νόμους φωνὴν ἀφίησι, *quam enim praeco secundum leges vocem emittit.* Ibid. p. 341. et 345. de epistola Philippi dicit: ταύτην τὴν φωνὴν ἐκεῖνος ἀφῆκε δι' ἐμὲ, *hanc ille vocem propter me emisit.* Aeschines *cont. Ctesiphont.* p. 276. ὅταν ἑτέραν μὲν φωνὴν ἀφίησιν ὁ νόμος, ἑτέραν δὲ ὁ ῥήτωρ, *quum aliud lex loquitur, aliud rhetor.* Interdum phrasis denotat: *sonum aliquem edere* s. *vocem inarticulatam.* Sic Plutarchus *quaest. Rom.* p. 281. de igne dicit: σβεννύμενον φωνὴν ἀφίησιν, *quando exstinguitur, vocem emittit.* Iosephus *ant.* l. 8. c. 7. p. 286. de muliere mortem filii plangente dicit: ἀνακλαιομένη καὶ φωνὰς οἵας ὑπηγόρευε τὸ πάθος ἀφιεῖσα, *flens, et voces, quas dolor exprimebat emittens.* Similis vox morientis Seruatoris inarticulata et hic intelligenda est. Μεγάλην φωνὴν dicit Demosthenes *contra Eubulidem* p. 537. ἐβλασφήμει κατ' ἐμοῦ ταχὺ, καὶ πολλὰ καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ, idem in *Olympiod.* p. 695. φωνὴν μικρὰν *vocem submissam* et μεγάλην *altam*, s. *elatam* sibimet opponit.

Ἐκπνεῖν est, *exspirare*, *mori.* Euripides in *Electra* v. 1220. μητρὸς ἐκπνεούσας. Antoninus de *reb. suis* l. 4. §. 33. ἅμα τῷ ἐκπνεῦσαι. Plutarchus de *gloria Athen.* p. 347. εἶθα εὐθὺς ἐκπνεῦσαι. Iosephus *ant.* l. 12. c. 13. p. 418. καὶ ταῦτα λέγων ἐξέπνευσεν. Vide eundem *ant.* l. 8. c. 4. p. 280. et *bell. Iud.* l. 1. c. 11. p. 732. et c. 20.

p. 772.

p. 772. Deeſt vero vox βίος ſ. ψυχή. Ita plene Euripides in *Oreſte* v. 496. ἐξέπνευσεν Ἀγαμέμνων βίον et v. 1163. ἐγὼ δὲ πάντως ἐκπνέων ψυχὴν ἐμὴν, *ego omnino exſpirans animam meam.*

v. 43.

Ἦλθεν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας εὐσχήμων βουλευτής.

Ioſephus ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας ſubaudi ὢν et verte: Ioſephus *Arimathaeenſis*, phraſis enim haec locum indicat, vnde aliquis ortus ſiue antea commoratus eſt, non ſemper vero locum domicilii innuit. Sic Ioſepho *ant.* l. 16. c. 16. p. 578. Eurycles, qui in aula Herodis commorabatur, Εὐρυκλῆς ἀπὸ Λακεδαίμονος, *Eurycles Lacedaemonius* dicitur. Idem *bell. Iud.* l. 5. c. 42. p. 902. οἱ ἀπὸ τῆς Γερμανίας ἐκράτησαν τοῦ λόφου, *milites Germani collem occuparunt.* Ibid. l. 7. c. 7. p. 947. ἑκατοντάρχης τῶν ἀπὸ τῆς Βιθυνίας. Idem *ant.* l. 8. c. 7. p. 289. Νάβουθος δέ τις ἀπὸ πόλεως ἀζάρης.

Quum Matthaeus c. 27, 57. Ioſephum ἄνθρωπον πλούσιον appellet, probabile fit vocem εὐσχήμων h. l. ſimile quid denotare. Hanc vero vocis huius notionem, qua hominem *ſpectabilem, honoratum, diuitem* deſignat, plebeiam eſſe aſſerit Phrynichus et poſt hunc Cel. Heumannus aliique. Vtuntur tamen voce hac eo ſenſu Ioſephus *vita ſua* p. 1000. vbi tres dicit fuiſſe in vrbe Tiberiade factiones, μίαν μὲν ἀνδρῶν εὐσχημόνων, *vnam ex viris ſpectabilibus*, alteram vero, ἐξ ἀσημοτάτων συνεστηκυῖαν, *ex hominibus infimae ſortis conſtantem*, et Plutarchus in *Parallelis* p. 309. Tarpeiam, quae Capitolium Sabinis prodidit, vocat, τῶν εὐσχημόνων παρθένων, *vnam ex virginibus illuſtribus.* Quod vero in hoc Plutarchi loco εὐσχημὼν idem ſit, quod, *dignitate et opibus conſpicuus*, probat Dionyſius Hal. qui *ant.* l. 2. p. 105. eandem hiſto-

riam describens, Tarpeiam hanc θυγατέρα ἀνδρὸς ἐπιφανῦς vocat.

v. 44.

Ὁ δὲ Πιλάτος ἐθαύμασεν εἰ ἤδη τέθνηκε.

Possem quidem vertere: *dubitabat, vtrum iam mortuus esset.* Occurrit vox θαυμάζειν hoc sensu apud Iosephum *ant.* l. 13. c. 6. p. 433. vbi ad Oniam templum Heliopoli aedificaturum scribunt Ptolemaeus et Cleopatra: θαυμάζομεν εἰ ἔςαι τῷ θεῷ κεχαρισμένον τὸ καθιδρυσόμενον ἱερὸν ἐν ἀσελγεῖ τόπῳ, *dubitamus, vtrum Deo acceptum futurum sit, templum in impuro loco exstruendum.* At rectius tamen in nostro loco εἰ per *quod* vertitur. Defendit hanc explicationem Raphelius *annot. Xenoph.* 1) quod satis caussae non fuerit Pilato, de fide Iosephi, qui mortuum esse testabatur, dubitandi, 2) quod, si dubitasset, non quaesiturus fuisset: εἰ πάλαι τεθνήκει, sed εἰ ἤδη τεθνήκει. Saepe profani de re sat certa loquentes θαυμάζειν eum vocula εἰ coniungunt. Demosthenes *adu. Leptinem* p. 383. θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι, θάνατος παρ' ὑμῖν ἐςὶν ἡ ζημία, *miror, quod ii, qui monetam adulterant, capite apud vos plectantur.* Apollodorus *bibl. deor.* l. 2. p. 96. de Hercule, qui Centauros sagittis confoderat, dicit: ἐθαύμασε εἰ τοὺς τηλικούτους τὸ μικρὸν διέφθειρε, *mirabatur, quod tam parua sagitta, tantos enecasset.* Maximus Tyrius *Diss.* 26. p. 260. θαυμάζεις εἰ σωκράτει συνῆν δαιμόνιον, *miraris Deum quendam adfuisse Socrati.* Isocrates *adu. Callimach.* p. 552. θαυμάζω δ' εἰ αὐτὸν μὲν ἱκανὸν γνῶναι νομίζει, *miror, quod semetipsum satis scire putet.* Philo de *migrat. Abrah.* p. 392. καὶ τί θαυμάζομεν, εἰ τὸν ὑπηγμένον κράτει πάθους ἀλόγου προτρέπει μὴ ἐνδιδόναι; *quid mirum, quod vi subactum ab irrationali adfectu, hortetur ne succumbat?*

v. 45.

v. 46.

Καὶ καθελὼν αὐτὸν ἐνείλησε τῇ σινδόνι· καὶ κατέθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ.

Καθαιρέειν est, cruciarium de cruce *detrahere* siue spirantem adhuc siue mortuum. Philo *in Flaccum* p.977. *Noui quosdam iam cruci affixos, instante tali festo, καθαιρεθέντας, de cruce depositos.* Et paulo post: ὃδ' ὃ τετελευτηκότας ἐπὶ σταυρῶν καθαιρεῖν, ζῶντας δὲ ἀνασκολοπίζεσθαι προσέταττεν, *hic vero non mortuos in cruce detrahi, sed viuentes cruci adfigi iubebat.* Iosephus *ant.* l. 6. c. 15. p. 209. de Iabesensibus Saulum cum filiis cruci adfixos detrahentibus dicit: καθελόντες τὸ σῶμα Σαὔλου καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ κομίζουσιν εἰς Ἰαβισσάν, idem in *vita sua* p. 1031. de tribus amicis suis dicit, eos Tito precibus suis exorato, viuos de cruce detractos esse, ἐκέλευσεν καθαιρεθέντας αὐτοὺς θεραπείας ἐπιμελεστάτης τυχεῖν, idem *bell. Iud.* l. 4. c. 18. p. 882. ritum quem Christum sepelientes quoque obseruabant, simul explicat, dicens: *Cum praesertim Iudaeis tanta sepulturae cura sit,* ὥστε καὶ τοὺς ἐκ καταδίκης ἀνασταυρουμένους πρὸ δύντος ἡλίου καθελεῖν τε καὶ θάπτειν, *vt etiam damnatos cruci adfixos, ante occasum solis detrahant et sepeliant.*

Κατατιθέναι est, *recondere, in sepulcro deponere, sepelire.* Diodorus Siculus l. 20. c. 24. p. 401. ὃς ταφὴν συντελέσας μεγαλοπρεπῆ, καὶ καταθέμενος εἰς τὰς βασιλικὰς θήκας τὸ σῶμα, *is sepultura magnifice peracta, postquam in regia conditoria corpus deposuerat.* Apud Plutarchum *apophth. lacon.* p. 242. filium in pugna occisum esse audiens, dicit: κάτθετε αὐτὸν, *sepelite illum, et in locum eius succedat frater eius.*

CAP. XVI. v. 8.

Εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις.

Verte: *occupauerat enim illas tremor et stupor* s. admiratio. Sic eleganter verbo ἔχειν vtuntur veteres adfectum

ἐκβαλεῖτε. Excipit quidem Cel. Heumannus occurrere et alibi in ſacris mutationes perſonarum. Quod facile concedas. Sed ad eiusmodi remedia non ſine graui cauſſa refugiendum eſt, praeſertim h. l. vbi verba perquam ſane forent obſcura et ambigua, ſi verbum ἐκβαλοῦσι de Apoſtolis intelligendum eſſet. Dein nemo vt puto negabit, dona miraculorum poſt Chriſti glorificationem, multis aliis cum apoſtolis fuiſſe communia, adeoque probabilius eſt, Chriſtum omnium credentium miracula praedicere, quam ſolis Apoſtolorum miraculis commemoratis, ea quae et alii facturi erant ſubticere. Tandem ſi de ſolis miraculis Apoſtolorum ſermo eſſet, non eiusmodi phraſi vti potuiſſet Seruator. Verba enim vertenda ſunt: *miracula haec ſubſequentur credentes.* Iam vero miracula Apoſtolorum aliorum credentium fidem non tam ſequebantur (credentes enim miraculis parum indigent) quam potius *antecedebant* fidem, et efficiebant, vt multi, per praedicationem verbi miraculis firmatam ad finem perducerentur. Vide v. 20. Non ſatis ex hoc verſu probat Cel. Heumannus etiam v. 17. tantum de apoſtolorum miraculis explicandum eſſe, quoniam v. 20. tantum de illis ſermo ſit. Sed et hoc vacillat. Ἐπακολουθοῦντα σημεῖα v. 20. ſunt miracula, quae praedicationem verbi ſequebantur. Verbi vero praecones erant praeter Apoſtolos, etiam euangeliſtae aliique multi, quibus etiam donum miraculorum diuinitus erat conceſſum. Deus igitur v. 20. omne verbum euangelii tam ab apoſtolis, quam ab aliis apoſtolorum diſcipulis praedicatum, per miracula confirmaſſe dicitur. Verba igitur noſtra: *miracula haec comitabuntur credentes* interpretor: *miracula haec patrabunt credentes.* Per credentes vero inprimis apoſtolos et reliquos omnes dono miraculorum exornatos intelligo. Sic Lucianus de *conſcrib. hiſtor.* p. 662. *Nunc autem ea vitia commemorabimus,* ὁπόσα τοῖς φαύλως συγγράφουσι παρακολουθοῦσιν, *quae a male ſcribentibus committuntur.* Explicat haec paulo poſt per verba, ἃ διαμαρτάνουσι. Poly-

Polybius l. 17. *in fine*, *ἐκ ὀκνήσομεν διασαφεῖν τὰ παρακολεθήσαντα ταῖς ἐξεσίαις αὐτῶν ἀπρεπῆ*, *non pigebit nos turpia facta recensere, quae illi, dum in magna potentia erant, admiserunt.* Obseruauit iam hunc locum ante me Raphelius *annot. Polyb.*

v. 18.

Κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, ἐ μὴ αὐτὲς βλάψῃ.

In voce *θανάσιμον*, quae adiectiua est, deest vox *φάρμακον*, *medicamentum*, sic enim Graeci et elliptice et plene scribunt. Plutarchus in *Caesare*, *τῦ δὲ ἰατρῦ θαῤῥύνοντος αὐτὸν, ὡς ὑπνώτικον ἐ θανάσιμον πεπωκότα*, *cum medicus illum bono animo esse iuberet, quod somnificum non lethale bibisset medicamentum.* Iosephus *ant.* l. 17. c. 6. p. 588. *ὅτι παρασκευασάμενος φάρμακον θανάσιμον δοίη Φερώρα*, *quod venenum paratum dedisset Pherorae*, idem l. 14. c. 25. p. 497. Euripides in *Ione* v. 616. *Ὅσας σφαγὰς δὴ φαρμάκων θανασίμων, γυναῖκες εὗρον*, *quot neces iam venenorum lethalium mulieres inuenerunt?* Plutarchus *sympos.* l. 6. qu. 4. p. 691. *τὸ ψυκτικότατον θανασίμων φαρμάκων*, *lethalium venenorum frigidissimum.*



IN

IN LVCAM.

CAP. I. v. 2.

Οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου.

Quod per vocem λόγος Chriſtus intelligatur, notione vocis in N. T. extra Iohannem adeo inſolita, re curatius expenſa, haud quiſquam facile crediderit. Vix tamen aſſentior Cel. Heumanno, qui vocem αὐτόπται a ſequentibus diuellit et τῶν πραγμάτων poſt illam ſupplet. Verbum γενόμενοι, a voce αὐτόπτης vix hic poterit ſeparari, cum duas has voces ſemper fere iungant auctores. Maximus Tyrius Diſſ. 6. p. 62. αὐτόπτας καὶ θεατὰς γενομένους τῶν αὐτῶν ἐμοί, ibid. p. 67. Κἂν τις αὐτόπτης γένηται Βαβυλῶνος κειμένης. Polybius l. 2. c. 21. p. 151. αὐτόπται γεγονότες τῶν δεινῶν. Ioſephus *cont. Apion.* l. 1. p. 1038. *Hiſtoriam vero belli conſcripſi*, πολλῶν μὲν αὐτουργὸς πράξεων, πλείστων δ' αὐτόπτης γενόμενος, *multarum actionum ipſe operator, plurimarum vero ſpectator exiſtens.* Idem *ant.* l. 19. c. 1. p. 661. Plutarchus in *parallel.* p. 310. Κυάνιππος ἀνελπίστου πράξεως αὐτόπτης γενόμενος, *Cyanippus inſperatae rei ſpectator factus.* Idem *ibid.* p. 306. et 314. item Plutarchus de *fluuiis* p. 1162. Potes quoque vocem αὐτόπται iungere cum genitiuo τοῦ λόγου, etiamſi per λόγον *verbum euangelii* intelligas. Quod *cerni* quoque et *videri* dicantur, quae auribus percipimus ipſe h. l. probat Cel. Heumannus. Sic et Aeſchines *cont. Cteſiphontem* p. 310. μὴ μόνον τοῖς ὠσὶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὄμμασι διαβλέψαντες, *non ſolum auribus, ſed et oculis perſpicientes.* Sed Apoſtoli aliique αὐτόπται non tantum *verbi*, ſed et *rerum* miraculorum ſcil. et euentuum fuerant ſpectatores, quorum fide Lucas etiam *res* narrare voluit, nec etiam Apoſtoli

Apoſtoli aliiue ἀπ᾽ ἀρχῆς *ab initio officii Chriſti prophetici* miniſtri verbi dici poſſunt, quum exiguo tempore Chriſto adhuc viuo, ipſi euangelii fuerint praecones. Verto igitur: *qui ab initio rei ſpectatores et miniſtri fuerunt.* Λόγος graecis non ſolum *verbum*, *ſermonem*, ſed et *rem*, *negotium*, de quo ſermo fit, indicat, etiam ſine *hebraiſmo*. Euripides in *Heraclid.* v. 499. cum vates Macariam virginem immolari iuberent, hanc fingit dicentem: ἐν τῷδε κεὐχόμεσθα σωθῆναι λόγῳ; *num igitur per hanc rem ſeruari gloriamur?* Et propius ibid. in *Medaea* v. 588. de nouis nuptiis loquens Iaſon ad illam veterem coniugem dicit: Καλῶς γ᾽ ἂν ἦν μοι τῷδ᾽ ὑπηρέτεις λόγῳ, *praeclare vero hac in re tuam mihi nauaſſes operam.* Leuia ſunt quae contra hanc explicationem in *Curis* ad h. l. excipit B. Wolfius. Quid mirum Lucam diuerſis vocibus τῶν πραγμάτων v. 1. et τοῦ λόγου v. 2. vti ad easdem res denotandas. Elegans eſt in vocibus ſynonymicis variatio. Dicit porro Lucam tunc non τοῦ λόγου, ſed τῶν λόγων ſcripturum fuiſſe, ſi de *rebus* loqueretur. Vt vnam *rem* ſpectat Lucas omnia, quae de Chriſto narranda erant, licet pluribus facta eſſent annis. Sic 2 Sam. 11, 27. omnia, quae Dauid cum Bathſeba et Vria nouem ad minimum menſibus egerat, dicuntur הדבר *res*, quae Deo diſplicuerit. Quoties *euangelium* vocatur λόγος, quod pluribus ſane *verbis et ſermonibus* annunciabatur?

v. 3.

Παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς.

Verbum παρακολουθεῖν h. l. non tam eſt, *attendere* alicui rei, *inueſtigare* aliquid, quod Hombergio in *Parergis* aliisque videtur, ſed potius aliquid poſt accuratam indagationem *aſſequi et intelligere.* Non enim ſola *inueſtigatio*, quae et ſine ſufficienti fructu eſſe potuiſſet, ſed accurata rerum geſtarum cognitio Lucam mouere poterat, vt animum ad ſcribendum appelleret. Et ita vox frequens auctoribus. Demoſthenes de *falſa legat.* p. 234. τὰ τούτου πονηρεύματα ἀκριβέστατα εἰδὼς ἐγὼ, καὶ

παρη-

παρηκολουθηκὼς ἅπασι, *qui scelera istius optime noui et omnia comperta habeo.* Idem adu. *Macart.* p. 658. *Necesse fortassis est rem ab initio repetere, sic enim et vos o iudices,* ῥᾷον παρακολουθήσετε ἅπασι τοῖς λεγομένοις, *facilius omnia quae dicuntur, intelligetis.* Ibid. p. 661. *Quod cum in confesso sit,* ῥᾳδίως ἤδη τοῖς ἄλλοις ὦ ἄνδρες δικασαὶ παρακολουθήσετε, *facile iam cetera, iudices, intelligetis.* Id. in *Olympiod.* p. 695. Aeschines de *falsa legat.* p. 252. *Nisi ea, quae antecedunt, audiueritis,* οὐδ᾽ ἐκείνοις ὁμοίως παρακολουθήσετε, *similiter neque haec perspicietis.* Demades de *duodec.* p. 234. dicit, vti medicus opem ferre nequeat, morbo non satis intellecto, ita nec recte iudicare posse iudicem, ἐὰν μὴ τοῖς τῆς κρίσεως δικαίοις ᾖ παρηκολουθηκὼς, *nisi omnia caussae merita perspexerit.* Strabo l. 1. p. 25. πῶς δύναται παρακολουθεῖν τοῖς λεγομένοις ἐνταῦθα; Saepe vocem habet Arrianus *Diss. epict.* e. g. l. 1. c. 6. p. 98. aliquoties. vti παρακολουθεῖν ταῖς φαντασίαις, *intelligere visa.* Ibid. rei *intellectum* παρακολούθησιν, et *facultatem intelligendi* παρακολουθητικὴν δύναμιν vocat. Ibid. c. 9. p. 107. et c. 14. p. 124. οὐ δύναμαι πᾶσιν ἅμα τούτοις παρακολουθεῖν, et l. 2. c. 24. p. 254. μήτε λόγῳ παρακολουθῶν, μήτ᾽ ἀποδείξει, et l. 3. c. 1. p. 263.

Ἄνωθεν est, *ab initio, a prima origine, ab integro.* Sic Arrianus *Diss. Epict.* l. 2. c. 17. p. 221. ἄνωθεν ἄρξασθαι, *a primis incipere initiis.*

v. 4.

Ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν.

Κατηχεῖσθαι inter voces *idioticas* refert Olearius de *stilo N. T.* p. 82. et dubitant eruditi, vtrum vox h. l. de *nuda auditione*, an de *fundamentali institutione* capienda sit. Probatos auctores verbo hoc vti probauit iam Schwarzius *in Lexico* aliique. *Fundamentalem* h. l. *institutionem* intelligi debere, ex communiori vocis vsu contra Cel. Heumannum probare nititur B. Wolfius. Sed id ipsum haud ipsi concedere opus est. Nam praeter locos Act. 21, 21. 24. vbi vox de sola *auditione* adhibetur,

etiam

etiam profani, quibus verbum hoc tamen rarum eſt, ſatis frequenter eadem notione illo vtuntur. Locum vnicum ex Plutarcho de *flumin.* in quo hoc ſenſu tota locutio *κατηχεῖσθαι περὶ τινὸς* occurrit, notauit Th. Haſaeus *biblioth. Brem.* claſſ. 4. p. 519. et ibidem, *phraſin vix occurrere dicit apud veteres.* Addam ergo quatuor locos alios ex eodem Plutarcho de *flumin.* p. 1152. cum Idas Eueni rapuiſſet filiam, de hoc dicitur: *κατηχηθεὶς δὲ περὶ τῶν συμβεβηκότων ὁ Εὔηνος, cum igitur Euenus, ea quae acciderant, fama accepiſſet.* Ibid. p. 1160. *de Eurota*, de Eurota, qui ſororem vitiauerat, dicitur: *τῇ δὲ ἐπιέσῃ τῶν ἡμερῶν, κατηχηθεὶς περὶ τῶν συμβεβηκότων, poſtero die, cum ea, quae acciderant, comperiſſet.* Ibid. p. 1161. *Λυσίππη δὲ τῦ προειρημένυ μήτηρ κατηχηθεῖσα περὶ τῶν συμβεβηκότων, Lyſippe illius, quem diximus mater, cum ea, quae contigerant, didiciſſet*, et p. 1162. *Ἀράξης δὲ περὶ τῶν συμβεβηκότων κατηχηθεὶς καὶ ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς, Araxes, cum illa quae contigerant audiuiſſet, et contriſtaretur.* Sic et Philo *leg. ad Caium* p. 1020. *κατήχηται δὲ ὅτι καὶ πάντων ἱερῶν τῶν πανταχῦ κάλλιςόν ἐςιν, audiuit id eſſe templum toto orbe pulcherrimum.* In verbis Lucae ſane *κατηχεῖσθαι* eſt, *qualicunque imbui cognitione* etiam non accurata ſatis. Opponitur enim *τῇ ἀσφαλείᾳ*, cognitioni certiori et vberiori.

v. 5.

Ἐξ ἐφημερίας ἀβιά.

Per *ἐφημερίαν* proprie: *miniſterium* diurnum, vel generatim *miniſterium* ad ſtata tempora reſtrictum intelligitur, et in verſione graeca V. T. de cultu publico a ſacerdotibus mutata in ſingulas hebdomades vice peracto adhibetur, e. g. 2 Paral. 13, 10. pro hebraico מלאכה graece eſt *ἐφημερία* vti et ſaepe pro voce משמרת. Deinde metonymice vti h. l. *ἐφημερίαι* dicuntur *claſſes* ſacerdotum, qui in hebdomades hac ſacerdotii vice fungebantur. Sic ſaepe LXX. int. pro מחלקת *diuiſio*, ponunt hanc vocem e. g.

1 Par.

1 Par. 28, 13. τῶν ἐφημεριῶν τῶν ἱερέων καὶ τῶν λευιτῶν, *classium sacerdotum et Leuitarum.* Vocem *hellenisticam* esse putat Grotius. Sed vtitur tamen illa quoque Iosephus, qui *ant.* l. 12. c. 8. p. 411. Matthiam Maccabaeorum parentem ἱερέα ἐξ ἐφημερίας Ἰωάριβος, *sacerdotem ex classe Ioiarib* vocat, quum has classes alibi ἐφημερίδας s. πατριὰς soleat adpellare.

v. 15.

Πνεύματος ἁγίε πλησθήσεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτε̃.

Significatus voculae ἔτι h. l. torsit interpretes. Beza vertit: *etiam.* Grotius eam aut abundare aut per *etiam* verti debere iudicat. Sed verte cum Erasmo aliisque: *implebitur iam inde ab vtero matris suae*, ita vt ἔτι ponatur pro ἤδη. Admittere se hanc velle enallagen dicit Beza, si exemplo scriptoris idonei esset confirmata. Imo B. Wolfius in *Curis* ad Ioh. 4, 35. vereri se dicit, vt exemplum huius significatus ex idoneo scriptore adferri possit. En ergo exempla. Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 365. ἀρχομένης ἔτι νυκτὸς, *nocte iam incipiente.* Ibid. l. 7. p. 463. ἕωθεν ἔτι κατεῖχε τὴν ἀγορὰν, *iam inde a summo mane forum occupabat*, ibid. l. 11. p. 716. ὁ νῦν πρῶτον ἀκήκοα ἀλλὰ παλαιότερον ἔτι, *non nunc primum audiui, sed iam pridem.* Philo *legat. ad Caium* p. 1016. ὡς ἐνετράφης ἐξ ἔτι σπαργάνων, *quibus iam inde ab incunabulis innutritus es.* Pausanias *in Boeot.* s. l. 9. p. 546. πρότερον ἔτι ἢ Δαίδαλος ὁ Παλαμάονος ἐγένετο, *iam ante natum Daedalum Palamaonis filium.* Ibid. p. 548. ἔν τε τῇ πρὸς Μαρδόνιον μάχῃ καὶ ἔτι πρότερον, *in pugna cum Mardonio imo iam antea.* Plutarchus *consol. ad Apoll.* p. 104. πόῤῥωθεν ἡμῖν καὶ ἔτι ἀπ' ἀρχῆς ἠκολούθηκεν, *eminus et iam inde ab initio nos persecuta est.* Idem *de tuenda sanit.* p. 122. ἐφ' ἡμᾶς ἐχώρει βοῶν ἔτι πρόσωθεν, *ad nos perueniebat, iam eminus clamans.* Idem in *Timoleonte* p. 240. καλε̃ντος αὐτε̃ς ἔτι πάλαι προθύμως Ἀνδρομάχε, *cum iam dudum propense illos inuitasset Andromachus.* Isaeus *orat.* 3. sub init. ἔτι πρότερον, *iam antea.*

O v. 46.

v. 46.

Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον.

Verbum μεγαλύνειν h. l. est, *praedicare*, *laudibus extollere*, *verbis celebrare*. Sic Plutarchus in *Gracchis* p. 838. ἐπὶ τούτοις τοῦ δήμου μεγαλύνοντος αὐτὸν, *has ob res populo eum in coelum laudibus ferente*. Ibid. in *Cicerone* p. 872. τῷ δ' ἐπαινεῖν ἀεὶ καὶ μεγαλύνειν αὐτὸς ἑαυτόν. Idem *apophth. Lacon.* p. 233. μεγαλυνομένου τινὸς ἐπὶ τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ, *cum quidam ob artem rhetoricam se iactaret*. Idem *de sui laude* p. 546. μεγαλύνοντες αὐτοὺς ὡς περὶ ταῦτα θαυμασίους δή τινας γενομένους. Vide et Elsnerum.

v. 62.

Τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν.

Eleganter cum ellipsi dicitur, τί θέλοι καλεῖσθαι, pro, κατὰ τί ὄνομα, *quonam nomine* s. *quomodo* vocari velit. Sicque cum verbis *nuncupandi*, pronomina τί, ὅ, ὅ, τι, τοῦτο, pro aduerbiis πῶς, καθὼς, οὕτως graece ponuntur. Demosthenes de *corona praef. naual.* p. 717. *Vos autem, qui ne acceptis quidem malis sapitis*, τί τις καλέσειεν ἂν, *quo nomine quis appellet?* Hippocrates in *Epistolis* sect. 8. p. 13. σὲ δὲ ἔφη τί καλέομεν; *te vero quonam nomine vocauero?* Alexis apud Athenaeum l. 10. p. 443. ὁ δὲ ἕτερος, τί ἂν τύχοιμι ὀνομάσας, *sin autem alius*, *quo nomine appellabo?* Iosephus *bell. Iud.* l. 4. c. 12. p. 872. τοῦτο γὰρ αὐτοὺς ἐκάλεσαν, *hoc enim nomine se ipsos appellabant*. Plutarchus *fort. Alexand. or.* 1. p. 334. *Alexander Pheraeorum tyrannus*, ἔδει δὲ τοῦτο μόνον αὐτὸν καλεῖσθαι, *hoc vero solo nomine illum appellari par erat*. Idem in *Arato* p. 1048. vrbem Mantineam Antigoniam vocatam esse dicens, addit, ὃ καὶ μέχρι νῦν καλεῖται, *quemadmodum et ad hunc diem vocatur*. Paulo plenius Euripides in *Cyclope* v. 545. εἰπὲ τοὔνομ', ὅ, τι σε χρὴ καλεῖν, *dic nomen, quo te oportet vocari*. Articulus τὸ ante τί abundat, vt in hoc Iosephi *bell. Iud.* l. 4. c. 15. p. 877. ἠπόρουν, τὸ τί χρὴ πράττειν, *quid faciendum sit haesitabant*.

v. 63.

v. 63.

Καὶ αἰτήσας πινακίδιον ἔγραψε λέγων.

Qui haec verba sic explicant: *scripsit et simul recepta loquendi facultate dixit*, ii hunc sensum non satis probant ex *admiratione* paulo post orta. Caussae enim admirationis erant et matris consilium et consensus patris inopinatus, nomen adeo insolitum filio imponendi. Si verba forent: ἐξεπλήσσοντο, vel ἐξίσαντο, *obstupuerunt omnes*, tutius concluderes, grauiorem fuisse huius caussam, restitutum scilicet Zachariae vsum loquelae. Nondum igitur reiicienda est interpretatio, quae ita transfert: ἔγραψε λέγων, *scripsit in haec verba*, s. *hunc in modum.* Sic praeter interpr. graecos V. T. quoque Iosephus loquitur *ant.* l. 11. c. 3. p. 359. de Cambyse dicens: κινεῖται πρὸς τὰ δεδηλωμένα, καὶ γράφει τάδε λέγων, *ad illa quae indicabantur commotus hunc in modum scribebat.* Ibid. c. 4. p. 366. ἀντιγράφει τῷ Σισίνῃ, καὶ τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ τάδε λέγων, *rescripsit Sisini et sociis eius hoc modo.* Paulo diuersum est hoc Euripidis in *Hippolyto* v. 865. ἴδω τί λέξαι δέλτος ἥδε μοι θέλει, *videbo, quid mihi litterae istae dicere velint.*

v. 64.

Ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει εὐλογῶν τὸν θεόν.

Durius dictum videtur de lingua, *quod aperta sit*, et tamen vocem γλῶσσα cum ἀνεῴχθη construunt plerique interpretes. Mirum esse dicit Cel. Elsnerus, quod omnes interpretes verum huius loci sensum non sint assecuti. Ego vero miror, quod nouam hic explicationem excogitans insigne παρόραμα commiserit doctiss. Elsnerus. Delendum putat comma post αὐτοῦ, et transfert: *et lingua eius etiam loquebatur laudans Deum.* Refutarunt hanc explicationem Wolfius in *Curis* et H. B. Starkius in *notis select.* N. T. p. 86. Neuter tamen obseruauit momentum, quod vnico ictu totam prosternit sententiam, tum scilicet,

fi vox *εὐλογῶν* ad *γλῶσσαν* referatur, dici debuisse: *εὐλογοῦσα τὸν Θεόν.* Omnino igitur inhaerendum est interpretationi veteri, vt et os et lingua aperta esse dicantur. Non recoquam quibus phrasin emolliuerunt alii. Praecipuum est, quod attulerunt plerique, *ἀνοίγειν* ad imitationem hebraei פתח notionem tam *soluendi*, quam *aperiendi* recipere, quemadmodum Marc. 7, 34. *διανοίχθητι* ad illum dicitur, cuius et aures erant aperiendae et lingua soluenda v. 35. Notes tamen, vt addam dictis aliorum symbolam, locum Themistii *orat.* 15. *de regia virt. ad Theodos.* p. 185. *διὰ τί μοι τῆς αὐλῆς ἡ γλῶττα ἀποκεκλείσεται; cur mihi in aula lingua claudetur?* Si igitur *lingua claudi* potest: recte quoque dicetur illam *aperiri.*

V. 70.

Τῶν ἁγίων τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ.

Οἱ *ἀπ᾽ αἰῶνος*, sunt, *ii qui inde ab omni aeuo*, s. *ab antiquissimis temporibus* post hominum memoriam, vixerunt. Sic vt prophetae inde a Mosis temporibus viuentes intelligantur. Sic phrasis haec Act. 3, 21. occurrit et hebraicum מעולם Gen. 6, 4. vertitur *οἱ ἀπ᾽ αἰῶνος.* Vtuntur locutione etiam profani. Diogenes Laertius de Lacyde dicit l. 4. c. 8. §. 4. *μόνος τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος, solus ex omni memoria viuus Phocensibus Telecli et Euandro scholam tradidit.* Diodorus Siculus l. 17. c. 1. p. 91. *πάντας τοὺς ἐξ αἰῶνος τῇ μνήμῃ τῶν ἔργων παραδεδομένους βασιλεῖς, omnes reges, quorum facta ab omni aeuo memoriae prodita sunt.* Iosephus *bell. Iud.* in Prologo p. 706. *τὰ γοῦν πάντων ἀπ᾽ αἰῶνος ἀτυχήματα, omnium igitur post hominum memoriam calamitates.* In *marmoribus Oxon. marm.* 3. p. 70. *edit. Prideaux* Septimius Publius citharoedus dicitur, *πρῶτος τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος νικήσας τοὺς ὑπογεγραμμένους ἀγῶνας, primus, qui post homines natos, vicit subscripta certamina.*

CAP.

CAP. II. v. 4.

Διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυίδ.

Merito hic diſtinguunt interpretes *οἶκον* et *πατριὰν*, male tamen Grotius *πατριὰν* partem eſſe putat τοῦ *οἴκου*, ita vt per *οἶκον* poſteri Ram, ex quibus ortus erat Dauid, per *πατριὰν* vero poſteri Dauidis ipſius intelligantur. Nam ἡ *πατριά τινὸς*, non eſt *familia* ab aliquo orta, ſed *familia* cuius membrum et pars aliquis eſt. Sic apud Ioſephum *ant.* l. 6. c. 5. p. 175. ortum ſe eſſe, dicit Saulus e tribu viliori, *καὶ πατριᾶς ταπεινοτέρας τῶν ἄλλων πατριῶν*, *et familia humiliore aliis familiis.* Ibid. p. 176. Saulus ex *πατριᾶς familia* Matri fuiſſe dicitur, hancque *familiam* 1 Sam. 9, 21. *πατριὰν ſuam familiam* idem vocat. Hinc משפחות *familiae*, quae plures continebant *οἴκους* ſaepe per *πατριὰς* vertuntur. Sic 2 Sam. 14, 7. *ἐπανέστη ὅλη ἡ πατριά*, contra mulierem ſcilicet, quae nonniſi vnicum filium habere ſe ſimulabat. *Οἶκοι* vero metonymice ſunt homines, qui in vna domo continentur, et ſenſu ſtrictiori, illi, qui ab vno patre familias orti ſunt. Sic Ocellus Lucanus de *vniuerſo* c. 4. p. 533. dicit, per coniugum diſſidia non ſolum *οἴκους κακοδαίμονας ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις*, *familias*, *ſed etiam vrbes infelices* reddi. Paulo poſt dicit, *μέρη γὰρ τῶν πόλεων οἱ οἶκοι*, et p. 534. multum conferre aſſerit ad proſperum reipublicae ſtatum, *οἴκων κατάστασιν καὶ συναρμογὴν*, *domuum conſenſum et concordiam.* Imo in V. T. ſaepe בית דויד et graece *οἶκος Δαυίδ* dicitur, vbi non niſi *poſteri Dauidis* intelligendi ſunt, e. g. 1 Reg. 12, 16. 19. 20. 26. c. 13, 2. c. 14, 8. Ieſ. 7, 2. 13. E Domo igitur Dauidis vti Maria c. 1, 27. ita et h. l. erat Ioſephus, quoniam ad Dauidem genus referebant, e *familia* vero ſ. *πατριᾷ* Dauidis erat, quoniam eoſdem habebat cum Dauide maiores, ſ. per *πατριὰν*, poſteros Boaſi, ſ. alterius cuiuſdam e progenitoribus Dauidis intelligas. Si vocem *οἶκος* ſenſu latiori cum Grotio ſumeres, ea difficultas emergeret, vt Mariam non e ſemine Dauidis pro-

 gnatam,

gnatam, sed tantum e consanguineis Dauidis ortam secundum c. 1, 27. dicere posses.

v. 8.

Ἀγραυλοῦντες καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν.

Ἀγραυλεῖν est, ἐν τοῖς ἀγροῖς αὐλίζεσθαι, cumque αὐλίζεσθαι interdum sit, *pernoctare*, h. l. per ἀγραυλοῦντας, *in agris pernoctantes* nonnulli intelligunt, qui tamen vsus vocis ἀγραυλεῖν mihi nec a Bocharto nec Elsnero satis probatus esse videtur, et praeterea haec notio h. l. nec necessaria nec satis apta est, cum tempus nocturnum hic voce τῆς νυκτὸς satis determinetur. Verbum vero hoc 1) *sub dio versari*, *in agris sub dio degere* denotat. Hinc ποιμένες ἄγραυλοι, *pastores in agro versantes* dicuntur ab Homero *Iliad.* Σ. v. 162. Sic Aristoteles de *mirabil. auscult.* p. 1085. narrari dicit, quod origano sibi medeantur deuorato serpente testudines, πολλοὺς δὲ ἀποπειράζοντας τῶν ἀγραυλέντων, εἰ τοῦτο ἀληθές ἐστιν, *et multos ruri degentes experiri voluisse, vtrum hoc verum sit.* Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 31. de Caco quodam latrone dicit, τοὺς εἰωθότας αὐτῷ συναγραυλεῖν συνεκάλει, *eos, qui cum illo in agris degere solebant, conuocabat.* Ad hanc vocis notionem pertinent loci Parthenii ab Elsnero, et Strabonis ab Elsnero et Bocharto allati, nec rite explicati. Sed neque hanc significationem hic puto locum habere; nam pastores *sub tectis non* esse *versatos*, satis per id indicatur, quod *excubauerint.* Hic igitur illam verbi ἀγραυλεῖν significationem valere opinor, qua illud 2) *rusticari*, siue *extra vrbem in agris degere* denotat. *In agris* et graece ἐν ἀγρῷ is est, qui *extra vrbem* est, siue is sub tecto, aut tentorio, siue sub dio degat. Sic apud Euripidem in *Electra* v. 342. πύλαι ἄγραυλοι *portae agrestes* vocantur portae aedium hominis cuiusdam rustici. Et Diodorus Siculus l. 20. c. 66. p. 437. ciuibus Agrigentinis, qui ἐν ἀνέσει καὶ σκιατροφίᾳ, *in otio et vmbra* effeminati fuerant,

fuerant, opponit milites Leptinis ἐν ἀγραυλίαις καὶ συνεχέσι ϛρατείαις γεγυμνασμένους, *commoratione in agris et perpetua militia exercitatos.* Vbi sub voce ἀγραυλία etiam *commoratio sub tentoriis* continetur. Verbum ipsum habet Plutarchus in *Numa* p. 61. Νουμᾶς ἐκλιπὼν τὰς ἐν ἄϛει διατριβὰς, ἀγραυλεῖν τὰ πολλὰ καὶ πλανᾶσθαι μόνος ἤθελεν, *Numa relicta vita vrbana, plerumque rusticari et errare solus voluit, egitque in lucis Deorum sacrisque pratis et solitudinibus.* Pastores igitur ἀγραυλοῦντες me iudice h. l. sunt illi, qui non ex vrbe Bethlehemo erant, sed in agris extra vrbem sua vel domicilia vel tentoria habebant, ita vt generatim vertere possis, *rusticantes*, s. *in agris degentes*, etiamsi non sub dio fuerint; excubare enim non sub dio tantum, sed et in tentoriis poterant.

Phrasin φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς, in *hebraismis* sine necessitate ponit Lud. Capellus. Φυλακαὶ τῆς νυκτὸς sunt idem quod φυλακαὶ νυκτεριναί. Verto igitur phrasin: *vigilias nocturnas obseruantes*, s. *in vigiliis nocturnis excubantes.* Sic Plutarchus in *Apophth.* p. 198. τὰς δὲ νυκτερινὰς φυλακὰς ἐκέλευε φυλάσσειν, ἄνευ λόγχης καὶ ξίφους, *vigilias nocturnas obseruare iubebat, sine hasta et gladio.* Dionysius Hal. *ant.* l. II. p. 720. ἰδόντες δὲ αὐτὸν οἱ πρὸ τοῦ ϛρατοπέδου τὰς φυλακὰς φυλάττοντες, *cum illi, qui ante castra vigilias obseruabant, eum viderent.* Ibid. l. 6. p. 352. φυλακὴν καὶ κόσμον φυλάττοντας, *excubias et ordinem seruantes.* Phrasis quoque in genere, *tueri* et *custodire* significat. Demosthenes de *Haloneso* p. 31. ὡς ἄνευ Φιλίππου, οὐδὲ τὴν ἐν τῇ θαλάττῃ φυλακὴν δυνατοί ἐϛε φυλάττειν, *quod sine Philippo, ne mare quidem possitis tueri*, s. *maris peragere custodiam.*

v. 19.

Πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς.

Cel. Elsnerus vertit: *seruabat verba illa, mentem eorum probe assecuta in animo suo.* Denotat interdum συμ-

βάλλειν *rem satis, et recte et certo intelligere*, vt in hoc Dionysii Hal. *ant.* l. 11. p. 733. ȣ̓ δύνασθαι συμβάλλειν ἐπὶ τίνι λόγῳ δικαίῳ; εἰκάζειν δὲ μίαν αἰτίαν, *non posse se satis intelligere, quamnam ob iustam caussam, vnam tamen se coniicere.* Sic et de Iosepho somnium principis pistorum explicante dicit Iosephus *ant.* l. 2. c. 3. p. 42. συμβαλὼν τῷ λογισμῷ τῷ ὄναρ, *somnium intellectu satis assequens.* Sed rarior est haec vocis notio, quae etiam in plurimis exemplis ab Elsnero productis locum non habet. De Maria sane dici haud potest, illam omnia quae Lucas c. 1. et 2. de Iesu narrauit, *probe assecutam* esse, cum per gradus crescere in hominibus soleat cognitio et fides, imo de Maria, cum iam miris euentibus et documentis pluribus, certiorem et pleniorem de Christo scientiam habere posset, tamen c. 2, 50. 51. dicatur, illam, licet alta mente reponeret, quae filio acciderant, eius tamen ne verba quidem intellexisse. Συμβάλλειν de rebus obscurioribus, e. g. oraculis, somniisue, dicitur, et illas, *coniicere, coniectura assequi, interpretari* denotat. Sicque συμβάλλειν distinguitur a γινώσκειν. Aristophanes in *Vespis* p. 435. Morbo dicit aliquem aegrotare, ἣν ȣ̓δ᾽ ἂν εἷς γνοίη πότ᾽ ȣ̓δ᾽ ἂν ξυμβάλοι, *quem nemo cognoscere, neque coniecturam de illo facere possit.* In plerisque igitur locis vox indicat, *coniectando aliquam rei notitiam s. de ea opinionem obtinere, quae tamen aut non in omnibus vera, aut incerta saltem.* Sic Achilles Tatius l. 7. p. 453. τάχα μȣ τὴν μορφὴν συνεβάλλετο, *formam meam fortasse coniectura assequebatur.* Iosephus *bell. Iud.* l. 3. c. 24. p. 851. de se ipso dicit: ἦν δὲ περὶ κρίσεις ὀνείρων ἱκανὸς συμβάλλειν, *erat vero in somniorum interpretationibus aptus, ad coniicienda illa, quae ambigue a Deo dicebantur.* Strabo l. 2. p. 157. ἐκ δὲ τȣ́τȣ συμβαλόντα τὸν Εὔδοξον, *ex his Eudoxum collegisse posse Lybiam nauigio circumiri.* Aelianus *hist. animal.* l. 1. c. 11. de apibus dicit, eas συμβάλλειν *coniectura assequi* pluuias et frigora futura. Plutarchus *quaest. graec.* p. 291. conipodas dicit appellari, ὡς συμβαλεῖν ἐστιν, *vti coniectari possit*, a pedibus puluerulentis.

lentis. Imo interdum συμβάλλειν idem est quod λογίζεσθαι, *rem perpendere*, et re perpensa in aliquam de illa opinionem peruenire. Sic Iosephus de *bello Iud.* l. 3. c. 21. p. 848. de Vespasiano dicit, συμβαλὼν ὑπολείπεσθαί τινα πόνον, *laborem aliquem superesse re perpensa existimans*, vbi paulo ante verba λογίζεσθαι et οἴεσθαι vt synonyma τοῦ συμβάλλειν ponuntur. In Luca igitur plures notiones sunt coniungendae. 1) Maria res quae acciderant solicite animo voluebat. 2) Coniectura illas partim recte assequebatur, fluctuante tamen aliquatenus animo, neque ex scrupulis satis eluctante. 3) Adhaerebant huic cognitioni coniiciendo enatae sui naeui, ita vt aliqua non satis distincte, aliqua non satis vere intelligeret Maria.

v. 29.

Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου δέσποτα.

Ἀπολύειν est, *exsoluere*, *dimittere*, *facultatem e vita migrandi concedere*. Adhibetur vox de seruis vel militibus, quum dimittuntur, s. seruitutis vel militiae vinculis exsoluuntur. Sic Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 571. καὶ τοὺς στρατιώτας ἀπολύσας ἐπὶ τὰ οἰκεῖα, *et milites domum dimittens*. Familiare vero graecis erat, vt animam spectarent corpori veluti vinculis et carceri inclusam, vt mors veluti vinculorum horum esset dissolutio. Hinc Porphyrius apud Stobaeum *serm.* 117. p. 599. mortem vulgo cognitam, fieri dicit, λυομένου τοῦ σώματος ἀπὸ τῆς ψυχῆς, *corpore ab anima soluto*, mortem philosophi vero accidere, λυομένης τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος. Hinc Deus homines dicitur ἀπολύειν, quod is eos e vita *dimittit*, et corporis vinculis *exsoluit*, sicque Deus homines *dimittere*, hi vero *abire* i. e. mori dicuntur, vt in hoc Antonini de *rebus suis* l. 12. in fine: ἄπιθι οὖν ἵλεως, καὶ γὰρ ὁ ἀπολύων ἵλεως, *abi igitur placidus*, *nam etiam ille*, *qui* (ex vita) *dimittit placidus* s. *propitius est*. Subaudiri vero potest vel ἐκ τοῦ σώματος, vti palam fit ex hoc loco Platonis ex *Phaedone*, quem exscripsit Plutarchus *consol. ad*

βάλλειν rem ſatis, et recte et certo intelligere, vt in hoc Dionyſii Hal. *ant.* l. 11. p. 733. *ὀ δύνασθαι συμβάλλειν ἐπὶ τίνι λόγῳ δικαίῳ, εἰκάζειν δὲ μίαν αἰτίαν, non poſſe ſe ſatis intelligere, quamnam ob iuſtam cauſſam, vnam tamen ſe coniicere.* Sic et de Ioſepho ſomnium principis piſtorum explicante dicit Ioſephus *ant.* l. 2. c. 3. p. 42. *συμβαλὼν τῷ λογισμῷ τῷ ὄναρ, ſomnium intellectu ſatis aſſequens.* Sed rarior eſt haec vocis notio, quae etiam in plurimis exemplis ab Elsnero productis locum non habet. De Maria ſane dici haud poteſt, illam omnia quae Lucas c. 1. et 2. de Ieſu narrauit, *probe aſſecutam* eſſe, cum per gradus creſcere in hominibus ſoleat cognitio et fides, imo de Maria, cum iam miris euentibus et documentis pluribus, certiorem et pleniorem de Chriſto ſcientiam habere poſſet, tamen c. 2, 50. 51. dicatur, illam, licet alta mente reponeret, quae filio acciderant, eius tamen ne verba quidem intellexiſſe. *Συμβάλλειν* de rebus obſcurioribus, e. g. oraculis, ſomniisue, dicitur, et illas, *coniicere, coniectura aſſequi, interpretari* denotat. Sicque *συμβάλλειν* diſtinguitur a *γινώσκειν*. Ariſtophanes in *Veſpis* p. 435. Morbo dicit aliquem aegrotare, *ἣν οὐδ' ἂν εἷς γνοίη πότ' οὐδ' ἂν ξυμβάλοι, quem nemo cognoſcere, neque coniecturam de illo facere poſſit.* In plerisque igitur locis vox indicat, *coniectando aliquam rei notitiam* ſ. *de ea opinionem obtinere, quae tamen aut non in omnibus vera, aut incerta ſaltem.* Sic Achilles Tatius l. 7. p. 453. *τάχα μου τὴν μορφὴν συνεβάλλετο, formam meam fortaſſe coniectura aſſequebatur.* Ioſephus *bell. Iud.* l. 3. c. 24. p. 851. de ſe ipſo dicit: *ἦν δὲ περὶ κρίσεις ὀνείρων ἱκανὸς συμβάλλειν, erat vero in ſomniorum interpretationibus aptus, ad coniicienda illa, quae ambigue a Deo dicebantur.* Strabo l. 2. p. 157. *ἐκ δὲ τούτου συμβαλόντα τὸν Εὔδοξον, ex his Eudoxum collegiſſe poſſe Lybiam nauigio circumiri.* Aelianus *hiſt. animal.* l. 1. c. 11. de apibus dicit, eas *συμβάλλειν coniectura aſſequi* pluuias et frigora futura. Plutarchus *quaeſt. graec.* p. 291. conipodas dicit appellari, *ὡς συμβαλεῖν ἐστιν, vti coniectari poſſit*, a pedibus pulverulentis.

lentis. Imo interdum *συμβάλλειν* idem est quod *λογίζεσθαι*, *rem perpendere*, et re perpensa in aliquam de illa opinionem peruenire. Sic Iosephus de *bello Iud.* l. 3. c. 21. p. 848. de Vespasiano dicit, *συμβαλὼν ὑπολείπεσθαί τινα πόνον*, *laborem aliquem superesse re perpensa existimans*, vbi paulo ante verba *λογίζεσθαι* et *οἴεσθαι* vt synonyma *τῦ συμβάλλειν* ponuntur. In Luca igitur plures notiones sunt coniungendae. 1) Maria res quae acciderant solicite animo voluebat. 2) Coniectura illas partim recte assequebatur, fluctuante tamen aliquatenus animo, neque ex scrupulis satis eluctante. 3) Adhaerebant huic cognitioni coniiciendo enatae sui naeui, ita vt aliqua non satis distincte, aliqua non satis vere intelligeret Maria.

v. 29.

Νῦν ἀπολύεις τὸν δῦλόν σῦ δέσποτα.

Ἀπολύειν est, *exsoluere*, *dimittere*, *facultatem e vita migrandi concedere*. Adhibetur vox de seruis vel militibus, quum dimittuntur, s. seruitutis vel militiae vinculis exsoluuntur. Sic Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 571. *καὶ τὰς στρατιώτας ἀπολύσας ἐπὶ τὰ οἰκεῖα*, *et milites domum dimittens*. Familiare vero graecis erat, vt animam spectarent corpori veluti vinculis et carceri inclusam, vt mors veluti vinculorum horum esset dissolutio. Hinc Porphyrius apud Stobaeum *serm.* 117. p. 599. mortem vulgo cognitam, fieri dicit, *λυομένυ τῦ σώματος ἀπὸ τῆς ψυχῆς*, *corpore ab anima soluto*, mortem philosophi vero accidere, *λυομένης τῆς ψυχῆς ἀπὸ τῦ σώματος*. Hinc Deus homines dicitur *ἀπολύειν*, quod is eos e vita *dimittit*, et corporis vinculis *exsoluit*, sicque Deus homines *dimittere*, hi vero *abire* i. e. mori dicuntur, vt in hoc Antonini de *rebus suis* l. 12. in fine: *ἄπιθι ὖν ἵλεως, καὶ γὰρ ὁ ἀπολύων ἵλεως*, *abi igitur placidus*, *nam etiam ille*, *qui* (ex vita) *dimittit placidus* s. *propitius est*. Subaudiri vero potest vel *ἐκ τῦ σώματος*, vti palam fit ex hoc loco Platonis ex *Phaedone*, quem exscripsit Plutarchus *consol. ad*

 Apoll.

Apoll. p. 108. Iubens homines quam minimum commercii cum corpore habere debere, dicit: *ἀλλὰ καθαρεύωμεν ἀπ᾽ αὐτῦ, ἕως ἂν ὁ Θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς, sed ab eo puros nos conseruemus, donec ipse Deus nos exsoluat.* Aut etiam supplere potes: *ἀπολύειν τῦ ζῆν.* Sic apud Plutarchum *apophth. Lac.* p. 241. impia mater spartana ad filium criminis accusatum dicit: *Τέκνον ἢ τὰς αἰτίας ἢ σεαυτὸν τῦ ζῆν ἀπόλυσον, fili te aut accusatione aut vita exsolue*, et apud Diogenem Laërtium l.6. c. 1. §. 10. optabat Antisthenes, vt aliquis illum, *ἀπολύσῃ τῶν πόνων ὃ τῦ ζῆν, doloribus non vero vita exsoluat.*

v. 35.

Καὶ σῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία.

Gladio animum Mariae transfigendum esse dicitur translate, vt innuatur, *illam summum dolorem esse percepturam;* cumque proxime antecedat, Christum *signum fore contradictionibus expositum*, liquet, caussam doloris Mariae eam innui: cum Christo eiusque doctrinae tot impiorum Iudaeorum se opponerent agmina, Christumque tot aduersitates et mors denique ignominiosa in cruce exciperent. Graeci *dolorem acutiorem* indicaturi *vulnerari* aliquem, et vel *sagittis* vel *gladiis* aut simili modo *transfigi* dicunt. Sic de *dolore corporis* apud Lucianum in *Ocypo* p. 1074. Ocypus podagra laborans dicit: *Κατὰ ποδῶν τοξεύομαι, per pedes sagittis veluti transfigor.* Homerus *Iliad.* I. v. 269. *ὡς δ᾽ ὅταν ὠδίνεσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα, veluti quum parturientem tenet telum acutum mulierem, vbi scholia minora, βέλος ὀξὺ* explicant, *ἡ σφοδρὰ ὀδύνη οἷον ἡ τιτρώσκεσα.* Iisdem phrasibus *dolores* quoque *animi* exprimuntur. Philo *legat. ad Caium* p. 1021. cum Caius imaginem suam in templo Hierosolymis: poni iussisset, dicit: *ταῦτα ἀκέοντες ἐφ᾽ ἑκάστε ῥήματος καὶ ὀνόματος ἐτιτρωσκόμεθα τὰς ψυχὰς, his auditis ad singula verba atque nomina animo vulnerati sumus.* Pindarus in *Nem.* od. II. v. 12. Aristagorae adprecatur, vt magistratum annuum absoluat, *σὺν ἀτρώτῳ κραδίᾳ, animo non vulnerato.* Euripides in *Ione*

Ione v. 766. διαντᾶιος ἔτυπεν ὀδύνα με, πνευμόνων τῶνδ᾽ ἔσω, *penetrans dolor ſauciauit me, intra pulmones iſtos.* Homerus *Iliad.* T. v. 125. τὸν δ᾽ ἄχος ὀξὺ κατὰ φρένα τύψε βαθεῖαν; *hunc vero dolor acutus in mente vulnerauit profunda.* Imo Plutarchus de *his qui ſero pun.* p. 567. cruciatus animae Neronis apud inferos deſcribens, illam διαπεπαρμένην ἥλοις διαπύροις, *clauis candentibus transfixam* viſam eſſe perhibet. Sic et in ſacris 1 Tim. 6, 10. impii περιπείρειν ὀδύναις πολλαῖς, *multis transfigere* ſeipſos *doloribus* dicuntur, vbi vide dicenda.

v. 38.

Καὶ αὕτη αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιςᾶσα ἀνθομολογεῖτο τῷ κυρίῳ.

Verba ὁμολογεῖσθαι, ἐξομολογεῖσθαι ἀνθομολογεῖσθαι, *cum laudare, gratias agere* denotant, in *hebraiſmis* cenſentur, volente id inprimis Vorſtio *philol.* S. P. 1. c. 5. p. 137. et memoria lapſus ad Matth. 3, 6. in *Curis* ſuis ſcripſit Wolfius, Elsnerum iſto loco verbum ἐξομολογεῖσθαι ab hebraiſmi ſuſpicione vindicaſſe. Hebraiſmum tamen amoliri conatus eſt ab his vocibus Cel. Georgi in *Vindic. N. T. ab. hebr.* p. 128. Sed adeo parum is ſatisfecit Schoetgenio, vt ille in *Horis hebr.* T. 2. p. 990. 991. vocem ἐξομολογεῖσθαι, *gratias agere* ab hebraiſmi ſuſpicione liberandam ſpeciminis loco proponeret aſſertoribus ſtili N. T. ſiue illi *templis praefecti* ſint, ſiue *agriculturam exerceant*, per quos in nominibus ludens Schoetgenius Cel. Kirchmayerum et Cel. Georgium intelligit. Addam quid mihi videatur. Vox הודה apud hebraeos proprie eſt, *confiteri:* ſi vero *gratias agere*, ſiue, quod parum differt, *laudare* denotat: tum, praeſertim, ſi cum datiuo iungitur, ſubauditur חסד *gratia* vel שבח *laus*, vel ſimilia. Plena phraſis ſæpius occurrit Pſal. 107. e. g. v. 8. יודו ליהוה חסדו, imo frequentius verbum hoc de *gratiarum actione*, quam de *laudibus* in genere adhibetur. Similí phraſi dicunt profani ὁμολογεῖσθαι et ἀνθομολογεῖσθαι χάριν. Lucianus in *abdicato* p. 818.

cur-

cur non potius quia simili te morbo liberaui ὑπεραγαπᾷς καὶ χάριν ὁμολογεῖς, *valde me amas et gratias mihi agis.* Libanius *epist.* 650. p. 311. σὸν δ' ὁμοῦ τε τὴν χάριν ὁμολογεῖν. Appianus *bell. Syr.* p. 144. χάριν ὑμῖν αὐτὸν ὁμολογεῖν παρασκευάσω. Idem *bell. ciuil.* l. 2. p. 800. χάριν δ' ὡμολόγει τοῖς περισώσασι, *gratias agebat opem ferentibus.* Iosephus *ant.* l. 9. c. 13. p. 324. εὐωχεῖτο μετὰ τοῦ λαοῦ, τῷ θεῷ χάριν ὁμολογῶν, idem ibid. l. 5. c. 1. p. 141. l. 15. c. 4. p. 517. et alibi. Plutarchus in *P. Aemilio* p. 261. Εἰωθότων τῶν ὑπατείαν λαβόντων, οἷον ἀνθομολογεῖσθαι τινὰ χάριν, καὶ προσαγορεύειν φιλοφρόνως τὸν δῆμον ἀπὸ τοῦ βήματος *quum ii, qui consulatum suscipiebant, veluti gratias quasdam populo agere, eumque pro nostris benigne compellare solerent.* Vbi Plutarchus paulo post, ἀνθομολογεῖσθαι χάριν, per χάριν ἔχειν explicat. Sic igitur et in plurimis locis N. T. ὁμολογεῖσθαι cum compositis de *gratiarum actione* intelligi potest, cum ellipsi vocis χάριν, quo sensu haec acceperunt Theodoretus, Theophylactus et alii, de quibus vide Svicerum in *thesauro eccles.* voce ἀνθομολογεῖσθαι. In nostro quoque loco perinde est, siue Hannam, Deo *gratias egisse*, siue *laudibus* illum *celebrasse* statuas.

v. 44.

Νομίσαντες δὲ αὐτὸν ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι.

Per συνοδίαν notione primitiua, *iter a pluribus simul susceptum* s. *societas itineris* intelligitur. Sic Plutarchus in *Galba* p. 1062. ἐν δὲ τῇ συνοδίᾳ καὶ ἡ συνήθεια, *in societate vero itineris etiam familiaritas orta est.* Idem *an seni ger. resp.* p. 783. ὅπως μηδέτερος ἀπολείψει τὴν μακρὰν συνοδίαν μέχρι δεῦρο κοινῇ προερχομένην, *vt nemo nostrum relinqueret longam itineris societatem, quam communiter hactenus tenuimus.* Idem de *auditione* p. 48. Metonymice συνοδία, *comitatum* siue *comites itineris* denotat. Sic apud Plutarchum *apophth. lac.* p. 241. mater Lacaena ad filium honestum fratris obitum narrantem

tem dicit: *εἶτ' ἐκ αἰσχρὸν τοιαύτης συνοδίας ἀποτυχεῖν, nonne turpe est, quod a tali itineris socio a tergo relictus sis?* Ibid. p. 242. soror cuius filius honesta morte occubuerat ad fratrem dicit, *ἐπί σοι ἄχθομαι, ἐναρέτε συνοδίας ἀπολειφθέντι, propter te doleo, quod comitatum tam honestum non assecutus sis.* Apud Iosephum *ant.* l. 6. c. 14. p. 195. cum Dauid sine famulis & amicis ad Abimelechum venisset, huic caussam percontanti respondet, se ad iter missum esse, *εἰς ἣν συνοδίας ἐκ ἔδει, ad quod itineris sociis non indigeat.* Idem *bell. Iud.* l. 2. c. 43. de Iohanne Giscalensi dicit: *Latro erat solitarius, ἔπειτα καὶ συνοδίαν εὗρε τῆς τόλμης, deinde etiam comites inuenit audaciae.* In verbis Lucae planum est, per *συνοδίαν* illos intelligi, qui simul ex vrbe Nazareth cum parentibus Christi ad festiuitatem paschatis Hierosolymas profecti erant; quod igitur vna voce *συνοδία* initio versus exprimitur, idem in fine per *τὰς συγγενεῖς καὶ γνωςὰς,* quibus etiam horum *οἰκέται* addi possunt, significatur.

V. 52.

Καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι.

Verbum *προκόπτειν*, si in aliqua re *proficere* et *incrementum capere* notat, in Soloecismis numerat Lucianus in *Soloecista* edit. op. Amst. 687. p. 785. quem tamen ibidem ex diuite penu satis refutauit Graeuius. Addo locum Xenophontis *rer. graec.* l. 7. p. 418. *κρατοῦντες τῆς χώρας ὀδὲν προὔκοπτον εἰς τὸ ἀπολέσαι ὑμᾶς, regione subacta, nihil tamen profecerunt, ad perdendos nos.* Ad phrasin Lucae vero propius accedunt hae Diodori Siculi *excerpt. Valef.* p. 241. *προκεκοφὼς ἤδη ἐν παιδείᾳ cum iam multum in sapientia profecisset.* Ibid. p. 342. *ὁ Σκιπίων προέκοπτε τῇ δόξῃ, Scipio maiorem obtinebat gloriam.* Ibid. p. 362. *οἱ τοῖς πλούτοις προκεκοφότες, qui multum diuitiis aucti erant.*

CAP. III. v. 1.

Ἐν ἔτει δὲ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίȣ καίσαρος, ἡγεμονεύοντος Ποντίȣ Πιλάτȣ τῆς Ἰȣδαίας, καὶ τετραρχȣ̃ντος τῆς Γαλιλαίας Ἡρώδȣ.

Summum imperium in Romanos vſui graecorum conuenienter ἡγεμονίαν vocauit Lucas. Sic apud Appianum *bell. ciu.* l. 3. p. 887. tribuni militares dicunt: Καίσαρι ςρατευσάμενοι τήν τε ἡγεμονίαν αὐτῷ συνεςησάμεθα, Iulio *Caeſari militantes, imperium ipſi parauimus.* Saepe ſic loquitur Ioſephus; vti *ant.* l. 18. c. 8. p. 635. περὶ τȣ̃ τὴν ἡγεμονίαν διαδεξαμένȣ, *de illo, qui ſucceſſor* Tiberii *in imperio futurus ſit.* Ibid. εἰς ἐκεῖνον ἥξειν τὴν ἡγεμονίαν, ibid. ἀνὴρ τῇ Ῥωμαίων προτιμησόμενος ἡγεμονίᾳ. Ibid. l. 19. c. 1. p. 661. *imperatores* dicuntur, οἱ ἐν τῇ ἡγεμονίᾳ γεγονότες. Ibid. c. 3. p. 670. ἀντιλαμβάνεσθαι κελεύων τῆς ἡγεμονίας. Saepe quoque Ioſephus voce ἡγεμονεύειν vtitur de *imperatoribus* romanis, e. g. *bell. Iud.* l. 2. c. 18. p. 792. Γαΐȣ δὲ ἡγεμονεύσαντος ἔτη τρία, idem *ant.* l. 18. c. 11. p. 641. item l. 19. c. 2. p. 667. c. 3. p. 671. *bell. Iud.* l. 1. *praefat.* p. 707. l. 2. c. 15. p. 790.

Minus accurate dictum putant, quod ſcriptores ſacri procuratorem Iudaeae ἡγεμόνα pro ἐπίτροπον vocent, hicque Lucas de Pilato voce ἡγεμονεύειν vtatur. Idem tamen facit Ioſephus *ant.* l. 18. c. 8. p. 632. de Tiberio dicens, illum nonniſi duos in Iudaeam miſiſſe procuratores, Γρᾶτόν τε καὶ Πιλᾶτον, ὅς αὐτῷ διεδέξατο τὴν ἡγεμονίαν, *Gratum et Pilatum, qui illi in praefectura ſucceſſerit.*

Τετραρχȣ̃ντος Ἡρώδȣ vertas: *cum tetrarcha eſſet Herodes.* Quales fuerint Tetrarchae ſatis conſtat. Nec tamen Grotio aſſentiri poſſum, qui in *notis* ad Matth. 14, 1. originem vocis ex Galatia petendam putat, cuius tres partes ſingulae quatuor principes habuerint. Vox enim haec ſenſu ciuili ipſo Gallorum in Aſiam tranſitu eſt antiquior. Origi-

Originem putem petendam esse ex Thessalia; quae in quatuor prouincias diuisa erat, quarum singulae τετραρχίαι vocabantur. Sic enim in *Alcestide* Euripidis v. 1154. loquitur Admetus Thessalorum rex: Ἀστοῖς δὲ, πᾶσί τ' ἐννέπω τετραρχίαις, χορὸς ἐπ' ἐσθλαῖς συμφοραῖσιν ἱστάναι, *ciuibus vero, omnibusque impero tetrarchiis, vt choros ob felicem rerum euentum instituant.* Eandem Thessaliam in quatuor τετραρχίας diuisam fuisse auctor est Demosthenes 9. *Philippic.* teste Harpocratione in voce ἔθνος. Tetrarcha igitur erit, qui *quartae parti* s. *tetrarchiae* imperat, ita tamen, vt saepe remanserit nomen, re ipsa in aliam formam mutata.

v. 13.

Μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε.

Sic voculam παρὰ comparatiuo addit Thucydides l. 4. p. 89. χειμών τε ἐπιγενόμενος μείζων παρὰ τὴν καθεστηκυῖαν ὥραν, *orta coeli tempestas maior, quam pro anni tempore.*

Πράσσειν h. l. est *exigere.* In actiuo vocem hoc sensu habet Pindarus *Olymp.* od. 3. v. 12. πράσσοντί με τοῦτο θεόδματον χρέος, *exigunt a me hoc diuinitus structum debitum.* Media voce frequentior hic occurrit significatus. E. g. Thucydides l. 6. p. 158. Ἀθηναίους εἰκοστὴν μόνον πρασσόμενοι τῶν γιγνομένων, *ab Atheniensibus vicesimam tantum partem redituum exigentes.* Xenophon *dict. et fact. Socrat.* p. 443. εἴ τις ἀρετὴν ἐπαγγελλόμενος ἀργύριον πράττοιτο, ibid. p. 449. οὐδένα πώποτε μισθὸν τῆς συνουσίας ἐπράξατο. Vocem Πράττειν h. l. sensu *exigendi* capiendam esse, eo minus dubitari potest, cum id rem denotet, quae publicanis praecipue vitio vertebatur. Sic enim Iulius Pollux l. 9. p. 472. inter conuitia, quae in publicanum congeri possint, haec habet, ἁρπάζων, ἀφαιρούμενος, παρεισπράττων, *rapiens, auferens, nimium exigens,* vbi vocem παρεισπράττων, non melius explicare posses, quam πράττων πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον.

CAP.

CAP. IV. v. 18.

Ἰάσασθαι τὺς συντετριμμένυς τὴν καρδίαν· κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν.

Συντετριμμένοι, *contriti*, *contusi* graecis, communi cum hebraeis metaphora, dicuntur illi, 1) *qui summa tristitia sunt adfecti*, 2) *quorum animis fractis metus iniectus est*, *ita vt aduersa omnia exspectent.* Sic Plutarchus de *auditione* p. 47. διὸ δεῖ πάσχειν μέν τι καὶ δάκνεσθαι, μὴ συντρίβεσθαι δὲ μηδὲ ἀθυμεῖν τὸν ἐλεγχόμενον, *quare illum*, *qui reprehenditur*, *pati quidem oportet et morderi*, *non vero conteri aut animum despondere.* Idem in *Timoleonte* p. 238. *Timoleontem perturbatio propter illa*, *quae facta erant* - - ὅτω κατεκλάσε καὶ συνέτριψεν αὐτῦ τὴν διάνοιαν, *ita animo fregit*, *atque contriuit.* Idem in *Arato* p. 1046. τότε δὲ ἔρημος, καὶ ἄπορος, συντετριμμένος, ὥσπερ ἐπὶ ναυαγίῳ τῆς πατρίδος, *tunc vero desolatus*, *inops*, *et veluti in naufragio patriae contritus.* Ἰάσασθαι, *sanare* vero contritum animo, est eundem *consolari*, morbo scilicet animi eiusque caussis sublatis. Sic Plutarchus de *audit.* p. 47. de *vulneribus animi*, quae praecepta philosophiae inferunt, dicit, αὐτὸς ὁ τρώσας λόγος ἰᾶται, *ipse*, *qui vulnerat sermo*, *sanat.* Libanius *epist.* 116. p. 61. ἡ δὲ ἰωμένη τὴν λύπην, *illa tristitiae mederi volens.*

Κηρύσσειν est, *proclamare*, *praeconis instar*, *publica auctoritate annunciare.* Sic Euripides in *Hecuba* v. 530. Σιγὴν Ἀχαιῶν παντὶ κηρύξαι στρατῷ, *silentium graecorum vniuerso vt denuntiarem exercitui.*

v. 22.

Καὶ πάντες ἐμαρτύρυν αὐτῷ, καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος.

Μαρτυρεῖν h. l. est, *approbare*, *laudibus extollere.* Sic Iosephus *ant.* l. 13. c. 8. p. 436. καὶ πέμπει πρὸς Ἰωνάθην μαρτυρῶν αὐτῷ καὶ γέρα καὶ τιμὰς διδὺς, πόρπην χρυσέαν, *mittebat ad Ionatham*, *laudibus cum extollens*

extollens et honore atque praemiis adficiens, fibulam auream. Plutarchus de *frat. amore* p. 478. *ad quae libellus cohortatur, ea vos iam facientes*, μαρτυρεῖσθαι μᾶλλον ἢ παρακαλεῖσθαι δόξετε, *magis laudari, quam officii admoneri videbimini.* Additur interdum accusat. rei. Sic Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 199. οἷς ἀρετήν τινα πολεμικὴν ἢ πολιτικὴν Φρόνησιν ἅπαντες ἐμαρτύρουν, *quibus virtutis bellicae aut ciuilis prudentiae laudem omnes tribuebant.*

Per λόγους τῆς χάριτος, per hebraismum intelliguntur χάριτες siue χάρις λόγων. *gratia et suauitas sermonis.* Sumitur locutio 1) subiectiue, dum eloquentibus *suauitas sermonis* tribuitur, quibus inest commendatio oris et orationis, cum peculiari ad persuadendum vi coniuncta. Sic Plutarchus *malign. Herodoti* p. 854. δεινὸν τὸ τᾶς πειθοῦς πρόσωπον, ὥς φησιν ὁ Σοφοκλῆς, μάλιστα δὲ ὅταν ἐν λόγῳ χάριν ἔχοντι καὶ δύναμιν τοσαύτην ἐγγένηται, *multum valet suadae vultus, vt ait Sophocles, inprimis in gratiis plena oratione et tantam vim habente.* Lucianus in *amoribus* p. 1018. *Mihi huiusmodi relaxationem vehementer sitienti*, εὔκαιρος ἡ τῶν ἱλαρῶν σου λόγων ἐῤῥύη χάρις, *iucundorum sermonum tuorum affluxit tempestiua gratia.* Sic ergo Christus docebat, cum magna sermonis suauitate, vi, efficacia, ὡς ἐξουσίαν ἔχων Matth. 7, 29. ita vt populus lubens ex ore eius penderet Luc. 19, 48. Haec χάρις λόγων Christo inerat, etiam tristia et peruersis hominum animis ingrata proferenti. 2) obiectiue *suauitas sermonis* est, sermo de *rebus suauibus et laetis*, qui aures audientium demulcet. Sic Demosthenes *or.* 1. *in Philippum* p. 19. si mala, quae silentur, eo ipso amoueri possent, dicit: δεῖ πρὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν, *ad voluptatem auditorum conciones instituendae essent.* Et addit: εἰ δὲ ἡ τῶν λόγων χάρις ἂν ᾖ μὴ προσήκουσα, ἔργῳ ζημία γίγνεται, *sin vero orationis iucunditas alieno tempore vsurpata, reipsa detrimentosa, fit.* Ita Prouerb. 28, 23. qui vt incundus sit, audientibus, semper laeta et suauia profert, מחליק לשון, γλωσσοχαριτῶν

ϱιτῶν dicitur. Hoc ſenſu Chriſto h. l. *ſuauitas ſermonis* tribuitur, quoniam ille non ſeueras irati numinis, ſed laetiſſimum vaticinium Ieſ. 61, 1. explicabat, in quo enarrando facile eſt intellectu, Chriſtum nil niſi veritates euangelicas gaudii et ſolatii plenas, ſtillante mel atque nectar ore tradidiſſe. Occurrit quoque hac notione pluralis Prou. 10, 32. χείλη ἀνδρῶν δικαίων ἀποςάζει χάριτας.

v. 29.

Καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἕως ὀφρύος τȣ̃ ὄρȣς.

Per ὀφρὺν *ſupercilium*, non ſummum montis cacumen, ſed minor aliquis *tumulus* ſiue *cliuus* intelligitur, qui cum monte cohaeret, metaphora a *ſuperciliis* oculorum deſumta, quae in fronte quidem eminent, ipſo tamen vertice, inferiora ſunt. Sic Strabo l. 13. p. 933. τὸ δὲ Πλȣτώνιον ὑπ' ὀφρύϊ μικρᾶ τῆς ὑπερκειμένης ὀρεινῆς, ςόμιόν ἐςι σύμμετρον, *Plutonium ſub paruo ſupercilio montis ſupra incumbentis foramen eſt modicum.* Pindarus *Olymp.* 13. v. 150. quae Delphis geſta erant, vocat, τὰ ἐπ' ὀφρύϊ Παρνασσία, geſta, *in ſupercilio Parnaſſi*, quum haec vrbs in Colle quodam Parnaſſi ſita eſſet. Polybius l. 7. c. 6. p. 707. *ad dictas rupes vt venerunt*, ὑπέςειλαν ἑαυτȣ̀ς ὑπό τινα προσπεπτωκυῖαν ὀφρὺν, *ſub prominenti quodam ſupercilio ſe abſcondunt.* Ibid. p. 708. διὰ τῆς προσπεπτωκυίας ἐπὶ τὸν κρημνὸν ὀφρύος, *propter prominens ſuper locum praeruptum ſupercilium.* A Plutarcho locus, vbi viuae defodebantur Veſtales ſtupri compertae in *Numa* p. 67. vocatur ὀφρὺς γεώδης παρατείνȣσα πόῤῥω, *tumulus terreus in longum porrectus*, huncque latine χῶμα aggerem vocari dicit. Idem monticulos in littore maris continuos de *virt. mul.* p. 248. vocat, ὀφρὺν παρατείνȣσαν ἀκτῆς. Polybius l. 3. c. 71. p. 310. fluuium ripa eminentiori circumdatum vocat, ῥεῖθρον μετὰ βραχείας ὀφρύος. *Colles* maiorum montium etiam latini *ſupercilia* vocant. Virgilius *Georg. I.* v. 108. *Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam, Elicit.*

CAP.

C A P. V. v. 1.

Ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ, τοῦ ἀκούειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

Duplex verbi ἐπικεῖσθαι notio hic ſimul locum habere poteſt. 1) ſignificat, *inſtare*, *vrgere*, cupide aliquid ab aliquo deſiderare. Sic Luc. 23, 23. οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις, *vrgebant illum elata voce*, vbi vide notanda. Achilles Tatius l. 1. p. 41. ἐπίκειται δὲ μοι πρὸς τοῦτον τὸν γάμον ὁ πατὴρ, *vrget vero me ad has nuptias pater.* Ita igitur *populus Chriſtum vrgebat ad audiendum verbum Dei*, i. e. cupide id ab illo deſiderabat et deſiderium hoc, vultu, geſtibus, voce, imo ipſo frequenti concurſu ſignificabat. 2) eſt, *vrgere*, *premere*, *incumbere*, *inuadere*, *oneri eſſe*. Sic Euripides in *Rheſo* v. 101. *Ipſos fugientes et ſalientes in naues*, λόγχῃ καθέξω, κἀπικείσομαι βαρὺς, *haſta retinebo et inſtabo illis grauis*. Xenophon *Cyrop.* l. 7. p. 121. *At Artagerſas ſuos habens inſtructos*, ταραττομένοις ἐπέκειτο τεταγμένος, *in turbatos iuſto ordine irruebat*. In Chriſtum igitur confluens vndique populi multitudo ita irruebat, eum premebat, vt in naui paululum a littore remota ſedens illos docere cogeretur. Simile quid Marc. 3, 9. 10. facere inſtituebat, vbi per verba θλίβειν et ἐπιπίπτειν idem notatur, quod h. l. per ἐπικεῖσθαι.

v. 5.

Ἐπιστάτα.

Vocem ἐπιστάτης qua Lucas pro hebraica רבי, ita vt *magiſtrum*, *doctorem*, *praeceptorem* ſignificet, aliquoties vtitur, nusquam in ſcriptis graecorum reperiri ad h. l. aſſerit Cel. Heumannus. Cum vox haec *praefectum et inſpectorem* proprie denotet, facilis ipſius fuit inflexio ad *doctorem* indicandum. Pluribus linguis id eſt commune. Qui enim magiſtri doctrinae erant, ii magiſtri ſimul vitae eſſe ſolebant. Ipſa vox latina *magiſter*, etiam *praefectum* denotat, vt in locutione: *magiſter equitum*.

P 2 Sic

Sic et καθηγητὴς, *praefectum*, *gubernatorem et praeceptorem* simul indicat. Qui artem palaestricam alios docebant ἐπιστάται dicebantur. Sic in Luciani *asino* p. 118. ancilla quaedam dicit: ἐγὼ μὲν νόμῳ διδασκάλου καὶ ἐπιστάτου τὰ ὀνόματα τῶν παλαισμάτων, ὧν ἐθέλω εὑρέσα, ἐρῶ, *ego doctoris et praesidis more certaminum nomina*, *quae volo*, *tibi praescribam*. Hoc sensu vocem habet et Arrianus *Differt. Epict.* l. 3. c. 15. p. 296. Imo adsunt loci auctorum satis luculenti, in quibus ἐπιστάτης generatim *magistrum et praeceptorem* denotat. Diogenes Laërtius l. 9. c. 7. §. 2. Democritum dicit Magos quosdam et Chaldaeos audiuisse et ab his theologiam et Astrologiam didicisse, Ξέρξου τοῦ βασιλέως ἐπιστάτας τῷ πατρὶ αὐτοῦ καταλιπόντος, *quos Xerxes rex vt praeceptores apud patrem eius reliquerit.* Diodorus Siculus *excerpt. Valesi.* p. 242. *Cum Pythagoras certior factus esset*, τὸν Φερεκύδην τὸν ἐπιστάτην αὐτοῦ γεγενημένον, *Pherecydem*, *qui praeceptor ipsius fuerat*, *in Delo aegrotare.* Idem ibid. p. 329. de Scipione dicit: *Ad philosophiam animum adplicuit*, λαβὼν ἐπιστάτην Πολύβιον τὸν Μεγαλοπολίτην, *praeceptore vsus Polybio Megalopolitano.* Themistius *orat.* 9. *ad Valentinianum puerum* p. 123. hunc laudat, quod dedecori sibi non ducat, vnum senem, ἑαυτοῦ καθηγεμόνα καὶ ἐπιστάτην, *ducem suum et praeceptorem* vocare, idque quoniam is ad Musas eum deduceret, horumque sacrorum promus condus esset.

v. 9.

Ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων ᾗ συνέλαβον.

Verba haec noue transtulit Hombergius in *Parergis*: *super captura piscium*, *qua opitulati erant*, et non accuratam esse putat translationem vulgarem: *super captura piscium*, *quam comprehenderant.* Eodem sensu accipi vult verbum συλλαμβάνειν, quo v. 7. Sed repugnat res ipsa. Hic enim οἱ συλλαμβάνοντες non sunt personae eaedem, quae v. 7. imo Petrus et οἱ σὺν αὐτῷ hic expressis verbis v. 9. 10. opponuntur Iacobo et Iohanni, qui

in

in altera nauicula erant; ergo *οἱ συν αὐτῷ* v. 9. sunt soli comites Petri, qui in eodem cum Petro erant nauigio; hi vero capturae piscium non adiutores sed auctores fuerant. Quod vero Hombergius putat incommode dici *συλλαμβάνειν ἄγραν*, id refellit Euripides in *Oreste* v. 1346. *φίλοι ξιφήρεις, οὐχὶ συλλήψεσθ' ἄγραν*, *amici armati nonne facietis capturam?* Vti vero hic *ἄγρα τῶν ἰχθύων* dicitur, ita Euripides dicit *ἄγρα θηρὸς*, *captura ferae* in *Bacchis* v. 1201. *ὡς ἴδητε τὴν δ' ἄγραν, Κάδμου θυγατέρες, θηρὸς ἣν ἠγρεύσαμεν*, *vt capturam hanc ferae videatis, filiae Cadmi, quam cepimus.* Patet ex his locis per *ἄγραν* ipsam rem intelligi, quae capitur. Verba igitur nostra apte vertas: *super captura piscium, quam fecerant*, vel breuius: *propter pisces, quos ceperant.* Vide et Wolfium in *Curis* ad h. l.

v. 14.

Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλὰ ἀπελθὼν δεῖξον σὲ τῷ ἱερεῖ.

Transitus hic est ab oratione obliqua ad rectam. Oblique enim dixerat: *praecepit illi, vt nemini diceret*, et deinde recto sermone addit: *abi et ostende te sacerdoti.* Sic haud raro probati auctores. Euripides in *Helena* v. 960. *ἀλλ' εἰ μὲν ἄνδρα σοι δοκεῖ σῶσαι ξένον, ζητοῦντα γ' ὀρθῶς ἀπολαβεῖν δάμαρτ' ἐμὴν*, *sed siquidem tibi videtur, virum peregrinum seruare iuste recipere vxorem meam cupientem*, quae verba sunt Menelai de se ipso loquentis. Iosephus saepe ita loquitur, ita vt orationi rectae quoque particulam *ἀλλὰ* praefigat. E. g. *ant.* l. 1. c. 19. p. 30. de nuptiis filiarum Lea per fraudem supposita, dicit Laban: *τοῦτο μέντοιγε οὐδὲν ἐμποδίζειν πρὸς τὸν ῥάχηλος γάμον, ἀλλ' ὁρῶντι δώσειν ταύτην μετ' ἄλλην ἑπταετίαν*, *id tamen nuptiis Rachelis nulli fore impedimento, sed eam tibi videnti dabo post alterum septennium.* Ibid. l. 6. c. 8. p. 185. Saulum dicit fassum esse: *quod praeceptis prophetae non paruerit, metu tamen militum se illos praedam rapientes non impediuisse neque cohibuisse*, *ἀλλὰ συγγίνωσκε, καὶ*

πρᾶος ἴσθι, *sed ignosce et esto propitius.* Ibid. c. 14. p. 200, de Dauide ad Nabalum nuncios mittente dicit: *Παραχεῖν δὲ ἐξ ὧν δυνατός ἐστιν, παρεκάλει, μαθόντι παρὰ τῶν ποιμένων, ὅτι οὐδὲν αὐτοὺς ἠδικήσαμεν*, *rogabat eum, ex iis, quae in potestate haberet, aliquid mitteret, cum ex pastoribus scire posset, quod nulla eos iniuria adfecerimus.* Ibid. l. 11. c. 4. p. 360. Darius satelliti, qui propositam quaestionem prudentissime resolueret, promittit: *μετ᾽ αὐτὸν ἕξειν προεδρείαν διὰ τὴν σοφίαν, καὶ συγγενής μου ἐπικληθήσεται*, *proximum post se locum habiturum esse, et cognatus meus vocabitur.* Ibid. l. 5. c. 10. p. 159. l. 6. c. 14. p. 195. l. 7. c. 10. p. 241. et *bell. Iud.* l. 1. c. 17. p. 752. vbi haec sermonis inflexio verbo *ἔφη* interiecto emollitur. Confer Dionysium Longinum *περὶ ὕψους* c. 27. p. 155. sq.

v. 19.

Διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν αὐτόν.

Id est, *per tegulas* s. *per tectum demiserunt illum.* Graeci enim *tectum vnum* vel *κέραμον* vel *κεράμους* vocant. Aeneas in *Poliorcet.* c. 2. p. 1646. *τὰ γύναια καὶ οἱ οἰκέται ἦσαν ἐπὶ τοῖς κεράμοις*, *mulieres et famuli in tectis stabant.* Athenaeus l. 13. c. 2. p. 566. *Propter pulcritudinem Iupiter*, *διὰ κεράμων χρυσὸς ἔρχεται*, *per tegulas* (i. e. per tectum) *vt aurum venit.* Eandem fabulam narrans Terentius in *Eunucho* p. 186. ait, *Deum sese in hominem conuertisse, atque per alienas tegulas venisse clanculum.* Apollodorus vero l. 2. p. 72. eadem narrans Ionem *διὰ τῆς ὀροφῆς*, *per tectum* delapsum esse dicit. Confer *exercit.* Heinsii ad h. l.

v. 36.

Οὐδεὶς ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱμάτιον παλαιόν· εἰ δὲ μήγε, καὶ τὸ καινὸν σχίζει, καὶ τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνεῖ τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ.

Si vulgarem verborum horum sequaris explicationem, per *ἱμάτιον καινὸν*, non *vestis noua*, sed *pannus nouus* intelligen-

telligendus est, ita vt idem sit, quod ῥάκος ἄγναφον Matth. 9, 16. Nec plane repugnat vsus auctorum. Plutarchus *sympos.* l. 6. qu. 6. p. 691. de niue dicit: *straminis illam inuoluentes*, καὶ περιστέλλοντες ἱματίοις ἀγνάπτοις, *et rudibus pannis obtegentes, per multum tempus integram illam conseruant.* Ibid. de niue: τὸ ψυχρὸν ἐγκατέχεται περιστεγόμενον τῷ ἱματίῳ, *frigus ambiente panno intus retinetur.* Ibid. p. 692. Sed vt verum fatear, non mihi vulgaris interpretatio recte se habere, sed Matthaei et Marci verba ex his Lucae vt magis perspicuis explicanda esse videntur. Nam 1) Frequentissime id faciunt homines, vt fissuras vestium detritarum, supplemento panni noui resarciant, nec damnum inde patitur vestimentum vetus, id enim iam per se exigui vsus est, et si fissura non resarciatur, pluribus casibus exponitur, quibus ruptura maior reddi possit. 2) Quid hoc est Matth. 9, 16. et Marc. 2, 21. *et peior fit ruptura?* Si in parabola hoc consideres: supplementum nouum conseruat aliquamdiu vestem detritam veterem et ne magis illa laceretur, impedit, etiamsi vero panniculus recens aliquid de veste veteri asperitate sua deterat, parum interest, quum sic tota tandem vestis abiiciatur. Si ad sensum parabolae respicias, vbi per vestem veterem totum doctrinarum pharisaicarum systema et vita ad has conformata intelligitur: plus sane prodest, quam nocet, etiamsi ex parte tantum doctrina et vita pharisaica per praecepta Christi emendetur, imo in veste hac pharisaismi quo maior ruptura erat, eo melius erat, quum Christus eandem plane abiici vellet. Sensus igitur parabolae, me quidem iudice, hic est: *neminem adeo imprudentem esse solere, vt vestem nouam ex panno iam confectam, laceret, vt ex illa supplementum aliquod petere possit, ad vestem veterem resarciendam; sic enim vestem novam, quae multo maioris sit pretii, magno possessoris damno lacerari, nec multum tamen nouam hanc laciniam, prodesse vestimento veteri.* Verbis Lucae haec sic satis convenire, nemo, credo, negauerit. Καὶ τὸ καινὸν σχίζει vertere potes: *et nouum scindit*, ita vt ἔτος, aut simile

 quid

quid subaudias. Ille sc. qui hoc modo vestem veterem resarcire tentat, sic vestimentum nouum scindit et inutile reddit. Aut si mauis τὸ καινὸν σχίζει verte: *rumpitur nouum* vestimentum. Rarissime σχίζειν intransitiue occurrit, vt in *testamento 12. patr.* p. 571. *Et inique facietis cum Israële, vt non subsistat Hierusalem a facie malitiae vestrae*, ἀλλὰ σχίσαι τὸ ἔνδυμα τοῦ ναοῦ, *sed scindatur velum templi.* Malim tamen prius. Οὐ συμφωνεῖ, est, *non conuenit*, *non aptum est.* Sic Arrianus *Dissert. Epict.* l. 3. c. 15. p. 297. *ne sis vt pueri*, *nunc philosophus*, *postea publicanus*, *mox orator*, *denique procurator Caesaris*, ταῦτα οὐ συμφωνεῖ, *haec non conueniunt.* Vide eadem fere in *Enchirid.* Epicteti c. 36.

Sed quid tum fiet dices, ex verbis Matthaei et Marci? Dicam quod sentio. Per ῥάκος ἄγναφον, *vestem recentem* intelligo. Graeci sane vocem hebraicam בגד Ies. 64, 5. per ῥάκος vertunt, nec impedita est metonymia, vt *pannum* sumas pro *veste*. Ἄγναφον dicitur, quod fullonis curam nondum est expertum. Fullones vero veterum et pannos cogebant et densabant, et vestes sordidas iterum lauabant, purgabant, poliebant. De posteriori fullonum labore vox h. l. capienda est, non de priori. Erit igitur ῥάκος ἄγναφον, *vestis recens*, *impolita* et nondum vsu et purgatione fullonum saepius iterata detrita, s. vt Lucas dicit ἱμάτιον καινὸν, quo sensu Arrianus *peripl. mar. eryth.* p. 145. ἱμάτια βαρβαρικὰ ἄγναφα, vocare videtur. Verba vltima Matth. 9, 16. verto: *Sic enim auffert* sc. *ille supplementum eius* (vestis sc. veteris) ἀπὸ τοῦ ἱματίου, subaudi καινοῦ, *de veste* noua. Vestis enim noua κατ' ἐξοχὴν, *vestis* dicitur, cuius respectu vestis vetus ne nomen quidem vestis meretur. *Et peior fit scissura*, in veste sc. noua. Cum enim antea vestis vetus lacera esset, iam in gratiam eius vestis noua scissa est, quod damnum vtique maioris est momenti. In verbis Marc. 2, 21. εἰ δὲ μὴ, αἴρει τὸ πλήρωμα τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται, post voculam μὴ comma deleo, et ante τοῦ παλαιοῦ vocem ἀπὸ subaudio in hunc sensum: *nisi vero sumat supplemen-*

plementum nouum ex veteri sc. veste: *peior fit fissura*. Sententia est: nisi illam particulam, qua vestem detritam resarcire vult, sumat ex alia quadam veste veteri, quae sine damno lacerari potest: peior fit scissura in veste noua quam lacerat propter reficiendam vestem veterem. Πλήρωμα καινὸν dicitur κατά τι, quod sc. in veste, cui adsuitur, nouum est, quemadmodum apostoli Marc. 16, 17. locuturi dicuntur γλώσσαις καιναῖς *linguis nouis* non in se talibus, sed quae apostolis nouae erant et ignotae antea. Vocula καὶ ante χεῖρον vel abundat initio apodoseos, vti Luc. 2, 15. vel per *etiam* verti potest, vti post particulam εἰ inuenitur Ioh. 15, 20. 2 Tim. 2, 11. 12.

v. 39.

Καὶ ἐδεὶς πιὼν παλαιὸν εὐθέως θέλει νέον, λέγει γὰρ ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστιν.

Singularis est vocum λέγει γὰρ respectus ad antecedentia; non enim nominatiuus ἐδεὶς ad verbum λέγει referri potest. Supple igitur: λέγει γὰρ ἕκαστος, *dicit enim quilibet*, qui de veteri vino bibit. Simillimus est locus Iosephi *ant.* l. 3. c. 13. p. 100. ἐδεὶς ἐτόλμησε τῶν ἱερέων κριμνὸν ἓν φαγεῖν, τοσαύτης ἀπορίας τὴν γῆν κατεχέσης, δεδιὼς (supple ἕκαστος) τὸν νόμον καὶ τὴν ὀργὴν, *nemo sacerdotum tanta egestate terram premente vel micam comedere audebat*, (quilibet) *legem timens et iram*.

Vinum vetus h. l. χρηστότερον dicitur. Vertere potes cum Vulgata: *melius*, *praestantius*. Sic Plutarchus *sympos.* l. 7. qu. 3. p. 701. In medio dolii dicit τὸ χρηστότατον οἰνάριόν ἐστι, *vinum est optimum*. Et statim addit: τίς γὰρ ἐκ οἶδεν ὅτι τε μὲν οἴνε τὸ μέσον γίνεται βέλτιστον, *quis enim ignorat, quod vini medium fiat optimum*. Ibid. p. 702. caussam addit, quoniam vinum in summitate dolii ob euaporationem veluti nouum maneat, cum tamen, ἡ παλαίωσις τῷ μὲν τὴν ἀρίστην ἐμποιεῖ διάθεσιν, *aetas vinum optimum* reddere soleat. Aut χρηστότερον verte; *suauius*, *mitius*. Distinguere enim solent scriptores anti-

 qui

qui inter οἶνον γλυκὺν et ἡδὺν, *vinum dulce* et *suaue*. Vinum vetus strictius loquendo non dulce est quidem, at suaue tamen. Dioscorides l. 5. c. 6. p. 614. οἶνοι οἱ μὲν παλαιοὶ, *vina vetusta neruos quidem et alia sensoria laedunt*, πρὸς δὲ γεῦσιν ἡδίονες, *gustui vero iucundiora sunt*. Inest eiusmodi vinis mellita quaedam asperitas. Sic Plinius *hist. nat.* l. 14. c. 4. de celeberrimis vinis Opimianis dicit: *Durantque adhuc vina ducentis fere annis, iam in speciem redacta mellis asperi. Etenim haec natura vinis in vetustate est.* Seneca *epist.* 63. p. 394. *In vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat.* Quae notaueram reliqua praeripuit Elsnerus ad h. l.

Praecepta Christi, quae vino veteri adumbrantur, in se antiquiora erant, quam Pharisaeorum παραδόσεις. Haec sunt vinum, quod propinat sapientia Prouerb. 9, 2. 5. vinum quod sine pretio emitur Ies. 55, 1. Habent praecepta haec aliquid asperum, quod palatum vanis fluxarum cupiditatum illecebris corruptum fastidit. Discipulis vero Christi illa sunt ζυγὸς χρηστὸς Matth. 11, 30. et ipsa amaritudine sua delectant.

CAP. VI. v. 12.

Καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ.

B. Olearius *Obseru.* in Matthaeum p. 171. post alios h. l. per προσευχὴν, *proseucham* s. *oratorium* Iudaeorum intelligi vult, idque quoniam propriissime verbum διανυκτερεύειν ad locum aliquem respiciat. Ostendam contrarium. Notat haec vox, *pernoctare*, *noctem transigere*, idque etiam *in statu quodam*, vel sine omni notatione vel loci vel status. Appianus *bell. pun.* p. 130. ἐν τοῖς ὅπλοις διενυκτέρευσε μεθ' ἁπάντων *noctem cum omnibus in armis transegit*. Idem *bell. ciu.* l. 5. p. 1144. καὶ διενυκτέρευον οὕτως ἄσιτοι καὶ ἀθεράπευτοι καὶ πάντων ἐνδεεῖς, *sic sine cibo, sine cura corporis, egeni rerum omnium pernoctabant*. Achilles Tatius l. 6. p. 407. παρθένος τοσούτοις συννυκτερεύσασα

ϱεύσασα πειϱαταῖς, *virgo, quae cum tot pernoctauit piratis.* Imo διανυκτεϱεύειν est etiam, *noctem insomnem ducere, vigilare.* Idem l. 2. p. 109. *ne noctu aliquid tentaremus,* διενυκτέϱευε μέχϱι πόϱϱω τῆς ἑσπέϱας, *ad multam noctem vigilabat apertis cubiculi foribus.* Verte igitur: *noctem insomnem transigebat in precibus ad Deum.* Rationes cur πϱοσευχὴ h. l. non *proseucham,* sed *preces* notare possit, tam plene et erudite exposuit Vitringa *de synag. vet.* p. 122. *edit. Leucop.* vt ne verbulum addere possim. Πϱοσευχὴν τοῦ θεοῦ dicere pro: *precibus ad Deum* Oleario paulo videtur a simplicitate orationis sacrae alienius. Sed hic genitiuus obiecti in eadem phrasi reperitur in Iosephi *ant.* l. 9. c. 9. p. 315. Ἰωάζας ἐπὶ δέησιν καὶ ἱκετείαν τοῦ Θεοῦ κατέφυγε, *Ioazas ad preces et supplicationes ad Deum confugit.* Lysias quoque *orat.* 31. *funebr.* p. 506. supplicationes ad Deos factas vocat: ἱκετείας Θεῶν.

v. 17.

Καὶ τῆς παϱαλίου Τύϱου καὶ Σιδῶνος.

Non vertendum est: *ex maritima Tyro et Sidone.* Quod enim hae vrbes maritimae essent, cum nemo ignoraret, addi superuacaneum erat. Iosephus Caesaream saepe vocat τὴν παϱάλιον Καισάϱειαν e. g. *ant.* l. 13. c. 19. p. 455. *bell. Iud.* l. 1. c. 3. p. 713. ibid. l. 3. c. 28. p. 854. sed discriminis gratia cum et altera vrbs eiusdem nominis in Iudaea adesset. De Tyro vero et Sidone nulla caussa similis excogitari potest. Supple igitur: καὶ τῆς παϱαλίου (sc. γῆς vel χώϱας), et verte: *et e regione maritima Tyro et Sidoni vicina.* Sic saepe vox παϱάλιος elliptice occurrit. Iosephus *ant.* l. 13. c. 20. p. 456. τῶν γὰϱ ἐν τῇ παϱαλίᾳ Πτολεμαῒς αὐτῷ καὶ Γάζα μοναὶ χειϱωθῆναι ὑπελείποντο. Ibid. l. 15. c. 11. p. 529. ἔτι δὲ τῆς παϱαλίου Γάζαν. Isocrates in *Panegyr.* p. 104. ἐν τῇ παϱαλίᾳ τῆς Ἀσίας. Strabo l. 1. p. 26. τῆς εἰς Κόλχους τελευτώσης παϱαλίας. Sic et nomine vrbis adiecto. Ibid. p. 77. πεϱὶ Σινώπην καὶ τὴν ταύτης παϱαλίαν,

ῥαλίαν, *circa Synopen et regionem maritimam illi vicinam.* Vocem γῆς addit Thucydides l. 2. p. 46. πρὶν ἐς τὴν παραλίαν γῆν ἐλθεῖν. Paulo aliter genere neutro Palaephatus *fragm. de purpura* p. 62. ἐπὶ τὸ παράλιον μέρος τῆς Τύρε πόλεως, *ad oram maritimam Tyro vrbi vicinam.*

v. 22.

Καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρόν.

Verbum ἐκβάλλειν h. l. est, *abiicere, adspernari, auersari, contemnere.* Sic Arrianus *Dissert. Epict.* l. 3. c. 17. p. 300. ἐ δεῖ τὴν πενίαν ἐκβάλλειν, *non auersanda est paupertas.* Plutarchus *virt. moral.* p. 451. οἱ τὸν ἔρωτα τῇ ἐρωτομανίᾳ συνεκβάλλοντες, *qui amorem, vna cum insania amoris simul damnant.* In primis denotat 1) res quae vt credendae traduntur, *negligere, adspernari, iisque fidem denegare.* Iosephus *ant.* l. 13. c. 19. p. 454. de traditionibus Pharisaeorum dicit: ταῦτα τὸ σαδδεκαίων γένος ἐκβάλλει, *has adspernatur gens Sadducaeorum.* Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 90. de Romulo fabulas de diis a maioribus traditas abiiciente, dicit: ἅπαντας ἐξέβαλε, *omnibus auctoritatem derogauit, et effecit, vt ciues de diis optime et loquerentur et sentirent.* 2) *non obedire* s. *morem gerere illi,* qui agenda suadet vel praescribit, sed monita eiusmodi *spernere.* Demosthenes *Philip.* 4. p. 56. *Dum ille se contra vos instruit, idem agere et vicissim vos instruere cessatis,* καὶ ἐάν τι λέγῃ τις ἐκβάλλετε, *et si quid dicat aliquis, illud spernitis.* Plutarchus in *Cicerone* p. 871. τὰ φιλάνθρωπα τῆς ἑαυτῦ γνώμης ἐκβαλόντας, *qui illud, quod in sententia eius mitissimum erat, reiecerant.*

Per *nomen* apostolorum h. l. *fidem* eorum et *auctoritatem* intelligo. Sic Ioh. 5, 43. Christus dicit venisse se ἐν τῷ ὀνόματι τῦ πατρὸς, *in nomine patris,* i. e. docere se ex *fide et auctoritate* patris, ita vt verba sua eandem habeant *fidem et auctoritatem.* Ibid. alii venturi dicuntur *suo nomine* i. e. sua *fide et auctoritate.* Phrasis est Talmudica

mudica, vt Rabbini *venire* dicantur *in nomine* praeceptorum suorum, quum illa, quae ab istis didicere, sub *fide & auctoritate* illorum docent. Multis hoc ostendit Schoetgenius in *horis hebr.* ad Ioh. 5, 43. Sic Iosephus *ant.* l. 14. c. 14. p. 481. *Confirmat, quae dixi, Strabo Cappadox*, λέγων ἐξ Ἀσινίου ὀνόματος, *ex nomine* i. e. fide et auctoritate *Asinii scribens.* Paulo post: Πάλιν ἐξ Ὑψικράτους ὀνόματος λέγει, *iterum ex auctoritate Hypsicratis dicit.*

Verba igitur nostra sic interpretor: *abiicient nomen vestrum*, i. e. adspernabuntur fidem et auctoritatem vestram, vt rem nullius pretii. Quum vos doctrinam euangelii docebitis, spernent nomen vestrum, non fidem habebunt verbis vestris, neque praeceptis vestris salutaribus morem gerent.

V. 23.

χάρητε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ σκιρτήσατε.

Σκιρτᾷν, quod de pecudibus frequentius adhibetur, etiam de hominibus *saltantibus* apud profanos occurrere exemplis idoneis confirmarunt Elsnerus et Cel. Alberti in *obseru.* et Hombergius in *Parergis* ad h. l. In loco nostro vero ad animum transfertur, et *animo* ob intensiorem gaudii gradum *exsultare* significat. Huius notionis exempla e profanis iam allata esse parum attendens in *Curis* ad h. l. putat Wolfius, cum exempla ab Elsnero et Cel. Alberti prolata, hoc ipso fatente, nonnisi ad *saltationem*, quae corpore fit, pertineant. Locos igitur, in quibus σκιρτᾷν est *animo exsultare*, habeto sequentes. Maximus Tyrius *Diss.* 11. p. 117. *Non aliter quam Vlysses, fumum de patriis cum conspicit oris*, σκιρτᾷ, καὶ φλογοῦται καὶ φαιδρύνεται καὶ ἐρᾷ, *exsultat, gaudio accenditur, exhilaratur et amat.* Libanius *epist.* 1155. p. 553. *Quodsi praeterea accesserit aliquid, quod longas molestias leuet*, σκιρτῶντα αὐτὸν ὀψόμεθα, *exsultantem illum videbimus.* Philo *plantat. Noe* p. 219. *Imago animae recte cernentis, inter virtutes versantis*, καὶ ὑπὸ πλήθους καὶ

μεγέθους

μεγέθες χαρᾶς ἀνασκιρτώσης, ct prae gaudii magnitudine exsultantis. Antiphon apud Stobaeum *serm.* 66. p. 420. Parentes dicit, cum liberi iam nascantur, tot implicari curis vt τὸ νεοτήσιον σκίρτημα, *iuuenilis animi exsultatio* in illis dispereat. Verbum hoc quoque de hominibus adhibitum, *ferocire, insultare et extra oleas vagari* notat. Euripides in *Erechth.* v. 31. de impiis opibus et dignitate auctis dicit: σκιρτῶσιν ἀδόκητ' εὐτυχησάντων δόμων, *domibus vltra spem fortunatis ferociunt.* Plutarchus de *educ. lib.* p. 13. ὅτω σκιρτῶσα νεότης πωλοδαμνεῖται, *sic lasciuiens domatur iuuentus.*

v. 38.

Δώσεσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν.

Dabunt in sinum vestrum, idem est ac si dicas, *dabunt in potestatem vestram*, siue *dabunt vobis*, et omnino respicitur ad morem apud veteres pluribus gentibus receptum, quod, cum vestes laxiores et sinuosas haberent, has incuruarent, et varia in iisdem portanda susciperent. Sic Boasus Ruthae c. 3, 15. in vestem muliebrem, qua induta fuerat, sex hordei mensuras effundebat. Iosephus de Hierosolymae obsidione agens *bell. Iud.* l. 6. c. 23. p. 925. dicit: *Castore clamante, vt aliquis argentum quod secum ferat, acciperet,* σπεδαιότερον ὁ Αἰνείας διαπετάσας τὸν κόλπον προσέδραμεν, *Aeneas sinum studiose expandens, accurrebat.* Idem ritus obtinebat apud Graecos et Romanos. Plutarchus in *parallel.* p. 313. de Orchomeniis dicit, quod Pisistratum in curia necauerint, καὶ διακόψαντες αὐτὸν εἰς τὲς κόλπες ἔλαβον, *cumque in frusta dissectum in sinibus abstulerint.* Ibid. de Romulo eodem modo a Romanis necato dicit: καὶ κόψαντες εἰς τὲς κόλπες ἔλαβον. Auctore Clitophonte apud Stobaeum *serm.* 10. p. 131. Brennus omne aurum exercitus, εἰς τὸν τῆς Φιλαργύρε κόλπον, *in sinum auarae,* puellae sc. Ephesiae proiici iubebat; eadem fere narrat Plutarchus in *parallel.* p. 309. Arrianus *dissert. Epict.* l. 2. c. 5. p. 180. *Vt ego,* μηδ' ἂν τὸν κόλπον ἐκτείνω, *neque, si sinum expandero,*

pandero illam (sc. pilam) *capere possim.* Appianus *bell. Hisp.* p. 436. de legatis Romanorum Carthaginem missis dicit: *Legatus ridens ad illos dicebat*, τὸν κόλπον ἐπιδεικνὺς, *monstrato sinu: Hic o Carthaginienses vobis et pacem et bellum porto; vtrum placet sumite.* Eadem refert Polybius l. 3. c. 33. p. 259. Conf. Raphelii *annot. Herodot.* ad h. l.

v. 48.

Πλημμύρας δὲ γενομένης προσέῤῥηξεν ὁ ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ.

Πλημμύρα, est quaelibet *exundatio* vel fluminis, vel lacus, vel maris. Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 57. τῆς δὲ λίμνης παρ᾽ ἣν οἰκῶν ἐτύγχανε, πλημμύραν ἐκ εἰωθυῖαν λαβέσης, *insolita stagni ad quod habitabat, exundatione facta.*

Προσέῤῥηξεν ὁ ποταμὸς verte: *allisus est fluxus.* Per ποταμὸν enim h. l. vt τὲς ποταμὲς Matth. 7, 27. non *flumen*, s. *fluuius*, sed *fluctus*, s. *fluxus* intelligendus est. Sic Ionas c. 2, 4. in mare se abiectum esse dicens, addit, καὶ ποταμοί με ἐκύκλωσαν, *et fluctus me circumdederunt.* Sic et Ies. 43, 2. Προσρήγνυσθαι est, *allidi*, *allisione frangi*, et de fluctibus adhibetur, quum illi littori vel petrae allisi franguntur. Sic Aelianus *hist. anim.* l. 14. c. 26. *Prominent quoque littora et colles*, καὶ προσρήγνυται αὐτοῖς καὶ περισχίζεται κλύδων ἄγριος, *hisque fluctus indomiti alliduntur et franguntur.* Homerus *Iliad.* δ. v. 425. itidem de fluctu maris dicit: χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει, *terrae impactus multum fremit.* Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 338. de naufragis dicit: τινὲς δὲ ταῖς πρὸς τῇ γῇ πέτραις προσραχθέντες ἀπώλοντο, *non nulli petris in littore allisi perierunt.* In verbis Lucae post: προσέῤῥηξεν, subaudi ἑαυτόν.

CAP.

CAP. VII. v. 1.

Εἰς τὰς ἀκοὰς τȣ̃ λαȣ̃.

Recte vertunt: *audiente populo.* Sic saepe LXX. interp. e. g. Gen. 20, 8. ἐλάλησε πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα εἰς τὰ ὦτα αὐτῶν, *audientibus istis*, c. 50, 4. λαλήσατε εἰς τὰ ὦτα Φαραώ. Exod. 10, 2. ὅπως διηγήσηθε εἰς τὰ ὦτα τῶν τέκνων. Ne tamen Hebraismum subesse credas, addo locum Dionysii Hal. *ant.* l. 5. p. 283. *Iussit primum vtramque* (sc. epistolam) *a scriba recitari*, εἰς τὴν ἁπάντων τῶν παρόντων ἀκοὴν, *audientibus omnibus, qui aderant.*

v. 29.

Ἐδικαίωσαν τὸν Θεὸν βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ἰωάννȣ.

Cum palam sit verbum δικαιȣ̃ν opponi verbo ἀθετεῖν v. 30. illud vero sit *adspernari, contemnere*: nihil aptius est, quam vt vertas: ἐδικαίωσαν τὸν Θεὸν, *laudarunt* s. *praedicarunt Deum.* Sic saepe in *Psalterio Salomonis* Psal. 2, 16. ἐγὼ δικαιώσω σε ὁ Θεός. Psal. 3, 5. ἐδικαίωσε τὸν κύριον. Psal. 4, 9. Καὶ δικαιώσαιεν οἱ ὅσιοι τὸ κρίμα τȣ̃ Θεȣ̃. Psal. 8, 7. ἐδικαίωσα τὸν Θεὸν ἐν τοῖς κρίμασιν αὐτȣ̃, et v. 27. ἐδικαιώθη ὁ Θεός. Refertur vox in plerisque ex his locis, ad τὰ κρίματα Θεȣ̃, per quae in sacris non solum iudicia Dei et leges, sed et omnia eius *decreta et actiones* intelliguntur, vti Rom. 11, 33. vbi κρίματα et ὁδοὶ Θεȣ̃ idem innuunt, adeoque hoc loco ἐδικαίωσαν Θεὸν idem est, ac ἐδικαίωσαν βȣλὴν τȣ̃ Θεȣ̃ coll. v. 30. Latet tamen in locutione hac aliquid insuper *Deum laudare* e. g. δȣ̃ναι δόξαν Θεῷ, saepe *effectiue* accipitur, vt idem sit ac: *honori diuino conuenienter agere*, ita *agere*, vt ipsis actionibus nostris testemur, nos *consilia, decreta et opera diuina laudare, approbare, venerari.* Sic 1 Sam. 6, 5. Philistaei ἔδοσαν δόξαν Θεῷ, arcam foederis ob quam retentam, diuinitus puniti fuerant, cum donariis remittentes. Sic Apocal. 16, 9. ȣ̓ μετενόησαν δȣ̃ναι αὐτῷ δόξαν, vide ibid. c. 11, 13. et c. 14, 7.

c. 14, 7. Seruator igitur optimus h. l. dicit, *populum et publicanos testatos esse, adprobare se et submisso animo venerari omnia Dei consilia et inprimis apertum, per τὸν βαπτισμὸν τῆς μετανοίας aditum ad regnum Dei, eo ipso, dum Iohanni se baptizandos obtulerunt.*

v. 30.

Τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτούς.

Verte: *repudiarunt voluntatem Dei.* Verbum ἀθετεῖν duos habet significatus, qui hic commode coniungi possunt. 1) *Non credere, fidem non habere.* Plutarchus *orac. def.* p. 420. *quid enim obstat,* φωνὴν δέξασθαι, *quin vocem recipiamus grauissimam et philosophiae conuenientissimam?* καὶ γὰρ ἀθετουμένη, *quippe quae, si reiiciatur, multa simul tollit, quae esse quidem, non vero demonstrari possunt,* καὶ τιθεμένη, *si vero admittatur,* cet. vbi τιθέναι *credere* et ἀθετεῖν *reiicere* sibi opponuntur. Idem in *Pericle* p. 155. Diogenes Laertius l. 7. c. 1. §. 29. dogmata Zenonis ab aliis improbata, τὰ ἀθετούμενα αὐτοῦ vocat. Dionysius Hal. de *rhetor. atticis* in Dinarcho p. 115. δι᾽ ἣν ἕκαστον ἀθετοῦμεν αὐτῶν, *cur quamlibet ex orationibus illius pro genuina non habeamus.* 2) *spernere, contemnere, morem non gerere.* Plutarchus *sympos.* l. 4. qu. 1. p. 663. de ciborum et medicamentorum mixtione dicit: εἰ δὲ ὅλως τὸ μικτὸν ἀθετεῖς καὶ ποικίλον, *si vero mixtum et varium omnino repudias.* Sic LXX. interp. 1 Sam. 2, 17. hebraicum נאץ per ἀθετεῖν transferunt, et *legem spernere* s. *transgredi* est ἀθετεῖν Marc. 7, 9.

v. 38.

Ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι, καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμασσε, καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ καὶ ἤλειφε τῷ μύρῳ.

Incipiebat pedes eius irrigare lacrymis. Phrasin habet Pausanias in *Phocicis* s. l. 10. p. 628. *Quare lacrymas fusius effundebat,* καὶ ἔβρεχε τοῦ Φαλάνθου τὴν κεφαλήν,

λὴν, *et caput Phalanti madefaciebat.* Plutarchus in *Galba* p. 1061. dicit, Neronem vnguento τὸν Ὄθωνα καταβρέξαι, *Othonem irrigaſſe.*

Oſculationem pedum apud hebraeos vel numquam vel rariſſime in vſu fuiſſe, perperam tradit Hottingerus ad Goodwinum p. 480. et huius exſcriptor Amelius. In *apocryphis Eſtherae* in precibus ſuis dicit Mardochaeus, ὅτι ηὐδόκουν φιλεῖν πέλματα ποδῶν αὐτοῦ πρὸς σωτηρίαν Ἰσραὴλ, *vellem vel plantas pedum eius oſculari, ſi id ad ſalutem Iſraëlis conduceret.* Talmud Hieroſol. *Kidduſchin* fol. 61, 2. *R. Iannai et R. Ionathan conſidebant, acceſſit homo quidam atque oſculatus eſt pedes R. Ionathanis.* Talmud Babyl. *Kethuvvoth* fol. 63, 1. Aberat R. Akiba duodecim annis ab vxore, redeunti prodiit illa in occurſum *et procidens in faciem:* קא מנשקה ליה לכרעיה *exoſculata eſt eius genua.* Plura dabit Otho in *Lexico Rabbin. phil.* p. 233. Apud Romanos morem pedes ſibi oſculandi introduxit Caligula, de quo Seneca de *benefic.* l. 2. c. 12. p. 29. *Caeſar dedit vitam Pompeio Penno, ſi dat qui non aufert, deinde abſoluto et agenti gratias, porrexit oſculandum ſiniſtrum pedem.* Ibid. *Perſicam* ſeruitutem hoc vocat, apud Perſas enim reges eundem ſibi cultum exhiberi ſinebant. Teſte Iulio Capitolino in Maximino Iuniore p. 223. hunc cultum exhiberi ſibi patiebatur Maximinus Iunior, numquam tamen ſenior, qui dicebat: *Dii prohibeant, vt quisquam ingenuorum, pedibus meis oſculum figat.* Vide ibi Notas Caſauboni.

Etiam *pedes*, quanquam rarius id erat, *vngi* moris fuiſſe, multis veterum locis probat Athenaeus l. 12. c. 13. p. 553. Plinius *hiſt. nat.* l. 13. c. 3. de vnguentis dicit: *vidimus etiam veſtigia pedum tingi, quod M. Othonem monſtraſſe Neroni principi ferebant.* Auctore Diogene Laërtio l. 6. c. 2. §. 6. Diogenes Cynicus, τῷ μύρῳ τοὺς πόδας ἀλειψάμενος, *vnguento pedes vngens dicebat, a capite quidem in aërem aſcendere vnguentum, ſed a pedibus in olfactum.*

CAP.

CAP. VIII. v. 3.

Καὶ Ἰωάννα γυνὴ Χȣζᾶ ἐπιτρόπȣ Ἡρώδȣ.

Per ἐπίτροπον Ἡρώδȣ h. l. non *procurator prouinciae* cuiusdam Herodis, sed *oeconomus* s. *rerum domesticarum inspector* intelligendus est. Nam 1) vxor eius h. l. reliquis mulieribus immiscetur, quam principi loco et hic positam fuisse conicias, si altior fuisset dignitatis gradus, quem apud Herodem maritus eius vel obtinuerat vel adhuc obtinebat. 2) Nusquam in Iosepho vel alibi memoratum legimus, principes ab Herode magno oriundos ditiones suas per ἐπιτρόπȣς *procuratores* administrandas curasse; Iosephus tamen de ἐπιτρόποις, *oeconomis* eorum mentionem facit. Tradit is *ant.* l. 18. c. 8. p. 633. regem Agrippam Thaumastum quendam seruum, qui ipsi a Tiberio in vincula coniecto frigidam praebuerat, deinde a Caligula impetratum manumisisse et τῆς ȣ̓σίας ἐπίτροπον *facultatum suarum procuratorem* fecisse. Idem *bell. Iud.* l. 2. c. 43. p. 824. de procuratore quodam Agrippae iunioris haec habet: ἐνεδρεύοντες Πτολεμαῖον τὸν Ἀγρίππα καὶ Βερνίκης ἐπίτροπον, *insidiantes Ptolemaeo Agrippae et Berenices Procuratori, omnes illi, quas ferebat sarcinas, auferebant, in quibus erant, non paucae vestes pretiosae, plurimaque argentea pocula et sexcenti aurei.* Conf. dicta ad Matth. 20, 8.

v. 14.

Καὶ ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλȣ́τȣ καὶ ἡδονῶν τȣ̃ βίȣ πορευόμενοι συμπνίγονται καὶ ȣ̓ τελεσφορȣ̃σι.

Verba priora, in quibus multum laborarunt interpretes, noue verto: *et a curis Diuitiarum et voluptatum vitae occupati. Curas et diuitias* per hendyadyn dici pro *curis diuitiarum* probatione haud puto indigere. Recte me vero transferre: *occupati a curis* tuebitur Marcus 4, 17. Quod enim is *actiue* dicit: αἱ μέριμναι - καὶ ἡ ἀπάτη τȣ̃ πλȣ́τȣ - εἰσπορευόμεναι, *curae et fallaciae diuitiarum illos occupant*, id h. l. *passiue* est: *illi a curis occupati*, s. *penetrati.* Nascitur verbum πορεύομαι a πείρω *transeo*, hinc

hinc ſignificatum ſequitur ſuae ſtirpis & *tranſire, penetrare, occupare* ſignificat. Sic LXX. interp. Ioſ. 18, 8. πορεύθητε τὴν γῆν, *tranſite per terram*, penetrate in illam vlterius. Ioſ. 3, 4. (pro עבר) ὀ γὰρ πεπόρευθε τὴν ὁδὸν, *tranſiiſtis per viam*. Et ſic ſignificatu paſſiuo ex Gregorio Nazianz. citant Lexica, μὴ πορευθῶμεν τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ἡμῶν, *ne penetremur a luce ignis noſtri*. In his ergo hominibus, quum animos illorum totos *penetrauerint et occupauerint* curae rerum terrenarum, ſuffocari neceſſe eſt iacta pietatis ſemina.

Συμπνίγονται non vertendum eſt, *ſuffocantur*, id enim plane a ſenſu parabolae eſt alienum; non enim homines *ſuffocantur*, ſed ſuffocatur in illis verbum diuinum. Neque etiam id patitur antitheſis. Si enim id eſſet: *ſuffocantur*, opponi illi debuiſſet: *et non ad maturitatem perueniunt*, iam vero opponitur: *et non ad maturitatem perducunt*. Verto igitur actiue: *ſuffocant* et ſubaudio e Matthaeo et Marco τὸν λόγον; Poſſes quoque ex parabola ſubaudire τὸν καρπόν. Πνίγειν cum compoſitis etiam in media voce reperitur. Athenaeus l. 2. c. 19. p. 60. ex Epicharmo: οἷον αἱ μύκαι ἄρ᾽ ἐπεσκληκότες πνιξεῖσθε, *veluti fungi emaciati ſtrangulabitis*. Vtuntur et profani compoſitis τοῦ πνίγειν de plantis et arboribus, quarum incrementa impediuntur et quae ſenſim pereunt. Hippocrates de *glandulis* ſect. 3. p. 53. de iacto in locis humidis ſemine dicit: ἀποσήπεται καὶ ἀποπνίγεται τῇ πλεονεξίῃ, *propter redundantiam putreſcit et ſuffocatur*. Plutarchus de *gerenda ſeni reip.* p. 806. non omnes arbores dicit pati circumplicatam ipſis vitem et addit: ἀλλ᾽ ἔνια καταπνίγει καὶ διαφθείρει τὴν αὔξησιν αὐτῆς, *ſed nonnullae ſuffocant et incremento eius officiunt*.

Καὶ οὐ τελεσφοροῦσιν, *et non ad maturitatem perducunt* fructum. Proferunt quidem fructus ſed nec genuinos nec maturos. Sic Philo de *victimis* p. 837. μετοπωρινῇ δὲ καὶ ὁ τῶν δένδρων καρπὸς τελεσφορεῖται, *autumno etiam arborum fructus matureſcunt*. Strabo l. 2. p. 126. ὅπου μηδὲ φύεται ἄμπελος ἢ μὴ τελεσφορεῖ, *vbi aut nulla*

nulla nascitur vitis, aut fructum ad maturitatem non perducit. Vide ibid, paulo post et l. 4. p. 269. Iosephus de Noa vineam plantante *ant.* l. 1. c. 7. p. 14. τȣ̃ καρπȣ̃ τελεσφορηθέντος καθ' ὥραν ἐτρύγησε, vide et Ocellum Lucanum de *vniuerso* c. 1, p. 513.

v. 18.

Ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς ἐὰν μὴ ἔχῃ, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτȣ̃.

Per τȣ̀ς ἔχοντας *diuites s. multum habentes*, per τȣ̀ς μὴ ἔχοντας vero *pauperes s. parum habentes* intelliguntur. Sic Xenophon *exped. Cyri* l. 7. p. 276. Antiqua lex est, τȣ̀ς μὲν ἔχοντας διδόναι τῷ βασιλεῖ τιμῆς ἕνεκα, τοῖς δὲ μὴ ἔχȣσι διδόναι τὸν βασιλέα, *vt illi, qui habent, regi honoris caussa dona dent, qui vero non habent, a rege accipiant.* Demosthenes 1. *in Stephanum* p. 617. τȣ́τȣς περιορᾶν ἐν ταῖς ἐσχάταις ἀπορίαις ὄντας, ἔχοντα καὶ πλȣτȣ̃ντα, *ab eo negligi extrema inopia conflictantes, cum rem habeat et diuitias.* Isocrates in *amartyro* p. 594. *qui rem publicam gubernabant, non delinquentes puniebant, sed* τȣ̀ς ἔχοντας ἀφῃρȣ̃ντο *diuites spoliabant.* Subaudi vero, ὅς ἔχει τὶ, vel ὅς ἔχει χρήματα; prior phrasis plena occurrit 3 Maccab. 7, 22. et in Dione Cassio *excerpt. Vales.* p. 645. μάλιςα δὲ τȣ̀ς τι ἔχοντας ἐπιθυμίᾳ χρημάτων ἔφθειρον, *inprimis vero opulentos, opum ducti cupiditate mactabant.* Phrasin posteriorem habes Marc. 10, 23. et in Xenophonte *de fact. et dict. Socr.* l. 1. p. 448. τὸ πᾶν πλῆθος κρατȣ̃ν τῶν τὰ χρήματα ἐχόντων, *plebs in diuites potestatem exercens*, et in Demosthene adu. *Midiam* p. 414. Μὴ ἔχοντες *paupere s* sunt auctore Euripide in *Phoenissis* v. 408. κακὸν τὸ μὴ ἔχειν, *malum est, nihil habere.* Ita Stobaeus *serm.* 41. p. 241. ex Polyaeno: ὅταν οἱ δυνάμενοι τοῖς μὴ ἔχȣσι καὶ προτελεῖν τολμέωσι, *quum diuites pro pauperibus sumtus faciant.* Supple et hic μὴ ἔχοντες χρήματα vel βίον, quam phrasin plene habet Euripides in *Helena* v. 440.

'O δοκεῖ ἔχειν non significat, *quod habere videtur, sed quod reuera habet.* Nam 1) quod quis non habet, id ipsi auferri nequit. 2) Palam est ὃ δοκεῖ ἔχειν, aequivalere, phrasi ὃ ἔχει in locis parallelis Marc. 4, 25. Matth. 13, 12. c. 25, 29. Luc. 19, 26. 3) Si ad explicationem ipsius rei per parabolam designatae attendas, in loco nostro et parallelis, vbi absque dubio ad semen in agro sparsum respicitur, *duo bona* erant, quae *οἱ μὴ ἔχοντες pauperes* reuera habebant. a) Verbum Dei, cuius semina illorum quoque animis erant insita. b) Aliqua verbi huius cognitio historica, per varios se quoque prodens effectus. Sic et in locis vbi dominus seruo *talentum* vel *minam* crediderat, haec *dona* erant, quae seruus nequam reuera habebat. Dura sane mihi videtur explicatio, quum putant *habere* dici de illo, qui *recte vtitur*, *non habere*, de eo, qui *non recte vtitur.* Quanquam si caussam quaeras, cur detur habenti, auferatur parum habenti, ea omnino *in vsu* vel *abusu* concrediti sita est. Quod δοκεῖν saepe abundet, satis ostensum est ad Marc. 10, 42. Hic addo Iosephum *ant.* l. 2. c. 3. p. 50. vbi Iosephum refert ad fratres dixisse, ἐδ' ὧν εἰς ἐμὲ δοκεῖτε ἁμαρτεῖν, ἔτι μνημονεύω *eorum, quae contra me peccastis, non recordor amplius.* Ibid. l. 4. c. 6. p. 117. Inprimis δοκεῖν abundat, si de opibus sermo est. Sic Athenaeus l. 6. c. 4. p. 231. ex Anaximene, ἐκ ποτηρίων δὲ χαλκῶν ἔπινον οἱ σφόδρα δοκᾶντες πλετεῖν *e poculis aeneis bibebant, qui ditissimi erant.* Ab Herodiano l. 2. p. 72. Iulianus imperator δοκῶν ἐν εὐπορίᾳ χρημάτων εἶναι, *opibus abundasse* dicitur.

v. 19.

'Ουκ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον.

Verbum συντυγχάνειν est, *conuenire, inuisere, colloqui.* Nam et hic v. 20. per ἰδεῖν et Matth. 12, 46. per λαλῆσαι αὐτῷ exprimitur, et vox hoc quoque sensu profanis trita est. Achilles Tatius l. 7. p. 451. μικρᾶ τινος ἀπελείφθη τᾶ μὴ τῷ πατρὶ συντυχεῖν, *parum abfuit, quin patrem conueniret* f. *obuiam illi fieret.* Demosthenes de *fals. legat.*

legat. p. 229. κἂν ἀναγκασθῇ πȣ συντυχεῖν, *si alicubi mecum congredi necesse habet, statim resilit, ne se quis videat mecum loquentem.* Polybius l. 5. c. 15. p. 507. συγτυχὼν δὲ αὐτῷ προσεπυνθάνετο, *is regem alloquens quaerebat.* Dionysius Hal. *ant.* l. 4. p. 257. τῷ μάντει βȣλόμενοι συντυχεῖν, *vatem conuenire cupientes.* Paulo post: πατήρ ἐςιν ἐμὸς ᾧ βȣ́λεσθε συντυχεῖν. Plutarchus *Apophth. lacon.* p. 236. πολλάκις συντυχεῖν ἀνεβάλετο, vbi συντυχεῖν paulo post per διαλέγεσθαι explicatur. Apud Iosephum angelus cum Hagare colloquens, *ant.* l. 1. c. 13. p. 22. συντυχὼν αὐτῇ θεῖος ἄγγελος vocatur. Idem *ant.* l. 9. c. 1. p. 297.

v. 20.

Καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων, ἡ μήτηρ σȣ, καὶ οἱ ἀδελφοί σȣ ἑςήκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες.

Pro αὐτῷ λεγόντων codices nonnulli legunt αὐτῶν λεγόντων, quam lectionem testibus haud sufficientibus munitam, male tamen eo nomine refutat Millius, quod ipsa haec phrasis apud LXX. frequentissime occurrat. Habent haud raro LXX. phrasin ἀπηγγέλη λέγοντες e. g. Gen. 48, 2. ἀπηγγέλη δὲ τῷ Ἰακὼβ λέγοντες, 1 Sam. 14, 33. ἀπηγγέλη τῷ Σαȣ̀λ λέγοντες, quae locutio barbara est, si quid iudico, nec cum verbis Lucae conferenda; ipsa vero Lucae phrasis vix vsquam praeter 1 Sam. 24, 2. vbi tamen variat lectio, reperitur. Participium λεγόντων absolute positum est, et vox αὐτῶν subaudiri debet. Nec est quod cum Beza credas, raro hoc dicendi genus reperiri. Arrianus *Dissert. Epict.* l. 2. c. 5. p. 180. ὁμολογήσαντος δὲ, (sc. αὐτȣ̃) *quod cum ille confessus esset.* Plutarchus in *Numa* p. 70. ἀρξαμένων δὲ δειπνεῖν *sc.* αὐτῶν, *cum illi coenare inciperent.* Diogenes Laërtius l. 2. c. 6. §. 2. ἀποκρινομένȣ δὲ et paulo post: ἀποερήσαντος δὲ, Idem l. 6. c. 5. §. 7. ἀγανακτȣ̃ντος δὲ et paulo post ἀπιςέντων δὲ, Ibid. l. 7. c. 2. §. 6. ἀρνησαμένȣ δέ. Plutarchus *apophth. lac.* p. 214. ἐπιςραφέντα αὐτὸν καὶ ἀνακαλȣ́μενον τȣ̀ς ἰδίȣς τῶν Λακεδαιμονίων τις καιρίως ἐπάταξε, καὶ πεσόντος. Malim igitur in verbis Lucæ

ſubaudire *αὐτῶν*, quam quod alii faciunt, *τινῶν*, quum haud facile exempla reperias, in quibus *τινὸς* vel *τινῶν* in hac conſtructione omittatur. Verba vero *λεγόντων αὐτῶν dicentibus iſtis* refero ad matrem et fratres Ieſu, hi ad Ieſum *dicebant* i. e. *dici curabant*. Nam *λέγειν* ſaepe notat, *nunciandum* aliquid *curare*, *iubere vt* id alteri *dicatur*. Sic vox occurrit Ioh. 11. v. 3. Act. 13, 15. et apud Thucydidem l. 2. p. 35. *κήρυκα ἐξέπεμψαν παρὰ τὰς Θηβαίας λέγοντες*, *praeconem ad Thebanos miſerunt, dici iubentes*, ibid. paulo poſt: *ἔλεγον αὐτοῖς μὴ ἀδικεῖν*.

'Ἰδεῖν h. l. eſt, *inuiſere*, *conuenire*, *colloqui*. Sic Arrianus *exped. Alex.* l. 5. p. 372. *Quin potius tu quoque, ſi placet, domum reuerſus*, *καὶ τὴν μητέρα τὴν σαυτᾶ ἰδὼν*, *et matrem tuam inuiſens*. Xenophon *exped. Cyri* l. 2. p. 194. *accedens aliquis a cuſtodibus quaeſiuit*, *πᾶ ἂν ἴδοι πρόξενον ἢ Κλέαρχον*, *vbi Proxenum & Clearchum conuenire poſſent?* Sic et *ὄπτεσθαι* adhibetur. Apud Plutarchum in *Demetrio* p. 897. ad hunc aegrotantem pater eius Antigonus *ἐβάδιζεν ὀψόμενος*, *ibat inuiſere illum* volens. Sic et Ioſephus *ant.* l. 9. c. 5. p. 309.

v. 23.

Καὶ κατέβη λαῖλαψ ἀνέμα εἰς τὴν λίμνην καὶ συνεπληρᾶντο.

Perquam durum viſum eſt interpretibus dicendi genus, quod hic diſcipuli *completi* eſſe dicantur, cum nauis tantum fluctibus *compleretur*, quae illos ferebat. Sed elegans eſt haec metonymia. Ita Demoſthenes *adu. Leptinem* p. 366. *Leucon eius loci dominus, eos, qui frumentum Athenas aducbunt, immunitate donauit, edicique iuſſit*, *πρώτας γεμίζεσθαι τὰς ὡς ἡμᾶς πλέοντας*, *vt primi illi implerentur, qui ad nos nauigant*. Hic nautae, quorum naues frumento onerantur, ipſi *impleri* dicuntur. Plutarchus *praecept. reip. ger.* p. 820. *ὁ παραπλεύσας την Σύρτιν εἶτα ἀνατραπεὶς περὶ τὸν πορθμὸν*, *nauta, qui Syrtim praeteruectus, ad fretum ſubuerſus eſt*, ſ. cuius nauis ad fretum ſubuerſa eſt. Parum differt hoc

Thucy-

Thucydidis l. 1. p. 22. Ἀθηναῖοι μὲν οὖν οὕτως ἐτειχίσθησαν, *sic igitur Athenienses muris circumdati sunt*, pro hoc: *Athenae muris septae sunt*, et hoc Isocratis in *Areopagitico* p. 218. *Non in lustris aleatoriis versabantur adolescentes*, οὐδ' ἐν ταῖς αὐλητρίσιν *neque in tibicinibus* i. e. in loco, vbi habitabant tibicines.

CAP. IX. v. 12.

Καὶ εὕρωσιν ἐπισιτισμόν.

Vox ἐπισιτισμὸς descendit a verbo ἐπισιτίζεσθαι, *cibaria pro pluribus conquirere*, vt in hoc Dionysii Hal. *ant.* l. 7. p. 432. ἐκ τῶν πολεμίων ἐπισιτιζόμενοι, *ex terra hostium cibaria collecturi.* Ἐπισιτισμὸς igitur est, *commeatus*, *cibus pro pluribus simul collectus*, imo et *viaticum*, et h. l. eo quoque respicitur, quod pro itinere longiori sibi *cibos coëmendi* potestas dari deberet populo, ne scilicet ἐκλυθῶσι ἐν τῇ ὁδῷ Matth. 15, 32. Marc. 8, 3. quum partim locorum inhospitalitas, partim religionum diuortia, vbiuis cibos quaerere non paterentur. Ita saepe *commeatum* exercituum et nauium, ἐπισιτισμὸν vocant auctores. Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 376. *Qui defecerant milites* τὸν ἀναγκαῖον ἐπισιτισμὸν ἐκ τῶν πλησίον ἀγρῶν λαμβάνοντες, *Commeatus necessarios ex propinquis agris petentes.* Ibid. l. 4. p. 223. τὴν δαπάνην τὴν εἰς τὸν ἐπισιτισμὸν τῶν στρατευομένων, item l. 3. p. 142. l. 7. p. 541. l. 8. p. 553. et p. 555. Xenophon *exped. Cyri* l. 1. p. 177. *Nusquam nisi forte* ἐπισιτισμοῦ ἕνεκα *propter commeatus aut necessarii cuiusdam negotii caussa morabatur.* Plutarchus in *Demetrio* p. 912. ἐπισιτισμοῦ δὲ καὶ προνομῶν εἰργόμενος, *frumentatione et pabulatione prohibitus.* Item Iosephus *bell. Iud.* l. 3. c. 6. p. 835. Demosthenes adu. *Aristocrat.* p. 450. τῷ μὲν ὑπῆρχεν ἐπισιτισμὸς ἐκ τῆς ἄνωθεν φρυγίας, idem de *corona* p. 335. Sic et de *commeatu nauium* idem adu. *Phormionem* p. 585. *Non mercatus est amplius quam quinquies mille quingentis drachmis* σὺν τῷ ἐπισιτισμῷ, *vna cum*

commeatu. Athenaeus l. 5. c. 11. p. 209. χωρὶς δὲ τούτων ὁ ἐπισιτισμὸς ἦν τῶν ἐπιπλεόντων, *praeter haec vero aderat illorum, qui nauigabant, commeatus.* In nonnullis locis, quos adduxi, ἐπισιτισμὸς, *actum commeatus conquirendi* s. *frumentationem* significat.

v. 13.

Οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλεῖον ἢ πέντε ἄρτοι καὶ ἰχθύες δύο, εἰ μήτι πορευθέντες ἡμεῖς ἀγοράσωμεν εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον βρώματα.

Vertunt vulgo: *non sunt nobis plures quam quinque panes, et duo pisces: nisi nos abeuntes emamus toti huic populo cibos.* Sic vero manca esse videtur oratio. Cel. Heumannus ad h. l. et Glassius *philol. sac.* p. 890. integrum deesse sermonis membrum censent, quod ita supplendum esse putant: *Non sunt nobis plures quam quinque panes et duo pisces*, non possumus itaque illis dare, quo vescantur, *nisi forte abeuntes* cet. Tales mihi ellipses sunt suspectae. Marcus c. 6, 37. verba nostra interrogatiue exprimit: *Numquid abeuntes emere debemus panes ducentorum denariorum?* Verto igitur et h. l. εἰ μήτι cet. *Numquid abeuntes emere debemus* cet. Vocula εἰ μήτι *numquid* denotat 2 Cor. 13, 5. et in Euripidis *Alceste* v. 808. vbi cum Seruus ad Herculem dixisset. *Nondum scis mala, quae sunt in aedibus?* Hercules dicit: Εἰ μήτι σός με δεσπότης ἐψεύσατο; *num me forte dominus tuus fefellit?* Iosephus *ant.* l. 17. c. 11. p. 568. *Hanc ob caussam eo magis inquirebat, εἰ μή τι τοιοῦτον οἷον ἐνόει κακῶς εὑρίσκοιτο, vtrum tale aliquid, quod suspicabatur, inuenturus esset?* Etiam εἰ μὴ, quod cum εἰ μή τι, in quo vocula τὶ abundat, idem est, saepe occurrit, pro: *numquid.* Vt in sacris 2 Cor. 3, 1. Ex profanis sic Plutarchus in *Gracchis* p. 825. τίς ἡ σπουδή; ἢ τί τὸ τάχος; εἰ μὴ Τιβέριον αὐτῇ Γράκχον εὑρίσκεις νυμφίον; *quid festinatione aut celeritate opus erat? an Tiberium Gracchum illi sponsum inuenisti?* Aristophanes in *Vespis* p. 441. εἰ μὴ φέρεις Ὀδυσσέα τινά; *numquid*

Vlyssem

Vlyssem quendam vehis? Ibid. p. 499. εἰ μὴ κατέκνησας τοῖς ϛρατιώταις ἃ λάβες; *numquid scidisti frusta militantibus?* Xenophon *dict. et f. Socrat.* l. 1. p. 444. εἰ μὴ ἄρα ἡ τῆς ἀρετῆς ἐπιμέλεια διαφθορά ἐϛιν; *numquid ergo cura virtutis corruptio est?* In Luciani *Ioue confut.* p. 181. Iupiter interrogatus, εἰ μὴ μεταμέλει σοι ἐκείνων, *numquid forte horum te poenitet?* cet. respondet, ἐδαμῶς. Sic et Arrianus *Dissert. Epict.* l. 2. c. 1. p. 172. Plutarchus *malignit. Herod.* p. 873. Iosephus *ant.* l. 11. c. 6. p. 378.

v. 24.

Ὃς γὰρ ἐὰν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτȣ̃ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν.

Phrases hae ψυχὴν σῶσαι, *vitam seruare* et ψυχὴν ἀπολέσαι, *vitam amittere*, hoc sensu quoque Marc. 8, 35. occurrunt, vbi hanc vocis ψυχὴ notionem ex *hebraismo* deriuat in *notis* suis Hakspanius. Sunt tamen ipsae hae phrases satis familiares profanis, vbi ψυχὴν σῶσαι est, *vitam conseruare* vel suam vel aliorum. Demosthenes de *corona* p. 353. in epitaphio eorum, qui ad Chaeroneam occubuerant, ȣ̓κ ἐσάωσαν ψυχάς, ἀλλ' ἀΐδην κοινὸν ἔθεντο βραβῆν, *non conseruarunt vitam, sed orcum communem habuerunt brabeutam.* Euripides in *Oreste* v. 643. ἣν ψυχὴν ἐμὴν σώσῃς. Idem in *Heraclid.* v. 14. καὶ πόλις μὲν οἴχεται, ψυχὴ δ' ἐσώθη, *periit quidem mihi ciuitas, sed vita seruata est.* Lesbonactes de *bello Corinth.* p. 210. ȣ̓ μόνον τὴν αὐτȣ̃ ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν οἴκοι μενόντων ψυχὰς σώζει. Iosephus *ant.* l. 9. c. 11. p. 321. σώζειν γὰρ αὐτῶν ἐθελήσȣσι τὰς ψυχὰς μᾶλλον, ἢ τὰ κτήματα, ibid. l. 11. c. 6. p. 379. ταῦτα δὲ αὐτῷ παρ' ἡμῶν ἔϛαι, σώσαντί μȣ τὴν ψυχήν. Achilles Tatius l. 5. p. 337. σώσεις γάρ μȣ τὴν ψυχὴν διαῤῥεύσασαν ἤδη, *seruabis enim vitam meam, iam pene fugientem.* Contra ea, ἀπολέσαι ψυχὴν est, *vitam amittere.* Sic idem l. 3. p. 213. ἵνα μὴ τὴν ψυχὴν μόνον ἀπολέσῃ, ἀλλὰ καὶ τὴν ταφήν, *vt non solum vitae, sed et sepulturae*

rae iacturam faceret. Alio ſenſu Euripides in *Androm.* v. 611. ψυχὰς δὲ πολλὰς κἀγαθὰς ἀπώλεσας, *ſed perdidiſti multos et praeſtantes viros.* Quo ſenſu ἀπολέσαι ψυχὴν occurrit Luc. 6, 9. pro ψυχὴν ἀποκτεῖναι Marc. 3, 4.

v. 31.

Ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἔμελλε πληρῶσαι ἐν Ἱερουσαλήμ.

Vertere potes ad verbum: *loquebantur exitum ipſius, quem impleturus eſſet Hieroſolymis.* Verbum λέγειν h. l. eſt, *cum laude aliquid commemorare, praedicare, extollere.* Euripides in *Aeolo* v. 46. τήνδ' εὐγένειαν πρὸς θεῶν μή μοι λέγε, *ne mihi per Deos, nobilitatem generis iacta.* Apud Ioſephum *ant.* l. 11. c. 4. p. 360. primus ex tribus Darii ſatellitibus, ἤρξατο λέγειν τὴν τοῦ οἴνου δύναμιν, *vim vini praedicare ordiebatur.* Aeſchines *falſa legat.* p. 255. τοῖς τὰς μάχας καὶ τὰ τῶν προγόνων λέγουσι τρόπαια, *maiorum pugnas et tropaea extollentibus*, ſic Demoſthenes adu. *Leptinem* p. 376. qui et eodem ſenſu verbo ἐρεῖν vtitur adu. *Nauſimach.* p. 635. τάχα τοίνυν καὶ τριηραρχίας ἐροῦσι, *fortaſſe autem et inſtructas a ſe triremes praedicabunt.*

Per ἔξοδον plurimi *vitae exitum* ſ. *mortem Chriſti* hic intelligunt, nec negauerim, phraſin hunc ſenſum habere poſſe. Nam non ſolum vox haec de *exitu vitae* in vſu eſt, ſed et ἀναπλῆσαι μοῖραν graeci, et *implere fatum* latini vſurpant pro *mori*, et Tacitus *annal.* l. 2. c. 42. dicit: *finem vitae, ſponte an fato impleuit*, ad cuius exemplum verba Lucae vertere poſſes: *finem vitae quem impleturus eſſet.* Sed nihil cauſſae adeſſe video, cur verba Euangeliſtae tam arcte reſtringamus. Ratio certe, quam *in curis* ad h. l. adfert B. Wolfius, hoc ideo de morte Chriſti intelligendum eſſe, quia diſcipuli Chriſti hoc doctrinae caput inprimis auerſati ſint, idque vel ideo edoceri debuerint, parum ſane probat, quum de ἐξόδῳ, Moſes et Elias non cum diſcipulis dormientibus

ſc.

ſc. ſed cum Chriſto tantum collocuti ſint, praeterea quoque haec ratio eos non ferit, qui ἔξοδον Chriſti latius intelligentes mortem eius non excludunt. Ita enim per *ἔξοδον omnia Chriſti fata* intelligo, quae et *ἐν Ἱεροσολύμοις* et *extra vrbem, ſed in eius tamen vicinia* ille ſubiturus erat. Pertinent huc omnia, quae Chriſto ante mortem Hieroſolymis euenere, pertinet huc mors ipſa, imo et reſurrectio et adſcenſus in coelum. Haec ampliorem dicendi praebere poterant materiem, quam ſola mors, et quod ἔξοδος quemlibet *finem* atque *exitum* denotet, probatione haud indiget.

Quod ad vocem πληρόειν attinet, haud ſatis illam explicaſſe videntur interpretes. Omnes *vitae caſus* et *euentus*, qui diuinitus *determinati* et *praedicti* ſunt, *impleri* graece dicuntur, quum homines eosdem *ſubeunt* et *ſuſtinent*. Sic auctore Euripide *Iphig. in Tauris* v. 90. Oreſtes oraculo Apollinis iuſſus erat, ſtatuam Dianae raptam, κίνδυνον ἐκπλήσαντ' Ἀθηναίων χθονὶ δοῦναι, *poſtquam periculum impleuerit*, (i. e. ſubierit) *Athenienſium terrae dare*. Apud Homerum *Odyſſ.* ε. v. 301. Vlyſſes Deam ſibi praedixiſſe dicit, ſe in Ponto, πρὶν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι, ἄλγε' ἀναπλήσειν, *antequam in patriam veniret, dolores impleturum eſſe*, et addit: τάδε δὴ νῦν πάντα τελεῖται *hi nunc omnes perficiuntur*, et ibid. v. 206. ipſa haec Dea Calypſo dicit: *Siquidem ſcires tua mente*, ὅσσα τοὶ αἶσα, κήδε' ἀναπλῆσαι, *quantos tibi fatum ſit, implere dolores*. Herodotus in *Terpſichore* ſub init. ὀλοφύρονται, ὅσα μιν δεῖ, ἐπεί τε ἐγένετο ἀναπλῆσαι κακά, *flent propter mala, quae ille poſtquam natus eſt implere debet*. Patet ex his verti poſſe: *exitum quem impleturus eſſet*, ſiue *ſubiturus*, ſ. *qui ei euenturus eſſet*, et reſpici ſimul ad aeternum Dei decretum, quo et adflictiones et ſequentem gloriam filii ſui definiuit, et ad tot V. T. vaticinia, quibus haec praedicta ſunt.

v. 39.

v. 39.

Καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφρȣ̃, καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτȣ̃ συντρῖβον αὐτόν.

Verbum σπαράσσειν, quod et v. 42. et Marc. 1, 26. c. 9, 20. 26. eodem ſenſu legitur, Heſychius recte per ταράττειν explicat. Vertendum eſt id his locis: *concutere* et de vehementiori omnium corporis partium et externarum et internarum *commotione* intelligendum eſt. De *concuſſione* partium externarum verbum hoc habet Ioſephus *ant.* l. 13. c. 15. p. 448. vbi de matre Hyrcani, quae nonniſi flagris caedebatur, dicit: ἡνίκα δ' αὐτὴν τυπτομένην ἴδοι καὶ σπαραττομένην, *quum illam verberari et concuti videret.* De partibus internis valet hoc Maximi Tyrii *Diſſ.* 23. p. 234. vbi a morbis dicit λυμαίνεσθαι τὸ σῶμα κλονȣ́μενόν τε καὶ σπαραττόμενον καὶ σειόμενον, *vaſtari corpus ab iisdem perturbatum, concuſſum et commotum.* Haec igitur *agitatio* partium internarum cauſſa erat τȣ̃ ἀφρȣ̃.

Verbum συντρίβειν duplicem habet ſignificatum huic loco aptum. 1) eſt *conterere, contundere, vulnerare.* Sic Lucianus in *Demonacte* p. 1013. ἔμελλεν ἢ ξύλοις συντρίψειν, ἢ καὶ φυγῇ ζημιώσειν, *volebat illum vel fuſtibus contundere, vel exilio mulctare.* Lyſias *orat.* 2. in *Simon.* p. 27. λίθῳ συντρίβει τὸ μέτωπον, *lapide frontem contundebat,* ſ. *vulnerabat.* Ibid. p. 31. Exorta pugna aliquot hominum ſe inuicem caedentium dicit: ἐν τȣ́τῳ τῷ θορύβῳ συντριβόμεθα τὰς κεφαλὰς ἅπαντες, *in hoc tumultu omnium capita ſunt contuſa.* Iſocrates adu. *Callimach.* p. 562. ᾐτιῶντο Κρατῖνον συντρίψαι κατὰ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς, ἐκ δὲ τȣ̃ τραύματος φάσκοντες ἀποθανεῖν τὴν ἄνθρωπον, *criminabantur, Cratinum caput illi contriuiſſe, atque ex eo vulnere mulierem mortuam eſſe dicebant.* Sic ſenſus eſt, daemoniacum, et morbo et daemone agitatum in terra ſe volutantem Marc. 9, 20. imo in ignem cadentem Matth. 17, 15. impotenti membrorum concuſſione, illa *contudiſſe*

et

et partim quoque *vulneraſſe*. 2) ſignificat, *vires alicuius attercre, languentem et viribus exhauſtum aliquem reddere.* Sic Herodianus de Macrino dicit l. 5. p. 207. *Inuentus eſt in Chalcedonc Bithyniae vrbe*, νοσῶν χαλεπώτατα, ὑπό τε τῆς συνεχοῦς ὁδοιπορίας συντετριμμένος, *grauiſſime aegrotans, atque ex perpetuo itinere attritus.* Sic daemon abiiſſe diceretur a daemoniaco, viribus eius plane exhauſtis, eoque ita ex vehementi agitatione delaſſato, vt grauia vix traheret membra. Quamcunque ex his eligas interpretationem, praeſens συντρίβει pro praeterito poſitum eſſe credendum eſt. Mihi poſterior magis fere ſe probat ſenſus, quoniam eiusmodi paroxyſmos, quales de daemoniaco hoc narrantur, ordinarie ſequi ſolet, multus membrorum corporis languor, et praeterea Marc. 9, 26. de eodem dicitur, quod poſtquam daemonium πολλὰ σπαράξαν αὐτὸν exierit, fuerit ὡσεὶ νεκρός.

v. 46.

Εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς.

Quamuis Marcus c. 9, 33. 34. de eadem re, quis nempe maior eſſet, *collocutos eſſe* πρὸς ἀλλήλους *inter ſe* dicat diſcipulos: h. l. tamen parum probabiliter cum Beza per διαλογισμὸν *diſceptatio*, *collocutio* intelligitur, quum v. 47. doceat, etiam h. l. ſermonem eſſe de διαλογισμῷ τῆς καρδίας, *cogitatione mentis.* Praeterea quoque nec *diſceptatio* quam Marcus memorat, *cogitationem* de eadem re excludit, ſed ſupponit, nec *cogitatio* diſceptationem tollit, quamuis Lucas *diſceptationis* mentionem facere opus non habuerit, quum diſcipuli vti ex Marc. 9, 33. 34. patet, clanculum Chriſto non audiente hac de re collocuti ſint, adeoque Chriſtus non ſermones, ſed cogitationes eorum penetrauerit. Phraſis quoque εἰσέρχεσθαι de *cogitationibus et adfectibus animum ſubeuntibus* profanis trita eſt, tam cum dandi quam accuſandi caſu. Euripides in *Ione* v. 1023. ὑπεῖδου τοῦθ' ὃ κἀμ' εἰσέρχεται, *ſuſpicaris, quod etiam mihi in mentem venit*, item in *Hercule fur.* v. 302. etiam in *Cyclope* v. 410. εἰσῆλθέ μοι

τι

τι θεῖον, *venit mihi in mentem diuinum aliquid*, et in *Oreste* v. 1324. ἀλλά με φόβος τις εἰσελήλυθ', *sed me metus quidam cepit.* Iosephus *ant.* l. 8. c. 7. p. 289. Ἀχάβῳ λύπη τῶν πεπραγμένων εἰσῆλθε καὶ μεταμέλος, idem *bell. Iud.* l. 1. c. 20. p. 770. ἀπιςία με τοῦ ζῆν εἰσέρχεται, *vix me adhuc viuere credo*, ibid. l. 3. c. 24. p. 851. ἀνάμνησις αὐτῷ τῶν διὰ νυκτὸς ὀνείρων εἰσέρχεται, *subit illum somniorum nocturnorum recordatio.* Dionysius Hal. *ant.* l. 156. τῷ δὲ Ῥωμαίῳ - - λογισμὸς εἰσέρχεται, *Romano vero in mentem veniebat cogitatio*, ibid. l. 6. p. 409. δέος τε καὶ φροντὶς ἡμᾶς εἰσέρχεται, *timor et cura quaedam nos subit*, ibid. l. 7. p. 442. ὅτι αὐτοῖς ἤδη φροντίς ποτε εἰσέρχεται, vide ibid. l. 1. p. 67. l. 2. p. 106. et 112. et l. 11. p. 721. εἰσελθέτω δὴ λογισμὸς ἕκαςον ὑμῶν. Voces ἐν αὐτοῖς Lucas posuit, pro εἰς αὐτοὺς, quod vulgare est; totam vero phrasin hoc sensu habet Aristoteles, aut quisquis auctor est librorum *de plantis* l. 2. c. 9. p. 1069. vbi hebenum angustos habere meatus tradens, addit, καὶ ἀὴρ οὐκ εἰσέρχεται ἐν αὐτοῖς, *et aër illos non ingreditur.*

v. 49.

Καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτὸν ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ' ἡμῶν.

Grotius in phrasi vltima subaudit σοὶ et vertit: *quoniam non sequitur te nobiscum.* Alii recte sine ellipsi vertunt, *quoniam non sequitur nos*; et sensus est: *non easdem nobiscum partes sequitur, non facit nobiscum*, aequivalet enim phrasis illi: εἶναι ὑπὲρ τινὸς v. 50. vel: εἶναι μετὰ τινὸς Matth. 12, 30. Haec constructio, vt sc. ἀκολουθεῖν μετά τινος, sit, *sequi aliquem*, etiam Apoc. 14, 13. occurrens, quamuis aliter censuerit Phrynichus, trita est Atticis. Sic Isocrates de *Permutat.* p. 498. *Qui, si quis illis plus stipendii numeret*, μετ' ἐκείνου ἐφ' ἡμᾶς ἀκολουθοῦσι, *illum contra nos sequuntur.* Demosthenes *adu. Androtionem* p. 424. τοὺς ἕνδεκα γράψας ἀκολουθεῖν μεθ' ἑαυτοῦ, *quum vndecimuiros sequi se iuberet, eosque secum ad ciuium aedes adduceret.* Idem adu.

adu. *Timocratem* p. 483. *vndecim viros et quaestores vrbanos et ministros decreto iubebat* ἀκολȣθεῖν μεθ' ἑαυτȣ̃, *comitari se*, idem in *Neaeram* p. 532. *Nonne Chium et maximam Ioniae partem peragrauit*, μετὰ Σωτάδȣ τȣ̃ Κρητὸς ἀκολȣθȣ̃σα, *Sotadem Cretensem secuta*. Dinarchus *cont. Demosth.* p. 15. μετὰ Ἀλεξάνδρȣ διὰ τȣ̀ς καιρȣ̀ς ἀκολυθεῖν ἠναγκάζοντο. Aliis exemplis idem ostenderunt alii.

v. 51.

Καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτȣ̃ ἐστήριξε τȣ̃ πορεύεσθαι εἰς Ἱερȣσαλήμ.

Στηρίζȣσι τὸ πρόσωπον interpretes phrasin hanc τὸ πρόσωπον αὐτȣ̃ ἐστήριξε explicaturi. Vorstius qui *philol. sac.* part. 2. c. 39. p. 249. omnium doctissime in enucleanda illa versatus est, dicit *scriptoribus ceteris illam ignotam esse*, neque tamen locum ex LXX. interp. producit, vbi locutio eodem sensu, quo apud Lucam occurrat, nec ex hebraismo aliquid satis conueniens reperire potest. Habent sane profani phrases nostrae perquam similes, apud quos ἱστάναι τὸ πρόσωπον est, *vultum ad seueritatem et grauitatem componere*, et πρόσωπον καθεστὼς vel συνεστὼς est *vultus serius, constans, compositus*. Sic Plutarchus *sympos.* l. 7. qu. 10. p. 715. *Philippus cum Chaeroneae per ebrietatem multa nugaretur, essetque ridiculus, simul atque de pace et foedere ei oblata est mentio*, ἔστησε τὸ πρόσωπον, καὶ συνήγαγε τὰς ὀφρῦς, *vultum ad seueritatem componebat et supercilia contrahebat*. Idem in *Demetrio* p. 896. Aristodemum dicit ad Antigonum venisse, *lento gradu*, καὶ συνεστῶτι τῷ προσώπῳ *et composito vultu, multo cum silentio*. Ibid. in *Arato* p. 1046. Aratus Corinthios καθεστῶτι τῷ προσώπῳ, *serio vultu* allocutus esse perhibetur. In *Tabula* Cebetis p. 42. eruditio sistitur vt, γυνή τις καλὴ καὶ καθεστηκυῖα τὸ πρόσωπον, *mulier quaedam pulcra constanti vultu*. Sic in verbis Lucae translatio foret a constantia vultus, qui animi index est ad constantiam et con-

R stans

ſtans propoſitum animi, et vertere poſſes: *componebat vultum ſuum, vt proficiſceretur Hieroſolymam*, ſerio vultu et ab omni deſultoria leuitate alieno, de itinere hoc cogitabat, loquebatur et ad illud ſe accingebat. Similis eſt locus in *teſtamento 12 patriarch.* p. 534. vbi Simeon dicit: ἐςήρισα ἐπ' αὐτὸν τὰ ἥπατά μȣ, τȣ͂ ἀνελεῖν αὐτὸν, *firmaui contra illum*, (Ioſephum ſc.) *hepata mea, vt illum occiderem.* Phraſi Paulina 1 Cor. 7, 37. id eſſet: ἕςηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ, vbi vide notanda.

v. 53.

Καὶ ȣ̓κ ἐδέξαντο αὐτόν.

Verte: *et non intromittebant illum.* Senſus enim eſt, vici huius incolas, cognito ex diſcipulis conſilio Chriſti Hieroſolymam proficiſcendi, illum ne in vrbem quidem admittere voluiſſe. Patet hoc ex verbis ἐπορεύθησαν εἰς ἑτέραν κώμην v. 56. Sic et profanis ȣ̓ δέξαϑαι eſt, *in vrbem non admittere, vrbe excludere.* Xenophon *rer. Graec.* l. 7. p. 435. οἱ μὲν ȣ̓͂ν μαντινεῖς κλείσαντες τὰς πύλας, ȣ̓κ ἐδέχοντο αὐτȣ̀ς εἴσω, *Mantinei igitur clauſis portis non intromittebant eos.* Ioſephus *ant.* l. 13. c. 17. p. 451. Demetrium acie victum dicit ad Cleopatram vxorem εἰς Πτολεμαΐδα *ad Ptolemaidem* fugiſſe, et μὴ δεξαμένης αὐτὸν τῆς γυναικὸς, *vxore illum non intromittente* Tyrum profectum eſſe, idem ibid. l. 14. c. 24. p. 494. ſibi opponit ἀποκλείειν et δέξαϑαι dicens: Τύριοι μὲν ȣ̓͂ν ἀποκλείȣσι Πάκορον, Σιδώνιοι δὲ καὶ Πτολεμαεῖς ἐδέξαντο, *Pacorum excluſerunt Tyrii, ſed Sidonii ac Ptolemaidenſes intromiſerunt.* Ibid. l. 13. c. 14. p. 448. Ptolemaeum Hieroſolymam intrare volentem, ὁ δῆμος ἀπώσατο, τὸν Ὑρκανὸν προσδεδεγμένȣς, *populus repulit, qui Hyrcanum iam admiſerat.* Eodem ſenſu προσδέχεϑαι habet Dionyſius Halic. *ant.* l. 8. p. 495.

v. 61.

v. 61.

Πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου.

Verbum *ἀποτάσσεσθαι* in significatu *valedicendi* pro barbaro et idiotico habent Salmasius et Olearius de *stilo N. T.* p. m. 82. De rebus illud sensu *valedicendi* et *renunciandi* satis frequenter a probatis adhibetur auctoribus, de quo vide notanda ad Luc. 14, 33. H. l. vero *valedicere iis, qui sunt in domo mea*, de personis adhibetur non sine suffragiis auctorum. Locum Iosephi, quem produxerunt alii, non repeto. Adiungo locum Iamblichi, qui de *vita Pythagorae* c. 28. p. 134. de Thymaride nauigio soluente dicit, quod amici illum circumstiterint, *ἀσπαζόμενοί τε καὶ προπεμπτικῶς ἀποτασσόμενοι, illum amplectentes et comitantium more valedicentes.* Iniuria dicam viri docti scripsere Heinsio vertenti: *vltima dare mandata*, quasi homo Christum sequi volens antea domesticis vltima mandata dare voluerit. Hic enim primus vocis significatus est: *mandata alicui dare, cum mandatis aliquem dimittere, datis mandatis ab aliquo discedere.* Sic Iosephus *ant.* l. 11. c. 8. p. 386. quum Alexander Sichemitis anni septimi immunitatem a tributis petentibus, se post reditum rem diligentius cogniturum respondisset, addit: τοῖς μὲν οὖν Σικιμίταις οὕτως ἀπετάξατο, *Sichemitas igitur cum his mandatis a se dimisit.* In verbis Lucae igitur vtraque notio apte coniungi potest. Volebat homo ille vltima dare mandata domesticis et simul illis valedicere, et id quidem vt vltima daret mandata, praecipuum erat. Eodem sensu frequens est ἐντέλλεσθαι, *valedicere et vltima dare mandata.* e. g. Act. 1, 2. et apud Plutarchum in *Apophth.* p. 189. Phocion moriturus ad filium dicit: ἐγώ σοι ἐντέλλομαι καὶ παρακαλῶ, *ego haec tibi do vltima mandata et monita, ne memor sis iniuriarum erga Athenienses.*

CAP. X. v. 1.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα.

Verbum ἀναδεικνύειν significat, *designare*, *denominare*, *constituere*, *declarare*, *eligere*. Quum h. l. dicatur ἀνέδειξεν καὶ ἑτέρους: vocula καὶ docet, respici ad factam antea duodecim apostolorum ἀνάδειξιν. Reliquorum vero apostolorum ἀνάδειξις frequenter per ἐκλέγεσθαι exprimitur, e. g. Luc. 6, 13. Ioh. 6, 70. Act. 1, 2. Optime igitur h. l. verti puto: *elegit dominus etiam alios septuaginta*. Sic Dionysius Hal. *ant*. l. 6. p. 385. ἑταιρίαν τε συστησάμενοι καὶ ταύτης ἀναδείξαντες Ἄππιον Κλαύδιον ἡγεμόνα, *factione conflata*, *et Appio Claudio duce ipsius electo*. Iosephus *ant*. l. 20. c. 8. p. 700. Pontifices summos 83 fuisse tradit inde ab Aarone, μέχρι Φανάσου τοῦ κατὰ τὸν πόλεμον ὑπὸ τῶν στασιαστῶν ἀναδειχθέντος, *vsque ad Phanasum*, *quem belli tempore seditiosi pontificem elegerunt*. Idem *bell. Iud*. l. 1. c. 8. p. 726. de Herode dicit: ἐπεὶ δὲ ὑπὸ Σέξτου καίσαρος καὶ στρατηγὸς ἀνεδείχθη κοιλῆς Συρίας καὶ Σαμαρείας, *quum a Sexto Caesare etiam dux militum per Coelesyriam et Samariam electus esset*.

v. 7.

Ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ᾽ αὐτῶν.

Post voces τὰ παρ᾽ αὐτῶν aliquid supplendum est. Elsnerus supplet, ἀγαθὰ, *bona* et vertere iubet: *quae illorum sunt*, sc. *bona*. Sed nimis generalis hic esse videtur vox ἀγαθά. Posses alioqui subaudire χρήσιμα, *quae ab illis vobis vsui esse possunt*. Sic enim plene Iosephus *bell. Iud*. l. 2. c. 12. p. 725. postquam de Essenis dixisset, illos nihil nec emere nec vendere, addit: τῷ χρήζοντι διδοὺς ἕκαστος τὰ παρ᾽ αὐτοῦ (sc. χρήσιμα τὸ παρ᾽ ἐκείνου χρήσιμον ἀντικομίζεται, *indigenti quisque dat sua* (quibus vti potest) *et recipit*, *quae ab illo vsui esse possunt*. Repetit haec ex Iosepho Porphyrius de *abstinent. anim.* l. 4.

l. 4. p. 384. Malim tamen h. l. subintelligi *τὰ παρ' αὐτῶν δοθέντα* siue *δῶρα* et verto: *edentes et bibentes, quae ab illis accipitis.* Sic enim propior est respectus ad vocem sequentem *μισθοῦ*; hic enim *cibus et potus* dari debebat mercedis loco. Eandem habes ellipsin Phil. 4, 18. *δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν.* Sic et Demosthenes de *corona* p. 325. *λέγε καὶ τοὺς παρὰ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ στεφάνους, recita etiam coronas a Chersonesitis donatas.* Idem *adu. Leptinem* p. 366. *ἑαυτῷ μὲν ἀκύρους εἶναι τὰς παρ' ὑμῶν δωρεάς, ὑμῖν δὲ μένειν τὰς παρ' ἑαυτοῦ, vt ipsi auferantur dona a vobis* data: *vobis vero maneant* data *ab illo.* Ipsa vox *δῶρα* supplenda est in hoc Iosephi, qui de regina Aethiopiae Salomonem inuisente *ant.* l. 8. c. 2. p. 271. dicit: *μεταδοῦσα πάλιν τῷ βασιλεῖ τῶν παρ' αὐτῆς, postquam regi vicissim sua dedisset dona, in patriam rediit.*

v. 13.

Πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθήμεναι μετενόησαν.

Ritus lugentium, qui hic commemorantur hebraeis vsitatos fuisse e sacris satis notum est. Quum vero hic de Tyriis dicatur, illos poenitentiam agentes, his ritibus vsuros fuisse: docebo aliquot testimoniis veterum, fuisse has consuetudines aliis quoque gentibus communes. 1) Lugentium erat *καθῆσθαι, humi sedere.* Apud Euripidem *Iphig. in Aulide* v. 1175. de filia sua immolanda Clytaemnestra dicit; *ἐπὶ δὲ δακρύοις μόνη κάθημαι τήνδ' θρηνῳδοῦσ' ἀεί, in lacrymis sedebo sola, lugens semper istam.* Xenophon *Cyrop.* l. 7. p. 126. 127. de vxore Abradatis mariti mortem lugente aliquoties hoc verbo vtitur, dicens, *τὴν δὲ γυναῖκα λέγουσιν, ὡς κάθηται χαμαί,* paulo post: *εἶδε τὴν γυναῖκα χαμαὶ καθημένην,* et p. 127. *ἐκάθητο κλαίουσα.* Arrianus *Dissert. Epict.* l. 1. c. 9. p. 109. *κάθησθε κλαίοντες.* Ibid. l. 3. c. 24. p. 329. *καθήμενοι κλαίομεν.* Ibid. l. 4. c. 10. p. 418.

κλαίων κάθηται ὡς τὰ κοράσια. Plutarchus de *If. et Ofir.* p. 357. Ifidem ob mortem Ofiridis lugentem fiftit, *καθίσασαν ἐπὶ κρήνης ταπεινὴν καὶ δεδακρυμένην.* 2) *Saccis induti erant.* Plutarchus de *fuperftitione* p. 168. de fuperftitiofo dicit: *ἔξω κάθηται σακκίον ἔχων, ἢ περιεζωσμένος ῥάκεσι ῥυπαροῖς, foris fedet facco indutus, et fordidis cinctus pannis*, ficque ait eiusmodi hominem ob fua moerere peccata. Porphyrius de *abftinent.* l. 4. p. 398. de Syris, Deum ob peccata quaedam propitium denuo reddere volentibus ex Menandro refert, *εἶτ᾽ ἔλαβον σακκίον, εἶτ᾽ εἰς τὴν ὁδὸν ἐκάθησαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρου, deinde faccis fe induunt, deinde in via fuper fimo fedent.* 3) Cinere et puluere caput confpergere, imo et in cinere f. puluere humi federe et volutare fe folebant. Quoniam in verbis Lucae *ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ* cum verbo *καθήμεναι* iungitur, h. l. de *feffione et volutatione in puluere et cinere* inprimis fermonem effe puto. De nautis Tyriorum iidem narrantur lugendi ritus Ezech. 27, 30. Imo iam auctore Homero lugentes non folum caput puluere foedabant, fed et in puluere fe volutabant. Sic *Iliad.* 6. v. 26. de Achille Patrocli obitum lugente dicit: *αὐτὸς δ᾽ ἐν κονίῃσι μέγας μεγαλωστὶ τανυσθεὶς κεῖτο, ipfe vero in pulueribus magnus late extenfus iacebat.*

v. 25.

Τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;

Verte: *quid faciam, vt vitam aeternam obtineam?* fic phrafin hanc Luc. 18, 18. quoque obuiam in locis parallelis explicant Matthaeus c. 19, 16. et Marcus c. 10, 17. Similiter loquuntur profani. Lucianus in *Harmonide* ab init. *τί ποιοῦντα εἴσονταί με οἱ Ἕλληνες ἅπαντες; quid faciam, vt graecis omnibus innotefcam?* Xenophon *Cyrop.* l. 6. p. 107. *τί ἂν οὖν ἐγὼ ποιῶν, ὦ Πάνθεια, χάριν κύρῳ ὑπέρ τε σοῦ καὶ ἐμαυτοῦ ἀποδιδοίην;* ibid. l. 7. p. 125. *τί ἂν ποιήσαντι παῖδες γένοιντο;* idem *dict. et f. Socr.* l. 3. p. 482. *τί ἂν ποιοῦντες ἀναλάβοιεν τὴν ἀρχαίαν ἀρετήν;* idem in *oeconom.* p. 518. *τί ἂν ποιῶν*

αὔξοιμι

αὔξοιμι τὸν οἶκον. Iosephus *ant.* l. 2. c. 3. p. 39. τί ποιήσαντες ἂν, ἔξω τῆς ὑπονοίας παρὰ τῷ πατρὶ γενηθεῖεν, ἐζήτουν, *quaerebant, quid facerent, vt suspicionem patris a se amolirentur?* Idem *bell. Iud.* l. 1. c. 4. p. 714. τί ἂν ποιήσας καταστείλειεν αὐτούς;

v. 26.

Ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; πῶς ἀναγινώσκεις;

Vltima verba verte: *quid legis?* Vocula πῶς enim saepe a Graecis in interrogationibus ponitur pro, τί, *quid?* Sic Euripides in *Hecuba* v. 1160. κᾆτ' ἐκ γαληνῶν, πῶς δοκεῖς, προσφθεγμάτων, *deinde post blanda, quid putas, colloquia?* Idem in *Oreste* v. 776. Πῶς ἂν οὖν δρῴην; *quid igitur faciam?* Idem in *Iphig. in Tauris* v. 1317. πῶς φῄς; *quid dicis?* Sophocles in *Oedipo Colon.* p. 264. πῶς φῄς; Lucianus in *Ioue confut.* p. 181. πῶς λέγεις; *quid dicis?*

v. 29.

Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον;

Vocula καὶ in interrogationibus emphatica est, & idem fere denotat, quod γάρ, de quo vide dicta ad Matth. 27, 23. Vertere potes: *ecquis igitur s. ecquis vero est proximus meus?* Sic Xenophon *Cyrop.* l. 4. p. 72. ἔφη, καὶ πῶς ὦ δέσποτα, ἐγὼ εὑρήσω ἐκείνους; *dixit, quomodo igitur domine ego inueniam illos?* Euripides in *Phoeniss.* v. 1357. Καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τῶνδε δυσποτμώτερα; *quomodo vero accidere possent, hisce tristiora?* Idem *Hercul. fur.* v. 297. Καὶ τίς θανόντων ἦλθεν ἐξ ᾅδου πάλιν; Diogenes Laërtius l. 6. c. 5. §. 11. ἔφη, καὶ τί δεῖ; Iosephus *ant.* l. 1. c. 11. p. 18. τοῦ δὲ ὑπολαβόντος, καὶ τίς ἂν εἴη χάρις τούτων τῶν μισθῶν;

v. 32.

Γενόμενος κατὰ τὸν τόπον ἐλθὼν καὶ ἰδὼν ἀντιπαρῆλθε.

Verba priora verte: *quum ad locum illum peruenisset.* Sic Herodianus l. 1. p. 26. γενόμενον δὲ αὐτὸν κατὰ τὴν

Ἰταλίαν, *quum ille in Italiam perueniſſet.* Iosephus *ant.* l. 12. c. 17. p. 423. ὡς ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἐξελθὼν ἐγένετο κατά τινα κώμην, *quum Hieroſolymis egreſſus ad vicum quendam perueniſſet.* Integram phraſin Lucae habet idem in *vita ſua* p. 1020. *Egreſſus ſum igitur,* καὶ γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, *et ad locum illum perueniens, quum ne veſtigium quidem hoſtium viderem,* et Plutarchus *conuiu. ſap.* p. 163. ὡς ἐγένοντο κατὰ τὸν τόπον, *quum ad locum illum veniſſent,* idem in *Parallel.* p. 316. γενόμενος δὲ κατὰ τὸν τόπον τῆς Ἀσίας, paulo poſt: γενόμενος δὲ κατά τινα τόπον τῆς Ἰταλίας. Idem phraſi hac vtitur translate de *malign. Herod.* p. 858. τί οὖν ὁ Ἡρόδοτος κατὰ τὸν τόπον γενόμενος τοῦτον, *quid igitur fecit Herodotus, quum ad rem hanc deſcribendam perueniſſet?*

V. 42.

Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς.

Non placet explicatio interpretum, qui per ἀγαθὴν μερίδα *bonum* ſ. *optimum ferculum* intelligunt. Turbat enim hoc nexum ſermonis. Allocutio Marthae v. 40. non de *ferculis comedendis* ſed *parandis* facta erat. Chriſtus v. 41. reſpondet Martham multis ſe curis et negotiis implicare, et his negotiis opponit v. 42. τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἣν ἐξελέξατο Μαρία. Erit igitur ἀγαθὴ μερὶς non aliquid, quod *percipiebat* Maria, ſed quod *agebat.* Admittenda foret haec explicatio, ſi Chriſtus vel dixiſſet: *Martha tu de conquirendis et parandis pro me ferculis multum ſolicita es, Maria vero mihi iam parauit vel appoſuit* τὴν ἀγαθὴν μερίδα; vel etiam, ſi de cibis non parandis, ſed a Martha et Maria comedendis ſermo fuiſſet: antitheſis eſſe potuiſſet: *Martha conquiris multos quos comedas cibos, Maria vero iam elegit ferculum optimum.* Eadem quoque ratio efficit, vt calculum haud adiiciam, eorum ſententiae, qui per μερίδα, *portionem* ſ. *haereditatem* intelligunt. Diluta mihi eſſe videtur oppoſitio: *Martha tu multas ſuſcipis curas, me pro dignitate excipiendi*

cipiendi et cibos mihi parandi: Maria vero optimam nacta est sortem siue portionem haereditariam. Optime igitur explicarunt locum Grotius et Elsnerus, qui per μερίδα, *curam*, *negotium*, *munus* intelligunt. Sic Paulus 2 Cor. 6, 15. τίς μερὶς πιςῷ μετὰ ἀπίςȣ; *quid negotii est fidelibus cum infidelibus?* Psalm. 50, 18. μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα σȣ ἐτίθεις, *cum adulteris tibi sunt negotia.* Propius Plutarchus de *Is. et Osir.* p. 370. quum Deos a Chaldaeis et Graecis in beneficos et maleficos distingui dixisset, addit: τὰ δὲ ἑλλήνων πᾶσί πȣ δῆλα, τὴν μὲν ἀγαθὴν Διὸς ὀλυμπίȣ μερίδα τὴν δὲ ἀποτροπαῖον (sic legendum puto pro ἀποτροπαίȣ) ᾅδȣ ποιȣμένων, *Graecorum opinio nemini fere ignota est, qui bonum munus Ioui Olympio, malum vero Plutoni assignant.* Sic igitur Christus dicit: Martham multis curis angere et agitare mentem, Mariam vero negotium vnum ex multis aliis elegisse, quod et necessarium sit, et optimum, vt sc. Christo doctori adhaerescat, praecepta eius animo auide excipiat, iisque morem gerat v. 39.

Verba vltima verto: *elegit negotium, quod non auferri debet, ab illa.* Respiciunt haec ad petita Marthae, quae v. 40. a Christo petebat, vt Mariam parte curarum domesticarum subleuare se iuberet. Respondet Christus: *Meliores in se Maria suscepit curas, et iniquum est, vt ab his illa ad alios labores auocetur.* Phrasin repetit Lucas c. 16, 3. ὁ κύριός μȣ ἀφαιρεῖται τὴν οἰκονομίαν ἀπ' ἐμȣ̃.

CAP. XI. v. 6.

Καὶ ȣ̉κ ἔχω, ὃ παραθήσω αὐτῷ.

Similes habent locutiones Marcus c. 6, 36. τί γὰρ φάγωσιν ȣ̉κ ἔχȣσιν. Arrianus *Dissert. Epict.* l. 4. c. 4. p. 381. ȣ̉κ ἔχω τί πράζω, *non habeo, quod agam.* Euripides in *Helena* v. 570. ȣ̉δ' ἔχω, τί φῶ, *neque habeo, quod dicam.* Eratosthenes in *Catasterismis* c. 24. p. 119. τὴν δὲ λύραν ȣ̉κ

 ἔχȣσαι,

ἔχουσι, ὅτῳ δώσειεν, *quum non inuenirent, cui lyram darent.* Vide dicta ad Marc. 14, 8.

v. 36.

Ὡς ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃ σε.

Vox ἀστραπή, h. l. *fulgorem, splendorem* denotat, vt et hebraicum ברק, quod per ἀστραπὴν vertunt LXX interp. Habac. 3, 11. vbi φέγγος ἀστραπῆς ὅπλων *lux splendoris armorum* commemoratur. Descendit enim hoc vocabulum ab ἀστράπτειν, quod et, *splendere, fulgere, nitere* significat. Xenophon *Cyrop.* l. 6. p. 116. ὥστε ἤστραπτο μὲν χαλκῷ, ἤνθει δὲ φοινικίσι πᾶσα ἡ στρατιὰ *itaque totus exercitus aere fulgebat, puniceoque florebat amictu.* Achilles Tatius l. 1. p. 53. χροιὰν δὲ οἵαν ἡ τῆς θαλάσσης ἀστράπτει γαλήνη, *colorem, qualis ex tranquillo mari effulget.* Ibid. p. 61. τὸ δὲ κάλλος ἀστράπτον τοῦ ταῶ, *splendens pauonis pulcritudo.* Ibid. l. 5. p. 275. τὸ πόλεως ἀστράπτον τὸ κάλλος. Iosephus *bell. Iud.* l. 7. c. 23. p. 981. radicem quandam vocat, περὶ τὰς ἑσπέρας σέλας ἀπαστράπτουσαν, *circa vesperam iubare fulgentem.*

v. 40. 41.

Ἄφρονες οὐχ ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν, καὶ τὸ ἔσωθεν ἐποίησε; πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην.

Quod ad caput rei attinet, perquam mihi placet, interpretatio v. 40. quam secuti sunt B. Lutherus et Cel. Elsnerus. Quam quaeso alienum est, et male cohaerens, si hic diceretur: *Deum qui fecit externa poculi, et patinae fecisse etiam interna.* Quam quaeso remota est consequentia inde deducta: *Ergo pura esse debere et externa et interna poculorum et patinarum.* Multo minus in eorum possum descendere sententiam, qui v. 40. per τὸ ἔξωθεν, *corpus hominis* vel *res in sensus cadentes* quaslibet, per τὸ ἔσωθεν vero *animum* hominis intelligunt, et locum ita explicant: *Deum tam internorum quam externorum esse conditorem*, adeoque aeque necessariam esse *munditiem animi*, quam corporis aliarumue rerum in sensus cadentium.

tium. Quis enim eiusmodi credat saltum, v. 39. τὸ ἔξωθεν et ἔσωθεν esse *externa et interna* vasorum, v. 40. τὸ ἔσωθεν et ἔξωθεν esse *interna et externa* hominis *animum corpus*, *res quasque visibiles*, deinde v. 41. τὰ ἐνόντα iterum esse illa, quae in vasis continentur. Omnia de vasis, nihil vero tribus his versibus de animarum munditie vel immunditie loquitur Iesus. Satis hoc docet locus parallelus Matth. 23, 25. 26. Neque id impedit vocula ὑμῶν v. 39. illa enim pertinet ad genitiuos sequentes et vertendum est ibi: *interna vero plena sunt rapinis et malitia vestra.* Frequentes tales traiectiones e. g. Matth. 5, 16. c. 10, 30. c. 13, 16. et verbo interiecto c. 12, 27. Sic et Iosephus *ant.* l. 18. c. 8. p. 629. Ἡρώδου τοῦ βασιλέως ὀλίγον πρὸ τῆς τελευτῆς, *paulo ante mortem Herodis regis.* Etiam vox πονηρία v. 39. quae voci ἀκρασία Matth. 23, 25. quodammodo respondet, hactenus tantum ad animum spectat, quatenus opes et cibos notat, partim cum malitia acquisitos, partim cum malitia consumendos. Elsnerus igitur et B. Lutherus v. 40. ποιεῖν per *purgare* transtulere, et Elsnerus sine interrogatione vertit: *non qui exterius purgauit*, (eadem opera) *etiam interius purgauit.* Obiiciunt explicationi, quod ita tautologica essent, quae v. 39 et 40. dicuntur. At v. 39. docet, *quid faciant Pharisaei*, v. 40. addit, *stulte illos agere*, *et aequalem saltem esse debere curam de internis poculorum et externis*, v. 41. crescente oratione, monet, *solam curam de munditie internorum sufficere*, v. 42. sane non vituperant tautologiam, quum tamen in verbis: ταῦτα ἔδει ποιῆσαι κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι, idem fere, quanquam rotundius dicatur, quod dictum ante fuerat. Opponunt porro, quod significatus τοῦ ποιεῖν pro *purgare* insolentior sit, et significatus famosior sic sine necessitate deseratur; sic vero ad originem notionis *purgandi*, in verbo ποιεῖν non attendunt. Verto eodem sensu: *Stulti! non is qui fecit exterius* (eadem opera) *fecit etiam interius*, quod ita intelligo: non ille homo, qui externa poculorum et patinarum vsui aptauit, praeparauit et talia fecit, qualia

lia esse debent, simul quoque parauit et talia qualia esse debent, fecit interna, patinis purgatis et paratis nondum paratus est cibus, et si paratus est, nondum talis est, qualis esse debet. *Facere* enim et hebraei et graeci ponunt, ita vt subaudiant, *rem talem facere, qualis esse debet* s. vt *facere* idem sit, quod, *rite parare*. Sic 2 Sam. 19, 25. *facere pedes* est, *lauare illos et vngues illorum resecare*, ibid. *barbam facere* est, talem illam facere, qualis esse debet, et quantum illius licebat, abradere. Iudic. 13, 15. Ποιεῖν ἔριφον αἰγῶν, est, *parare hoedum*, i. e. *mactare, purgare, coquere*. Xenophon *Cyrop.* l. 4. p. 71. πέμπετε τὸ ἥμισυ τοῦ πεποιημένου σίτου, ἱκανὸς δὲ ἀμφοτέροις πεποίηται, *mittite dimidium cibi iam parati, sufficit enim, qui vtrisque paratus est.* Idem *exped. Cyri* l. 1. p. 176. dicit, accolas Euphratis circa flumen lapides molares ὀρύττειν καὶ ποιεῖν, *effodere et facere*, i. e. *excidere, parare*, tales facere, quales iam vsui apti sint.

Vocula πλὴν, v. 41. vertenda est, *quin potius*, quo sensu illa Luc. 6, 35. et c. 23, 28. occurrit τὰ Ἐνόντα sunt, illa *quae insunt* poculis et patinis. Sic Eusebius apud Stobaeum *serm.* 38. p. 225. eruditum, qui inuidus est, similem esse dicit ἀγγείῳ *vasi*, τὰ ἐνεόντα πρὶν φανῆναι διαφθείροντι, *quod ea, quae insunt, nondum visa corrumpat.* Aristoteles *problem.* sect. 29. qu. 14. τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ πᾶσιν ἐπιμελές ἐστιν, ὅπως σώζηται τὰ ἐνόντα, *iis qui in domo sunt omnibus curae est, vt seruentur, in illa contenta.* Xenophon *laud. Agesil.* p. 559. *Pyraeum, quod praesidio vacuum offendebat, capit,* καί τά τε ἄλλα τὰ ἐνόντα λαμβάνει, *et tum alia, quae intus inueniebantur, aufert.*

V. 53.

Δεινῶς ἐνέχειν καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων.

Verbum ἐνέχειν generatim notat, *imminere, intentum esse, magno studio ad aliquid ferri.* Sic Iamblichus *vit.*

vit. Pythag. c. 6. p. 42. ἐνέχοντας πρὸς τὸ μανθάνειν, vocat illos, *qui in litteras incumbunt.* Speciatim vt h. l. indicat, illi, quem odio habemus, *imminere et insidiari.* Sic in *testamento patriarch.* p. 682. Gad aegrotasse se misere hepate dicens, addit: καθ' ὅσον χρόνον ἐνεῖχον τῷ Ἰωσὴφ, *quamdiu* sc. *insidiatus sum Iosepho*, verbis ex Gen. 49, 23. forte petitis.

Verbum ἀποστοματίζειν duas habet notiones 1) ἀπὸ στόματος λέγειν, *promte et memoriter recitare aliquid.* Sic Themistius *orat.* 20. *in obitum patr.* p. 238. ὅσοι τοὺς λόγους συνείρειεν καὶ ἀποστοματίζοιεν, τοὺς ὑπὸ σοφίας παραγγελλομένους, *qui praecepta sapientiae oratione continuare et memoriter egregie proferre possent.* 2) ἀξιοῦν τινα ἀπὸ στόματος λέγειν, *exigere vt alter aliquid memoriter dicat.* Hic sensus est h. l. Exigebant Pharisaei, vt *memoriter* et *sine praeuia meditatione* ad plures quaestiones simul responderet Iesus, sic enim facilius se captiosum aliquid ab illo elicere posse sperabant, quam si multo ante meditata proferret. Notionem hanc verbi huius probant Grotius, Pricaeus, Svicerus, alii.

CAP. XII. v. 15.

Οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ.

Verte: *non in eo, si quis opibus abundat, vita ipsius ex opibus eius, sita est.* Nihil haec constructio singulare habet, nisi quod verbum ἐστὶν paululum suo loco motum sit. Nam iungenda sunt inter se: ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ, *vita quam habet ex opibus suis.* Graeci enim dicunt ζῆν ἐκ τινὸς, *viuere ex aliqua re*, vti 1 Cor. 9, 14. ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν, vbi vide notanda. Verbum vero ἐστὶν ad antecedentia spectat, quasi dictum esset: οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν ἐστὶν ἡ ζωὴ, *vita non consistit, non sita est in abundantia.* Phrasis trita profanis. Iosephus *ant.* l. 12. c. 10. p. 413. οὐκ ἐν τῷ πλήθει τὸ νικᾷν εἶναι, καὶ τῶν πολεμίων κρατεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ

πρὸς

πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβεῖν. Appianus *bell. ciu.* l. 4. p. 1055. ὁ γὰρ ἐν οἷς ἔχομεν ἐςὶ τὸ πλουτεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ κρατεῖν ταῖς δυνάμεσιν, *non in his, quae habemus sitae sunt diuitiae nostrae, sed in victoria.* Aristoteles *Polit.* l. 7. c. 1. p. 534. τὸ ζῆν εὐδαιμόνως εἴτ' ἐν τῷ χαίρειν ἐςὶν, εἴτ' ἐν ἀρετῇ τοῖς ἀνθρώποις, *beata hominum vita vel in gaudio vel in virtute sita est.* Exscripsisse id videtur Iamblichus *protrept.* c. 7. p. 44. dicens: εἴτε τὸ ζῆν εὐδαιμόνως ἐν τῷ χαίρειν ἐςὶν, εἴτε ἐν τῷ τὴν ἀρετὴν ἔχειν, εἴτε ἐν τῇ φρονήσει. Elegans est, quod monet Cel. Heumannus, per ζωὴν h. l. *felicitatem* et *beatitudinem* intelligi. Frequens is vsus vocis est in sacris. Neque tamen assentior Viro Cel. dum *hebraismis* hoc annumerat. Sic e. g. auctore Aristonymo apud Stobaeum *serm.* 10. p. 131. Pyrrhus de se, postquam Carthaginem aliasque gentes vicisset, ad Cineam dicit: ὅτι ζησόμεθα λοιπὸν, *postea viuemus* beati sc. et hilares, cui ille respondet: τί οὖν κωλύει ἀπὸ τοῦ νῦν ζῆν, *quid igitur vetat, protinus viuere.* Propius accedit hoc Plutarchi *cupidit. diuit.* p. 526. vbi de filiis auarorum male educatis, dicit, quod putantes, μηδὲ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ ζῆν, ἢ τῷ πολλὰ κεκτῆσθαι, κώλυσιν τοῦ ἰδίου βίου τὴν ἐκείνων ποιοῦνται, *se ex nulla alia re viuere* (beate sc.) *quam, si multa possideant, vitam illorum suae existiment esse impedimento.* Rem et phrasin simul illustrant haec Aristotelis *Rhetor.* l. 1. c. 5. p. 617. ὅλως δὲ τὸ πλουτεῖν ἐςὶν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι. Idem apud Stobaeum *serm.* 3. p. 41. νομίζειν τὴν εὐδαιμονίαν οὐκ ἐν τῷ πολλὰ κεκτῆσθαι γίγνεσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ τὴν ψυχὴν εὖ διακεῖσθαι, *Existimandum est, felicitatem, non in magnitudine possessionis sitam esse, sed in bono statu animae.* Dicit igitur optimus Seruator τὴν ζωὴν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, felicitatem illam, quae ex opibus obtinetur, non in sola multarum diuitiarum possessione, sed in legitimo earum vsu, consistere, qui τῷ πλουτεῖν εἰς θεὸν absoluitur v. 21.

v. 16.

v. 16.

Ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα.

Verte: *hominis cuiusdam diuitis exuberauerat ager*, s. *vberem frugum genuerat prouentum, id enim est*, εὐφορεῖν. Sic Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 43. p. 824. ὅσης δὲ τῆς Γαλιλαίας ἐλαιοφόρου μάλιστα καὶ τότε εὐφορηκυίας, *quum Galilaea perquam ferax esset olei, et tunc magna vbertate redundaret.* Hippocrates *sect.* 8. p. 6. in epist. Abderitanorum ad Hippocratem: *fortasse neque terra neque montes vnquam γονιμότερον εὐφορήσουσιν, foecundius proferent, quae ad Democriti salutem spectat, quam nunc.* Cognatum est εὐφορία *frugum vbertas*, quod habet Philo de Ioseph. p. 563.

Per χώραν h. l. vt et Ioh. 4, 35. Iac. 5, 4. *ager, campus* intelligitur, quod male ad h. l. *hellenisticum* esse dicit Grotius. Sic Dionysius Hal. *ant.* l. 5. p. 296. *populus illi* χώραν ἐκ τῆς δημοσίας ἔδωκεν, *tantum agri e publico dedit, quantum ipse vno die vno boum iugo circumararet.* Ibid. l. 5. p. 330. ὅτε τὴν χώραν σπειρόντων ἔτι καὶ φυτευόντων τῶν γεωργῶν, *quum nec coloni in agris serunt et plantant.* Apud Iosephum *ant.* l. 7. c. 8. p. 229. Absalomus Ioabi, τὴν ὁμοροῦσαν αὐτῷ χώραν ἐπυρπόλησεν, *agrum sibi vicinum incendit.* Ibid. l. 8. c. 2. p. 273. οἶκόν τε αὐτῷ δίδωσι καὶ χώραν εἰς διατροφήν, *domum et agrum, quo aleretur, ipsi dedit.*

v. 19.

Καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου, ψυχὴ ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά, ἀναπαύου, φάγε, πίε, εὐφραίνου.

Animam suam hic *edere* et *bibere* iubet homo ventri natus. Locutionem hanc recte se habere ostendit H. Stephanus in *lampade* Gruteri *tom.* 5. quum sc. et animam cibum potumque appetere suo modo dici possit. Addo locis, quos produxit Stephanus insignem locum Euripidis in *Cyclope* v. 339. vbi Polyphemus Vlyssem deuoraturus dicit: τὴν δ' ἐμὴν ψυχὴν ἐγώ, οὐ παύσομαι δρῶν εὖ, κατεσθίων

κατεσθίων τε σὲ, *animae meae non desiniam ego bene facere, te deuoraturus.* Idem in *Ione* v. 1170. εὔοχθε βορᾶς ψυχὴν ἐπλήρευν, *lacto cibo animam implebant.*

Ἀγαθὰ generatim sunt *opes* et *facultates*, quaelibet, latinis *bona.* Sic Polybius l. 5. c. 8. p. 498. *Quum longa diuturnaque pace essent vsi*, πλήρεις ἦσαν ἀγαθῶν πολλῶν, *bonis multis abundabant, et proximae templo domus et omnia loca circumiecta.* Xenophon *Cyrop.* l. 4. p. 70. *habitari agrum omnem atque plenum esse, et suum et caprarum, et boum et equorum,* καὶ σίτε καὶ πάντων ἀγαθῶν, *et frumenti et bonorum omnium.* Ibid. l. 5. p. 82. in castello Gobriae, τοσαῦτα ἔνδον ἀγαθὰ, ὅσα ἀπ' ἀνθρώπων γενεᾶς ὡς σφὶν δοκεῖν μὴ ἂν ἐπιλείπειν τὲς ἔνδον ὄντας, *tanta intus erant bona, quanta vt ipsis videretur, in hominum aetatem, iis, qui intus essent, sufficerent.* Ibid. l. 4. p. 61. et l. 6. p. 110. sic et Philo *quod probus liber.* p. 866. Speciatim vt et h. l. ἀγαθὰ sunt, *fruges et fructus* quos terra profert. Sic Iosephus *ant.* l. 2. c. 3. p. 44. Iosephum inducit Pharaoni dicentem: *Tu igitur si reposueris,* τἄγαθὰ τὰ κατὰ τὸν πρῶτον χρόνον γενησόμενα, *bona quae priori tempore nascentur, facies, vt Aegyptus insequentem penuriam non sentiat.* Xenophon de *vectigal.* p. 587. quum Atticam fracissimam esse dixisset, addit: καὶ μὴν ὅσα περ οἱ θεοὶ ἐν ταῖς ὥραις ἀγαθὰ παρέχεσι, *quae enim Dii secundum anni tempestates bona largiuntur, ea et maxime tempestiue nascuntur et tardissime desinunt.*

Κείμενα εἰς ἔτη πολλὰ *reposita in multos annos.* Sic apud Xenophontem in *oeconom.* p. 530. dicitur proventus, εἰς τὸν ἐνιαυτὸν κειμένες, *qui pro toto anno repositi sint*, non vno mense absumi debere. Idem *Cyrop.* l. 8. dicit, Cyrum amicis suis κτήματα sua, partim ostendisse, τὰ δὲ κείμενα ὡς μὴ ῥάδια εἶναι ἰδεῖν, *quae vero reposita erant, vt videri haud facile possent*, enarrasse.

v. 21.

Οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, καὶ μὴ εἰς θεὸν πλουτῶν.

Particula οὕτως, h. l. ponitur pro τοιοῦτος, vti Matth. 9, 33. Rom. 9, 20. Sensus est: *talis est iste, qui thesauros sibi colligit*, talia sunt facta eius, talis est sors eius.

Μὴ εἰς θεὸν πλουτῶν, verte: *qui non diues est Deo*, ita vt εἰς θεὸν, positum sit pro τῷ θεῷ. Omnino enim admittendam iudico explicationem, quam primus ornauit Maius et adoptauit Elsnerus, vt εἰς θεὸν *scopum diuitiarum* indicet, et πλουτῶν εἰς θεὸν sit, *qui diues est, in vsum et honorem Dei*. Voculam εἰς *vsum* rei innuere et idem fere quod, *pro* notare, fatis notum est. Sic Luc. 9, 13. εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον, *pro toto, hoc populo*. Nicolaus Damascenus p. 437. ὁ πρῶτος χρυσὸν ἐξευρὼν εἰς ἀνθρώπων γένος, *qui primus aurum inuenit pro genere humano*. Demosthenes simili sensu *adu. Midiam* p. 403. dicit: *nisi exemplum statuatis, quo deterreantur omnes*, εἰς ταῦτα ἀποχρῆσθαι τῷ πλουτεῖν, *ad tales res vti diuitiis*. Ipsam phrasin Lucae integram exemplis firmant Elsnerus et Maius, qui *obseru. tom.* 2. p. 13. putat, propterea vulgarem horum verborum interpretationem receptam esse, *quod numquam* πλουτεῖν *cum* εἰς *constructum boni viri inuenerint*. Mireris hinc merito et Maium et Elsnerum praeteriisse exemplum, quod maxime erat obuium Rom. 10, 12. vbi Deus dicitur, πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτὸν, *diues in vsum omnium inuocantium ipsum*. Apud Stobaeum *serm.* 10. p. 128. Palladas in re simili datiuo vtitur, dicens: ὦ τοῖς κληρονόμοις πλούσιε σοὶ δὲ πένης, *o diues haeredibus, tibi vero pauper*.

Εἰς θεὸν πλουτεῖν simul significat: *diuitem esse in honorem Dei*. Sic Themistius *orat.* 18. de *aud. cupid. Theod.* p. 223. οἱ κύκνοι ᾄδουσι πρὸ τοῦ θανάτου εἰς τὸν θεὸν, *cygni canunt ante mortem in honorem Dei*. Salustius de *diis et mundo* c. 15. *Ex his dubitatio soluitur de sacrificiis*, καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰς θεοὺς γινομένων, *aliisque rebus, quae in honorem Deorum fiunt*. Sic ἡ ζωὴ ἐκ

S τῶν

τῶν ὑπαρχόντων, felicitas et beatitudo ex opibus oritur, et fluxae diuitiae aliquid conferunt, ad maiorem piorum beatitudinem, si iisdem in Dei honorem, aliorumque commoda vtuntur.

v. 58.

Δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ· μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτὴν, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ πράκτορι.

Verba priora verto: *da operam, vt liber discedas ab illo.* Vox ἀπαλλάττεσθαι adhibita vti h. l. de litibus forensibus, varios habet significatus. Occurrit 1) de actore, qui lite deserta, a molestiis vel poenis *liber discedit.* Isocrates adu. *Callimach.* p. 560. *Etiam nunc ei est integrum, priusquam vestrae sententiae periculum faciat, actione omissa*, ἀπηλλάχθαι πάντων τῶν πραγμάτων, *toto negotio liberari.* Demosthenes adu. *Midiam* p. 406. παραινοῦντες ἀπαλλαγῆναι καὶ καθυφεῖναι τὸν ἀγῶνα τοῦτον, *hortantes, vt desisterem et actionem omitterem.* Idem cont. *Theocrinem* p. 512. μικρὸν ἀργύριον λαμβάνων ἀπαλλάττεται. 2) de reo qui actori satisfaciens et sententias iudicum nondum expertus ab illo *dimittitur.* Sic apud Achillem Tatium l. 8. p. 509. Thersander Meliten vxorem volebat aqua Stygis pudicitiam probare, καὶ ἐπομοσαμένην ἀπηλλάχθαι τῶν ἐγκλημάτων, *et praestito iureiurando accusationibus absolui.* Isocrates adu. *Callimach.* p. 550. προσιόντες μοι συνεβούλευον ἀπαλλάττεσθαι τῆς πρὸς τοῦτον διαφορᾶς, *accedentes mihi suadebant, vt cum illo hanc controuersiam transigerem.* Paulo post dixisse inquit, hos concordiae suasores, λυσιτελεῖν μοι μικρὰ ἀναλώσαντι μεγάλων ἐγκλημάτων ἀπαλλαγῆναι μᾶλλον, ἢ μηδὲν ἀποτίσαντι κινδυνεύειν περὶ τηλικούτων, *magis mibi conducere, exiguo sumtu, magnis accusationibus liberari, quam nulla pecunia numerata, tantum periculum subire.* Idem in *Trapezit.* p. 536. Demosthenes cont. *Theocrin.* p. 512. Et hoc sensu actiue, ἀπαλλάττει actor vel creditor, si cum reo vel debitore transi-

transfigit, cumque liberum *dimittit*. Sic Demosthenes adu. *Phormion.* p. 588. *Sublata enim syngrapha ἀπήλλαξα ἂν τȣ̃ συμβολαίȣ, te omni contractu liberassem.* Differunt omnino ἀφιέναι, et ἀπαλλάττειν, quod ex Harpocratione docuit Elsnerus. Prius est: *alicui ea remittere, de quibus lis fuit*, posterius notat, *aliquem transactis et sublatis omnibus, quae caussae litis esse poterant, liberum dimittere.* Coniungit has voces Demosthenes adu. *Pantaenet.* p. 626. πάντων ἀφεθεὶς τῶν ἐγκλημάτων καὶ ἀπαλλαγεὶς, *ab omnibus accusationibus liberatus, et plane liber dimissus.* Idem adu. *Apaturium* p. 580. τῶν συναλλαγμάτων ἀφεῖμεν καὶ ἀπηλλάξαμεν ἀλλήλȣς, *mutua commercia renunciauimus et inuicem missos nos fecimus, ita vt neque isti mecum, neque mihi cum isto quicquam negotii superesset.* Idem pro *Phormione* p. 603. legem dicit fuisse Athenis, vt illarum rerum non daretur actio, ὅσα τις ἀφῆκεν ἢ ἀπήλλαξεν, *quae aliquis remisit, aut in quibus plane liberum dimisit alium*, ad quam legem quoque adu. *Pantaenet.* p. 624. et adu. *Nausimach.* p. 632. prouocat. Ibid. pro *Phorm.* p. 603. paulo post dicit: ἃ τῶδε γέγονεν ἀμφότερα, καὶ γὰρ ἀφῆκε καὶ ἀπήλλαξεν, *quae vtraque ab isto facta sunt, nam et remisit et omnia transegit*, vbi p. 602. ἀπαλλάττειν explicatur per ἀφιέναι πάντων τῶν ἐγκλημάτων.

Verba Christi igitur hunc habent sensum: *da operam, vt antequam iudicis experiaris sententiam, quocunque modo cum aduersario transigas, et isto placato, ab omnibus litibus et litium caussis liberatus discedas.*

Κατασύρειν est, *pertrahere, vi aliquem inuitum abripere.* Philo in *Flaccum* p. 990. διὰ μέσης κατεσύρησαν ἀγορᾶς, *per medium trahebantur forum.* Idem *legat. ad Caium.* p. 1010. διὰ μέσης κατέσυρον ἀγορᾶς. *Trahi* igitur dicuntur rei, qui vti ille Matth. 18, 28. vi et veluti obtorto collo ad iudicem rapiuntur. Sic Isocrates in *Trapezit.* p. 532. εἷλκέ με πρὸς τὸν πολέμαρχον, ἐγγυητὰς αἰτῶν, *trahebat me ad polemarchum sponsores postulans.*

Πράκτορες sunt, *exactores*, inprimis illi, qui mulctas violatarum legum, a iudice irrogatas exigunt. Haud capio, qua ratione ductus Cel. Heumannus vocem hanc, quae Atticis adeo trita est, semigraecam esse dicat et semilatinam. Totam phrasin Lucae habet Demosthenes cont. *Theocrin.* p. 510. *Non enim si Ctesicles inquilinus iste concesserit, improbus improbo*, μὴ παραδοθῆναι τοῖς πράκτορσι τὸν προσόφλοντα κατὰ τὸν νόμον, *ne tradatur exactoribus is, qui lege sit damnatus, propterea ciuitas defraudanda est mulctis a legibus irrogatis.* Ibid. p. 514. *Neque iustum est, pro debitoribus haberi istos*, ὧν οὐδεὶς παραδέδωκε τοῖς πράκτορσι τὰ ὀνόματα, *quorum nomina nemo exactoribus tradidit.* Vocem πράκτωρ idem eodem sensu habet cont. *Aristogit.* p. 494. et adu. *Macartat.* p. 668. et Aeschines in *Timarchum* p. 175. bis, vbi πράκτορας τῶν νόμων vocat illos, *qui mulctas violatarum legum exigunt.*

CAP. XIII. v. 7.

Ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ;

Ἵνα τί idem est quod, διὰ τί, *cur*, *quare*, *quam ob caussam.* Sic Arrianus *Dissert. Epict.* l. 1. c. 24. p. 143. *memento Deum te aliptae instar cum aspero adolescente commisisse*, ἵνα τί ἔφη, *cur? inquit. Vt Olympia vinceres.* Ibid. c. 29. p. 161. *Num dicenda haec sunt in vulgus?* ἵνα τί; *quam ob caussam?*

Verbum καταργεῖν in hac phrasi Vulgatus vertit: *vt quid etiam terram occupat?* Verbum hoc nusquam se hac notione legisse asserit Beza et vertit: *quorsum terram inutilem s. inertem et sterilem reddit.* Successu minus prospero patrocinium vulgati suscepit I. Hasaeus *biblioth. Brem. Class.* 4. p. 350. Dicit 1) haec inter se indiuulso cohaerere nexu, vt arbor, quae *otiose* et inutiliter *terram occupat*, illam quoque *sterilem* efficiat, et prohibeat quo minus melioribus consita arboribus *frugifera sit.* Resp. Differunt haec omnino a) *in parabola*, dantur arbores,

quae

quae aliis vicinae incrementa earum plus inimant, quam impediunt, quae adeo terram sua sterilitate sterilem non reddunt, b) *in sensu parabolae.* Homines, qui ipsi non ferunt pietatis fructus, non semper alios id facere prohibent. Dicit 2) opponi *καταργεῖν τῷ ἐνεργεῖν*, cumque haec vox rem notet, quae *vtilitatem adferat*, illam dici de re, quae *nullius sit vsus.* Resp. Sic male concluditur ex oppositis. Si *ἐνεργεῖν* est, *vtilitatem adferre: καταργεῖν* vi oppositorum erit: *damnum adferre.* Dicit 3) *καταργεῖν* positum esse, pro *ἀργεῖν* quod Eccles. 12, 3. denotet, *otiosum esse.* Resp. Perquam differunt haec duo verba, *ἀργεῖν* est *intransitiuum*, *καταργεῖν* semper est *transitiuum.* De *significatu* vocum tutius iudicatur, ex *vsu* earum, quam ex *etymologia* vel *vocibus cognatis.* *Καταργεῖν* sane nusquam significat: *inutiliter locum* aliquem *occupare*, sed frequenter notat: *inutile* et *otiosum* aliquid *reddere* vel *relinquere.* Vox haec apud LXX. interp. aliquoties in lib. Esrae, in N. T. non nisi h. l. et praeterea saepius in epistolis Pauli occurrit. Ex profanis nemo hucusque exempla vocis protulit. Beza ad Rom. 3, 31. dicit: *Recte vero annotat Nyssenus verbum istud alioqui Graeco sermoni inusitatum, esse Paulo familiare, vtpote quod vsurpet saepissime, tum actiue tum passiue, nec facile apud alium scriptorem iuuenias.* Habet tamen Euripides, vbi in *Phoenissis* v. 760. Eteocles ad pugnam festinans dicit: Ἀλλ' εἶμ' ὅπως ἂν μὴ καταργῶμεν χέρα, *sed vado ne otiosam faciamus manum*, vbi scholiastes explicat: ὅπως μὴ ἐμποδίζωμεν τὸ τῶν χειρῶν ἔργον, τουτέστι τὸν πόλεμον.

Verba Lucae vertenda esse: *cur terram otiosam* vel *inutilem reddit*, patet praeterea 1) quia tautologicum alioqui videri posset, *fructum non inuenio* cum hoc *inutiliter terram occupat;* 2) quia emphasis vocnlae *καὶ* id postulat, quae per *insuper*, *etiam* vertenda est. Surgit oratio. Vituperatur in fico, quod non solum fructum non ferat, sed et *insuper* terram reddat *sterilem;* 3) quia id aptissimum reddit parabolae sensum, sic enim magis in illa respicitur

 ad

ad doctores Iudaeorum fcribas et Pharifaeos, quam ad Iudaeos alios. Plurimae in his libris comminationes Chrifti tangebant populi doctores, qui nec ipfi in regnum coeli ingrediebantur, nec alios ingredi finebant Luc. 11, 52. Ex his igitur plures quoque erant, qui vt arbores infoecundae exfcindebantur Matth. 3, 7. 10. Ioh. 7, 48. 49.

v. 9.

Κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτόν.

Quod poft καρπὸν aliquid fubaudiendum fit, iam fatis docuerunt, et fimilibus exemplis illuftrarunt multi. Mihi aptiffimum et proximum videtur ex v. 8. repeti verba: ἄφες αὐτήν. Refpici enim folet in eiusmodi locutionibus ellipticis ad vocem aliquam antecedentem. Plutarchus *fympof.* l. 2. q. 1. p. 633. καὶ κελεύσαντος εἰσελθεῖν, Ἂν πρῶτον ἔφη τὴν κιθάραν δήσῃς, *ingredi iubenti refpondet, fi prius citharam ligaueris* fc. *ingrediar.* Idem de *cupid. diuit. p.* 523. cum quidam hominem aliquem procerum laudarent, ὡς πυκτικὸν, *vt bonum pugilem*, refpondiffe dicit aliptam: εἴπερ καθελεῖν ἔδει τὸν στέφανον κρεμάμενον, *fi corona in fublimi fufpenfa detrahenda foret*, fc. πυκτικὸς εἴη, *bonus pugil effet.* Alioqui tamen fuppleri poffet, quicquid nexus requirit. Sic apud Plutarchum de *ira cohib.* p. 458. grammaticus aliquis Ptolemaeo percontanti, quis Pelei pater fuiffet, refpondet, ἂν σὺ πρότερον εἴπῃς τίς ὁ τοῦ Λάγου, *fi tu antea dixeris quis Lagi fuerit pater*, fc. *hoc tibi dicam.* Locum ex Xenophonte a Raphelio non obferuatum adfcribam ad Ioh. 13, 8.

v. 11.

Καὶ ἦν συγκύπτουσα καὶ μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελές.

Ἦν συγκύπτουσα, *corpore erat incuruata*, ita vt *cernua* appareret, corpore ad pectus inclinato. Sic Themiftius *orat.* 7. *ad Valentem* p. 90. de Procopio dicit, quod fuerit,

rit, ἀεὶ συγκεκυφὼς, ἀεὶ συννεφὴς, ἐφελκόμενος τὰς ὀφρῦς, *semper corpore incuruatus, semper nubila fronte, supercilia contrahens.* De Cratete sene Diogenes Laërtius l. 6. c. 5. §. 10. dicit: ἦν κυφὸς ὑπὸ χρόνου, *erat ex senectute curuatus.*

Ἀνακύπτειν vero est, *se erigere, caput et corpus attollere.* Euripides in *Cyclope* v. 211. ἰδοὺ πρὸς αὐτὸν τὸν Δί' ἀνακεκύφαμεν, *ecce ad ipsum Iouem caput attollimus, et astra et Orionem adspicio.* Iosephus *ant.* l. 19. c. 7. p. 679. de Herode Agrippa dicit, ἀνακύψας οὖν μετ' ὀλίγον, *paulo post caput attollens, vidit supra caput bubonem.* Aristophanes in *Thesmophor.* p. 779. Plutarchus *sympos.* l. 6. qu. 8. p. 695.

Εἰς τὸ παντελὲς, *prorsus, omnino, in totum.* Sensus est, aegrotam hanc, quodammodo quidem, sed *non in totum, non penitus* caput et corpus erigere potuisse. Sic Philo *legat. ad Caium* p. 1013. *Vt propemodum totum genus humanum mutuis caedibus consumtum* εἰς τὸ παντελὲς ἀφανισθῆναι, *penitus deleretur.* Iosephus *ant.* l. 1. c. 18. p. 27. de Isaaco dicit: *Sed quum senex esset,* καὶ τὰς ὄψεις εἰς τὸ παντελὲς ἠφανισμένος, *et visu penitus orbatus.* Idem *ant.* l. 6. c. 2. p. 172. καὶ τὰ φρονήματα αὐτῶν εἰς τὸ παντελὲς ταπεινοῖ, *et superbiam illorum penitus depressit.* Ibid. l. 3. c. 10. p. 94. 95. et l. 7. c. 10. p. 244.

v. 16.

Ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν, ἣν ἔδησεν ὁ σατανᾶς ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, οὐκ ἔδει λυθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τούτου.

Phrasibus similibus de morbis vtuntur profani. Libanius *epist.* 1091. p. 520. *Virum optimum,* δεδεμένον δὲ νόσῳ τοὺς πόδας, *morbo vero pedibus vinctum, atque ideo multum varieque adflictum.* Iosephus *ant.* l. 10. c. 2. p. 331. de Hiskia dicit: εὐθὺς λυθεὶς τῆς νόσου, ἄνεισιν εἰς τὸ ἱερὸν, *statim morbo solutus, ad templum ascendit.* Nonnus in *paraphrasi* ad Ioh. 11, 6. de Lazaro dicit: κέκλιτο νουσαλέῳ πεπεδημένος ἅψεα δεσμῷ, *Iacebat morboso ligatus*

 membris

membris vinculo. Adhibentur tamen verba *ligandi* et *foluendi* h. l. fenfu magis proprio, vbi de *contractione* fermo eft, *ligari* enim medicis membrum dicitur, quod *contrahitur*, *folui* vero quod a *contractione* liberatur. Sic Hippocrates de *articulis* c. 23. fect. 6. p. 83. de fpina dorfi dicit, illam multis modis diftorqueri poffe, ἐπεὶ ξυνδετική ἐςιν, *quoniam contrahendi vim habet.* Vide omnino B. Wolfium in *Curis* ex Trillero hic commentantem.

v. 32.

Καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι.

Voces σήμερον καὶ αὔριον, indeterminate *temporis aliquod interuallum* notant, quo munere fuo fungi adhuc volebat Iefus, et *die tertio* fieri dicuntur, quae haud longius quidem, at *aliquo* tamen *temporis fpatio remota* funt. Haud quaerendus in his eft *Hebraifmus.* Sic enim Euripides in *Alcefte* v. 320. Δεῖ γάρ θανεῖν με, καὶ τόδ' οὐκ εἰς αὔριον, οὐδ' ἐς τρίτην μοι μηνὸς ἔρχεται κακὸν, *oportet enim me mori et hoc non in craftinum, neque in tertium menfis diem mihi differtur malum, fed ftatim dicar effe inter mortuos.* Arrianus *Diff. Epict.* l. 4. c. 10. p. 418. *Quando vero aliquem ex amicis immortalem effe iudicauit? Quando non ob oculos habuit,* ὅτι αὔριον ἢ εἰς τὴν τρίτην δεῖ ἢ αὐτὸν ἀποθανεῖν ἢ ἐκεῖνον, *cras aut perendie vel fibi moriendum effe vel illi.*

Τελειοῦμαι optime vertas: *finio.* Intelligere illud potes et de *fine* miraculorum et doctrinae, et de *fine* vitae. Pofteriori fenfu idem eft, quod τελευτάω, quo fenfu Plutarchus *confol. ad Apoll.* p. 111. animalia non vltra vnum diem viuentia vocat, δείλης γηρῶντα καὶ τελειοῦντα τὸ ζῆν *vefpere confenefcentia et finientia vitam.* Tacitus *annal.* 6. c. 50. *fic Tiberius finiuit*, pro *mortuus eft.*

v. 33.

Πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι, ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ.

Si voces, *σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ* ad vnum verbum *πορεύεσθαι* referuntur, quod fieri debere vix dubitari poteſt; ſi praeterea *πορεύεσθαι* per *obambulare et vitam actionesque continuare* explicatur, et *τῇ ἐχομένῃ* de *die* vel *tempore ſequente* intelligitur: implicat ſe ſenſus totius effati. 1) tautologica fiunt, quae v. 32. et 33. dicuntur, quum vterque verſus, ex hac explicatione id tantum innuat: *Velle Chriſtum per aliquod adhuc tempus vitam continuare et actiones.* 2) verba tamen in ſe ſpectata, contradictorium aliquid tum inuoluere videntur. Si *τῇ ἐχομένῃ* de *die* intelligis, palam id reſpondet *τῇ τρίτῃ* v. 32. adeoque ſibi contradicit, quod Chriſtus ſe *die tertio* ibi dicit *finire*, hic vero *die poſt craſtinam ſequente continuare ſe velle* vitam et miracula.

Verto igitur: *Oportet me igitur hodie et cras etiam in vicina regione obambulare.* Verbum *ἐχομένη* ſaepe de locis *vicinis* intelligendum eſſe patet ex Marc. 1, 38. vbi vide notata a me aliisque; nec inſolita eſt ellipſis, qua hic ſuppleo: *ἐν τῇ ἐχομένῃ χώρᾳ.* Erat nunc Chriſtus in ditione Herodis, quod v. 31. docet. Idque in vltimo itinere Hieroſolymitano, Luc. 9, 51. et cum iam tranſiiſſet per Samariam Luc. 9, 52. 56. adeoque cum Samaria et Iudaea ſub Romanorum tunc eſſent procuratoribus, Peraea vero Herodi Antipae ſubiecta eſſet, Chriſtum quum haec loqueretur in Peraea fuiſſe concludo, quod cum Matthaei 19, 1. et Marc. 10, 1. conſentit, nec iis quae Luc. 17, 11. leguntur repugnat. Senſus igitur verborum Chriſti eſt: *Debere ſe, quum tempus aliquod vitae ſuae et actionum adhuc ſuperſit, etiam in vicina regione quae Herodi parebat, obambulare, neque quidquam inde pericul' timendum eſſe.* Aut ſi mauis, *καὶ αὔριον καὶ*, inter ſe iungere et vertere potes: *Imo etiam cras.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 11. p. 723. *καί τι καὶ θάρσος, imo etiam aliquam fiduciam.*

ciam. Plura voculae καὶ sic repetitae exempla dabit Elsnerus *ad Luc.* 1, 64. Eleganter haec interpretatio respondet 1) verbis ἔξελθε καὶ πορεύου ἐντεῦθεν v. 31. Ad haec regerit Christus: necesse esse, se adhuc in vicinia illorum locorum commorari, quamuis illis imperet Herodes. 2) sequentibus, quae sic cohaerent: quoniam prophetam extra Hierosolymam perire non moris est: satis tutus in regione vicina possum obambulare. 3) historiae, quum commorationis Christi in Peraea etiam praeter Matthaeum et Marcum Iohannes mentionem faciat c. 10, 40.

Οὐκ ἐνδέχεται vertendum est: *res ipsa non patitur, non contingit.* Suppleri potest: τὸ πρᾶγμα s. τὰ πράγματα, sic enim plene Demosthenes *Olynth.* 3. p. 12. *Ista igitur ita considerate*, ὅπως καὶ τὰ πράγματα ἐνδέχεται, *vti res patitur.* Eo magis assentior interpretibus, qui alludi hic putant ad morem inter Iudaeos receptum, vt doctorum et prophetarum caussae non nisi a synedrio hierosolymitano iudicari possent, quum τὰ ἐνδεχόμενα graecis sint, *contingentia, quae fieri possunt et solent*, quae necessariis opponuntur. Sic saepe Plutarchus de *fato* p. 571. τὸ δὲ ἐνδεχόμενον δυνατὸν, ὃ καὶ τὸ ἀντικείμενον δυνατὸν, *contingens est possibile, cuius etiam oppositum est possibile.* Paulo post: *Occidente sole imbrem fieri aut non fieri*, ἀμφότερα δυνατὰ καὶ ἐνδεχόμενα, *vtrumque possibile est et contingens.* Vide ibid. et p. 570. saepius. Nihil adderem; quum tamen Wolfius in *Curis* ad 2 epist. Ioh. v. 13. dicat, *verbi* ἐνδέχομαι *vestigium apud Graecos vix occurrere*, notes hos locos, Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 592. Xenophon *dict. et f. Socr.* l. 1. p. 445. Idem in *Hierone* p. 579. Thucydides l. 1. p. 28, 32, 33. Arrianus *Diss. Epict.* l. 1. c. 19. p. 135. c. 22. p. 141. saepius. l. 3. c. 22. p. 313, 314. Diogenes Laert. l. 7. c. 1. §. 60. p. 767. Strabo l. 2. p. 159. 160. Diodorus Siculus l. 17. c. 4. p. 94.

CAP.

CAP. XIV. v. 4.

Οἱ δὲ ἡσύχασαν.

Illi vero tacuerunt. Hoc ſenſu ἡσυχάζειν habet Euripides in *Cyclope* v. 620. σιγᾶτε πρὸς θεῶν, θῆρες ἡσυχάζετε συνθέντες ἄρθρα ςόματος, *tacete per Deos, ferae, ſatyri, ſilete, continentes articulos oris.* Plutarchus *praecept. coniug.* p. 143. *Prudentes vxores*, ἐν ταῖς ὀργαῖς τῶν ἀνδρῶν κεκραγότων, ἡσυχάζȣσιν, *viris ex ira vociferantibus tacent, ſilentes alloquio mitigant.* Idem in *Arato* p. 1050. ὁ δὲ Ἄρατος ἐπὶ πολὺ μὲν ἡσύχαζε, *diu obticuit Aratus; at orante Philippo, vt ſententiam ſuam expromeret, dixit.* Philo de *Abrahamo* p. 385. λέξω δὴ καὶ τὸ περὶ τὴν τελευτὴν τῆς γυναικὸς ἐκ ἄξιον ἔργον ἡσυχασθῆναι, *dicam quoque, quae circa vxoris obitum acciderunt, quae ſilenda non videntur.* Idem de *Ioſeph.* p. 529. Ioſephus *ant.* l. 7. c. 7. p. 226. de Nathane Dauidi adulterium exprobraturo dicit: τὰς μὲν παρὰ τȣ͂ θεȣ͂ γεγενημένας ἀπειλὰς ἡσυχάσειν ἔκρινεν, *factas a Deo comminationes tacere conſtituebat.* Idem *ant.* l. 1. c. 12. p. 20. l. 6. c. 14. p. 194. l. 7. c. 10. p. 234. Familiare Graecis eſt, vt verba *quieſcendi* reſtringant ad notionem *ſilendi.* Quare et παύεσθαι eſt *tacere.* Euripides in *Ione* v. 675. τό γε ςόμα δȣ͂λον πέπαυται κȣ̓κ ἔχει παῤῥησίαν, *os ſeruile obmuteſcit et non habet loquendi fiduciam.* Lucianus in *Nigrino* p. 47. *dum iſta diceres, neſcio quis animo meo adfectus accidebat,* καὶ παυσαμένȣ ἄχθομαι, *et nunc te tacente doleo.*

v. 9.

Δὸς τȣ́τῳ τόπον· καὶ τότε ἄρξῃ μετ᾽ αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν.

Phraſin: δὸς τόπον habet Arrianus *Diſſert. Epict.* l. 3. c. 26. p. 364. δὸς ἄλλοις τόπον, *da locum aliis; oportet alios ita naſci, vt et tu natus es et natos habere locum et habitationem et victum.* Vna cum ſequenti τόπον κατέχειν *locum occupare* occurrit eadem in Polybii l. 17. c. 28. p. 1068.

p. 1068. δέδοται τοῖς ἐφεδρεύουσι τῶν πολεμίων διάστημα καὶ τόπος, ὃν ὗτοι κατεῖχον, *spatium locusque, quem illi occupauerant, hostibus datur, in subsidium praeparatis.* Phrasin posteriorem habent quoque Plutarchus *sympos.* l. 5. q. 6. p. 680. *tali*, τόπον ἐλάττω κατέχουσιν *minus loci occupant, si recti, quam si proni cadant.* Idem de *placit. philosoph.* l. 1. c. 12. p. 882. hanc profert definitionem corporis, esse illud τὸ κατέχον τόπον, *id quod locum occupat.* Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 249. de monumentis marmoreis dicit: ἃ καὶ τόπον ἕνα κατέχει, καὶ φθορᾶς ὀξείας τυγχάνει, *quae vnum tantum locum occupant, et subitae corruptioni obnoxia sunt.* Lucianus in *Necyom.* p. 311. ἔκειτο γὰρ τόπον ἐπέχων ἀγρῦ, *iacebat enim locum totius agri occupans.*

Quod ad rem attinet, vana istis temporibus inter Iudaeos obtinuisse circa loci praerogatiuam studia, probant praeter preces istas matris filiorum Zebedaei Matth. 20, 21. πρωτοκαθεδρίαι ἐν ταῖς συναγωγαῖς, et πρωτοκλισία ἐν τοῖς δείπνοις, quibus capiebantur scribae et Pharisaei, vbi per phrasin priorem *primum locum in quibusuis conuentibus* intelligere potes, vt in simili loco Iosephi *ant.* l. 15. c. 2. p. 512. vbi de Herodis erga Hyrcanum reuerentia dicitur: ἁπάσῃ τιμῇ διαδεξάμενος αὐτὸν, ἔν τε τοῖς συλλόγοις τὸν πρῶτον ἔνεμε τόπον καὶ παρὰ τὰς ἑστιάσεις προκατακλίνων ἐξηπάτα, *cum omni honore illum excipiens, primum illi in conuentibus locum tribuit, eumque, primum semper in conuiuiis accubitum ipsi concedens decepit.* Adde eundem *ant.* l. 20. c. 2. p. 687.

v. 13.

Ἀναπήρους.

Ἀνάπηροι, *mutili, manci*, sunt, qui aliqua corporis parte laesi, vel proprio membrorum quorundam vsu destituti sunt, e. g. claudi, coeci, surdi, muti, contracti, cet. Teste Diogene Laërtio l. 6. c. 2. §. 6. Diogenes Cynicus ludens dicebat, ἀναπήρους οὐ τοὺς κωφοὺς καὶ τυφλοὺς, ἀλλὰ τοὺς μὴ ἔχοντας πήραν, *mutilos non esse surdos*

surdos aut coecos, sed qui peram non haberent. Iosephus *ant.* l. 7. c. 2. p. 217. Iebusaeos a Dauide obsessos in muris collocasse, dicit, τὲς πεπηρωμένες τὰς ὄψεις καὶ τὰς βάσεις καὶ πᾶν τὸ λελωβημένον, *vultu et pedibus captos, omnesque alio modo mutilatos*, et dixisse τὲς ἀναπήρες *hos mutilos* ad illum vrbe arcendum sufficere. Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 88. tradit, lege sanxisse Romulum, ne recens natos infra triennium occidere liceret, πλὴν εἴ τι γένοιτο παιδίον ἀνάπηρον, *nisi infans aliquis mutilus nasceretur.* Ibid. l. 4. p. 236. regno se excludi queritur Tarquinius, ἔτε σώματος ἀναπήρε τυχόντα ἔτε ἠλιθίε, *neque corpore mutilum neque animo stultum.* Plutarchus in *Apophth.* p. 180. Alexandrum dicit ad mare dimisisse Macedones νοσώδεις καὶ ἀναπήρες, *aegrotos et mutilos.* Idem ibid. p. 194. Nicomedem vocat, χωλὸν καὶ ἀνάπηρον ἄνθρωπον, *hominem claudum et mutilum.* Iulius Pollux *onomast.* l. 2. c. 4. p. 95. dicit: ἀνάπηρος δὲ ἐστιν ὁ πᾶν τὸ σῶμα πεπηρωμένος, quae non coniunctim sed diuisim intelligenda sunt, quod scil. vox mutilum quolibet corporis membro talem notare possit, ita vt vox ipsa non determinet, cuinam membro haec insit mutilatio, quam tamen in vno homine singulis membris simul inesse neutiquam opus est.

v. 18.

Ἔχω ἀνάγκην ἐξελθεῖν καὶ ἰδεῖν αὐτόν· ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον.

Tres hic occurrunt locutiones in *latinismis* habit[illegible] de quibus nemo diligentius commentatus est, quam Cel. Georgius et Dresigius, quorum cogitata vide in prioris *Hierocrit.* N. T. part. 2. passim, et Schwarzius in *Lexico N. T.* Addam spicilegium. 1) ἔχειν ἀνάγκην habent Iosephus *ant.* l. 11. c. 5. p. 369. οἱ δὲ τὰ προσταχθὲν ὑπ' αὐτῦ ποιεῖν ἀνάγκην ἔχοντες, *qui cum praeceptis eius parere necesse haberent.* Ibid. l. 16. c. 15. p. 572. τῶν δὲ τῦτο μὲν αὐτὸ λέγειν ἀνάγκην ἐχόντων, *id cum illi fateri necesse haberent.* Idem in *vita sua* p. 1011. et 1024. et Plutarchus *praec. reg. reipubl.* p. 798. χρῆσθαι

τοῖς

τοῖς παρȣ̃σιν ἀνάγκην ἔχοντες, *praesentem ferre fortunam necesse habentes.* Alio sensu phrasin habet idem ibid. p. 817.

Ἐρωτῶ σε, *rogo te.* Rarissima est profanis in hoc verbo haec notio petendi. Iosephus *ant.* l. 5. c. 1. p. 138. postquam preces a Iosua factas enarrasset, addit: ταῦτα μὲν Ἰησȣ̃ς ἐπὶ στόμα πεσὼν ἠρώτα τὸν Θεόν, *haec Iosua in faciem prolapsus Deum rogabat.*

Verbum παραιτεῖσθαι duplicem habet notionem, hic coniungendam. 1) est, *recusare*, *detrectare*, vti Act. 25, 11. sicque h. l. vox τὸ δεῖπνον omissa est; quam phrasin plene exhibet Diogenes Laërtius l. 4. c. 9. §. 5. τά τε δεῖπνα λοιπὸν παρῃτεῖτο διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, *coenas autem ob caussas praedictas declinabat.* 2) *excusare*, *deprecari* et propter factum aliquod se *purgare*. Sic Plutarchus in *Catone min.* p. 792. ὅπως μέντοι παρῃτήσῃ τȣ̀ς τριακοσίȣς, *quomodo pro trecentis depreceris.* Iosephus *ant.* l. 15. c. 2. p. 513. de Alexandra dicit, παραιτεῖσθαι, *excusasse se illam*, si quid ob indignationem immodestius egisset. Imo tunc quoque *res propter quam venia petitur*, in accusatiuo poni potest. Euripides in *Iphig. Aul.* v. 685. σὲ δὲ παραιτȣ̃μαι τάδε, *a te vero hanc ob rem veniam peto, o filia Ledae.* Phrasis igitur παραιτεῖσθαι δεῖπνον notat 1) *coenam recusare*, 2) se propter illam cum ratione declinatam sufficienter *excusare*. Ἔχω h. l. paulo aliter intelligo quam alii; significat id, *putare*, *credere*, quo sensu vox occurrit Matth. 14, 5. vbi vide dicta. Sic et Theognis in *sententiis* p. 190. σὺ δ᾽ ἔσχες τȣ̃το ματαῖον, *tu vero pro inani hoc habebis.* Sensus igitur est: *Credas velim me non solum coenam declinasse, sed et ob praegnantes id facientem caussas satis esse excusatum.* Id ipsum puto sibi velle phrasin latinam: *excusatum me habeto.*

V. 23.

Καὶ ἀνάγκασον εἰσελθεῖν.

Verbum ἀναγκάζειν *compellere, cogere*, h. l. significat, rationibus et persuasionibus saepius repetitis ad aliquid *vrgere*

gere et *inuitare* aut etiam *precibus permouere.* Sic Diogenes Laërtius l. 1. c. 1. §. 4. de Thalete dicit, τῆς μητρὸς ἀναγκαζούσης αὐτὸν γῆμαι, *cum mater illum ad matrimonium contrahendum vrgeret*, vbi paulo post verbum hoc per ἐγκειμένης, *acrius insistente illa* explicat. Libanius *epist.* 1039. p. 486. de auitis facultatibus sibi relictis dicit: *Neque illa vel conferenda mihi petii a rege*, οὔτε ἀναγκάζοντος ἐδεξάμην, *neque quamuis prolixe illo inuitante accepi.* Inprimis vox notat, *ad cibos et conuiuia saepius et pertinacius inuitare et vrgere.* Iosephus *ant.* l. 6. c. 15. p. 205. de Saulo rege dicit: *tandem cum aegre ad se ipsum rediisset*, συνηνάγκασεν ἡ γυνὴ γεύσασθαι, *mulier illum regebat vt cibum caperet.* Aristophanes in *Vespis* p. 473. *prope me sedens*, προσαναγκάζῃ φάγε τουτὶ, ἔντραγε τουτὶ, *inuitat quasi cogens, hoc comede, hoc manduca.*

V. 31.

Ἢ τίς βασιλεὺς πορευόμενος συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον.

In dubium vocauit hanc syntaxin B. Raphelius *annot. Polyb.* συμβάλλειν τινὶ εἰς πόλεμον, vt exemplis nondum confirmatam, adeoque verba εἰς πόλεμον referri posse dicit ad πορευόμενος. En ergo exempla constructionis prioris. Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 648. Καὶ συμβαλόντες εἰς μάχην. Iosephus *ant.* l. 5. c. 9. p. 157. εἰς μάχην αὐτῷ συμβαλών. Ibid. l. 6. c. 8. p. 183. συμβαλὼν αὐτοῖς εἰς μάχην. Ibid. l. 12. c. 4. p. 406. συμβαλόντων δὲ αὐτῷ τῶν ἀδελφῶν εἰς μάχην. Ibid. c. 8. p. 411. συμβάλλουσιν αὐτοῖς εἰς μάχην σαββάτων ἡμέρᾳ. Ibid. l. 13. c. 8. p. 435. c. 22. p. 461. l. 14. c. 24. p. 495. Euripides accusandi casum ponit sine vocula εἰς in *Alceste* v. 504. τὸν δ' ἔρχομαι τρίτον, ἀγῶνα πώλοις, δεσπότῃ τε συμβαλῶν, *hoc venio certamen tertium commissurus cum equis et domino.*

Phrasis vltima: ἐρχομένῳ ἐπ' αὐτὸν, est, *illum inuadere volenti, expeditionem contra illum facienti, contra illum venienti.* Sic Demosthenes *Philip.* 3. p. 52. *Efficimus*

mus vt ille represso impetu, μήτ' ἐπ' Ἀμβρακίαν ἐλθεῖν, *neque Ambraciam inuaderet*. Iosephus *ant.* l. 14. c. 11. p. 478. ἐπὶ ναβαταίους ἔρχεται, *contra Nabataeos expeditione facta, illos praelio fudit*. Ibid. l. 14. c. 7. p. 473. αὐτὸς ἐπὶ τὴν πόλιν ἔρχεται, *ipse vrbem aggreditur*.

v. 33.

Ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν.

Verbum ἀποτάσσεσθαι, quod notione *valedicendi* ad c. 9. 61. explicatum est, h. l. notat 1) *renunciare, abdicare*. Iamblichus *vit. Pythag.* c. 3. p. 32. ἔτι πρότερον πολυφαγίᾳ ἀποταξάμενος, *quum iam antea edacitati renunciasset*. Iosephus *ant.* l. 11. c. 6. p. 377. de Esthera dicit: τροφῇ καὶ ποτῷ καὶ τοῖς ἡδέσι ἀποταξαμένη, *cibo et potu et omnibus deliciis se abdicans*. Plutarchus de *fluviis* de Hebro p. 1151. ἀποταξάμενος δὲ τῇ συμβιώσει τῆς προτέρας γυναικὸς, *postquam conuictu prioris vxoris se abdicasset*. Philo *leg. ad Caium* p. 1037. ἵνα μὴ ὁ σὸς Ἀγρίππας ἀποτάξηται τῷ βίῳ, *ne tuus Agrippa vitae renunciet*. 2) *spernere, negligere*. Idem *migrat. Abrah.* p. 402. *Non quia festum hilaritatem animae et gratam erga Deum mentem significat*, ἀποταξώμεθα ταῖς κατὰ τὰς ἐτησίους ὥρας πανηγύρεσι, *ideo solemnes celebritates negligendae sunt*.

Quid per πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν intelligatur, nexus cum antecedentibus docet. Vocula οὕτως initio versus et γὰρ v. 28. ostendunt v. 33. idem dici, quod dictum fuerat v. 26, 27. posses igitur voce πᾶσι in masculino accepta, per integram phrasin intelligere, *omnes cognatos et familiares*, quos odio habendos esse v. 26. praecipitur. Quoniam tamen etiam reliquis bonis et vitae commodis renunciare et crucem in se suscipere iubentur Christi discipuli v. 27. vox πᾶσι omnino neutraliter accipienda est, ita tamen vt emphasis non in voce ὑπάρχουσιν, quae pro οὖσι posita est, sed in verbis: τοῖς ἑαυτοῦ lateat, et *ea quae ipsius sunt*, tam de cognatis et amicis, quam reliquis bonis et vitae commodis, imo ipsa hominis

nis vita accipiantur. Hinc quoque patet ἀποτάξασθαι h. l. idem esse, quod μισεῖν v. 26. debere sc. hominem *omnia quae ipsius sunt* minus amare quam Christum, omnia si cum Christo comparentur, *spernere* et *negligere*, omnibus, si cum Christi amore et cultu simul retineri nequeant, *renunciare* iisque se *abdicare*.

CAP. XV. v. 4.

Καὶ πορεύεται ἐπὶ τὸ ἀπολωλὸς, ἕως εὕρῃ αὐτό.

Vertere potes: *abit illud quod perditum est*, vel *ad quaerendum illud quod perditum.* Ἐπὶ cum verbis *eundi* s. *mittendi* iunctum, saepe *scopum itionis* indicat, et rei quae quaeritur vel petitur, praefigi solet. Diogenes Laërtius l. 1. c. 10. §. 2. Πεμφθεὶς παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς ἀγρὸν ἐπὶ πρόβατον, *missus a patre in agrum ad quaerendam ouem.* Idem l. 5. c. 4. §. 1. ἐπὶ μὲν τὸν ἐκ τῆς ἀγορᾶς στέφανον πολλοὺς ἀπιέναι, *ad forensem coronam multos abire.* Josephus *ant.* l. 6. c. 5. p. 174. περιτυχόντες παρθένοις ἐφ' ὕδωρ βαδιζούσαις, *virginibus aquatum euntibus obuiam facti.* Nicolaus Damascenus *Excerpt. Vales.* p. 433. οὗτός ἐστιν Παρσώνδης ἐφ' ὃν ἥκεις, *hic est Parsondas, ad quem obtinendum venis.* Apollodorus *bibl. deor.* l. 1. c. 42. *quod vbi Pelias audiuit, statim,* ἐπὶ τὸ δέρας ἐλθεῖν ἐκέλευσεν αὐτὸν, *Jasonem ad hanc pellem* (auferendam sc.) *ire praecepit.* Paulo post: ἐπὶ τοῦτο πεμπόμενος Ἰάσων. Xenophon *Cyrop.* l. 1. p. 20. ἦλθον ἐπ' ἀργύριον, *veni ad petendum argentum.*

v. 12.

Δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας.

Da mihi competentem portionem bonorum. Phrasin habent Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 544. τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστοις κατὰ τὰς ὁμολογίας ὑπάρχειν μέρος, *competentem quibuslibet ex foedere portionem dari debere.* Ibid. l. 5. p. 332. ἐκ τῆς δημευθείσης τῶν τυράννων οὐσίας τὴν ἐπιβάλ-

Πράκτορες sunt, *exactores*, inprimis illi, qui mulctas violatarum legum, a iudice irrogatas exigunt. Haud capio, qua ratione ductus Cel. Heumannus vocem hanc, quae Atticis adeo trita est, semigraecam esse dicat et semilatinam. Totam phrasin Lucae habet Demosthenes cont. *Theocrin.* p. 510. *Non enim si Ctesicles inquilinus iste concesserit, improbus improbo*, μὴ παραδοθῆναι τοῖς πράκτορσι τὸν προσόφλοντα κατὰ τὸν νόμον, *ne tradatur exactoribus is, qui lege sit damnatus, propterea ciuitas defraudanda est mulctis a legibus irrogatis.* Ibid. p. 514. *Neque iustum est, pro debitoribus haberi istos*, ὧν ὐδεὶς παραδέδωκε τοῖς πράκτορσι τὰ ὀνόματα, *quorum nomina nemo exactoribus tradidit.* Vocem πράκτωρ idem eodem sensu habet cont. *Aristogit.* p. 494. et adu. *Macartat.* p. 668. et Aeschines in *Timarchum* p. 175. bis, vbi πράκτορας τῶν νόμων vocat illos, *qui mulctas violatarum legum exigunt.*

CAP. XIII. v. 7.

Ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ;

Ἵνα τί idem est quod, διὰ τί, *cur*, *quare*, *quam ob caussam.* Sic Arrianus *Differt. Epict.* l. 1. c. 24. p. 143. *memento Deum te aliptae instar cum aspero adolescente commisisse*, ἵνα τί ἔφη, *cur? inquit. Vt Olympia vinceres.* Ibid. c. 29. p. 161. *Num dicenda haec sunt in vulgus?* ἵνα τί; *quam ob caussam?*

Verbum καταργεῖν in hac phrasi Vulgatus vertit: *vt quid etiam terram occupat?* Verbum hoc nusquam se hac notione legisse asserit Beza et vertit: *quorsum terram inutilem* f. *inertem et sterilem reddit.* Successu minus prospero patrocinium vulgati suscepit I. Hasaeus *biblioth. Brem. Class.* 4. p. 350. Dicit 1) haec inter se indiuulso cohaerere nexu, vt arbor, quae *otiose* et inutiliter *terram occupat*, illam quoque *sterilem* efficiat, et prohibeat quo minus melioribus consita arboribus *frugifera sit.* Resp. Differunt haec omnino a) *in parabola*, dantur arbores,

quae

quae aliis vicinae incrementa earum plus iuuant, quam impediunt, quae adeo terram sua sterilitate sterilem non reddunt, b) *in sensu parabolae*. Homines, qui ipsi non ferunt pietatis fructus, non semper alios id facere prohibent. Dicit 2) opponi καταργεῖν τῷ ἐνεργεῖν, cumque haec vox rem notet, quae *vtilitatem adferat*, illam dici de re, quae *nullius sit vsus*. Resp. Sic male concluditur ex oppositis. Si ἐνεργεῖν est, *vtilitatem adferre: καταργεῖν* vi oppositorum erit: *damnum adferre*. Dicit 3) καταργεῖν positum esse, pro ἀργεῖν quod Eccles. 12, 3. denotet, *otiosum esse*. Resp. Perquam differunt haec duo verba, ἀργεῖν est *intransitiuum*, καταργεῖν semper est *transitiuum*. De *significatu* vocum tutius iudicatur, ex *vsu* earum, quam ex *etymologia* vel *vocibus cognatis*. Καταργεῖν sane nusquam significat: *inutiliter locum* aliquem *occupare*, sed frequenter notat: *inutile* et *otiosum* aliquid *reddere* vel *relinquere*. Vox haec apud LXX. interp. aliquoties in lib. Esrae, in N. T. non nisi h. l. et praeterea saepius in epistolis Pauli occurrit. Ex profanis nemo hucusque exempla vocis protulit. Beza ad Rom. 3, 31. dicit: *Recte vero annotat Nyssenus verbum istud alioqui Graeco sermoni inusitatum, esse Paulo familiare, vtpote quod vsurpet saepissime, tum actiue tum passiue, nec facile apud alium scriptorem inuenias*. Habet tamen Euripides, vbi in *Phoenissis* v. 760. Eteocles ad pugnam festinans dicit: Ἀλλ' εἶμ' ὅπως ἂν μὴ καταργῶμεν χέρα, *sed vado ne otiosam faciamus manum*, vbi scholiastes explicat: ὅπως μὴ ἐμποδίζωμεν τὸ τῶν χειρῶν ἔργον, τουτέστι τὸν πόλεμον.

Verba Lucae vertenda esse: *cur terram otiosam* vel *inutilem reddit*, patet praeterea 1) quia tautologicum alioqui videri posset, *fructum non inuenio* cum hoc *inutiliter terram occupat*; 2) quia emphasis voculae καὶ id postulat, quae per *insuper*, *etiam* vertenda est. Surgit oratio. Vituperatur in fico, quod non solum fructum non ferat, sed et *insuper* terram reddat *sterilem*; 3) quia id aptissimum reddit parabolae sensum, sic enim magis in illa respicitur

ad doctores Iudaeorum scribas et Pharisaeos, quam ad Iudaeos alios. Plurimae in his libris comminationes Christi tangebant populi doctores, qui nec ipsi in regnum coeli ingrediebantur, nec alios ingredi sinebant Luc. 11, 52. Ex his igitur plures quoque erant, qui vt arbores infoecundae exscindebantur Matth. 3, 7. 10. Ioh. 7, 48. 49.

V. 9.

Κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτόν.

Quod post καρπὸν aliquid subaudiendum sit, iam satis docuerunt, et similibus exemplis illustrarunt multi. Mihi aptissimum et proximum videtur ex v. 8. repeti verba: ἄφες αὐτήν. Respici enim solet in eiusmodi locutionibus ellipticis ad vocem aliquam antecedentem. Plutarchus *sympos.* l. 2. q. 1. p. 633. καὶ κελεύσαντος εἰσελθεῖν, Ἂν πρῶτον ἔφη τὴν κίθαραν δήσῃς, *ingredi iubenti respondet, si prius citharam ligaueris* sc. *ingrediar*. Idem de *cupid. diuit. p.* 523. cum quidam hominem aliquem procerum laudarent, ὡς πυκτικὸν, *vt bonum pugilem*, respondisse dicit aliptam: εἴπερ καθελεῖν ἔδει τὸν στέφανον κρεμάμενον, *si corona in sublimi suspensa detrahenda foret*, sc. πυκτικὸς εἴη, *bonus pugil esset*. Alioqui tamen suppleri posset, quicquid nexus requirit. Sic apud Plutarchum de *ira cohib.* p. 458. grammaticus aliquis Ptolemaeo percontanti, quis Pelei pater fuisset, respondet, ἂν σὺ πρότερον εἴπῃς τίς ὁ τοῦ Λάγου, *si tu antea dixeris quis Lagi fuerit pater*, sc. *hoc tibi dicam.* Locum ex Xenophonte a Raphelio non obseruatum adscribam ad Ioh. 13, 8.

V. 11.

Καὶ ἦν συγκύπτουσα καὶ μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελές.

Ἦν συγκύπτουσα, *corpore erat incuruata*, ita vt *cernua* appareret, corpore ad pectus inclinato. Sic Themistius *orat.* 7. *ad Valentem* p. 90. de Procopio dicit, quod fuerit,

rit, ἀεὶ συγκεκυφὼς, ἀεὶ συννεφὴς, ἐφελκόμενος τὰς ὀφρῦς, *semper corpore incuruatus, semper nubila fronte, supercilia contrahens.* De Cratete sene Diogenes Laërtius l. 6. c. 5. §. 10. dicit: ἦν κυφὸς ὑπὸ χρόνου, *erat ex senectute curuatus.*

Ἀνακύπτειν vero est, *se erigere, caput et corpus attollere.* Euripides in *Cyclope* v. 211. ἰδοὺ πρὸς αὐτὸν τὸν Δί' ἀνακεκύφαμεν, *ecce ad ipsum Iouem caput attollimus, et astra et Orionem adspicio.* Iosephus *ant.* l. 19. c. 7. p. 679. de Herode Agrippa dicit, ἀνακύψας οὖν μετ' ὀλίγον, *paulo post caput attollens, vidit supra caput bubonem.* Aristophanes in *Thesmophor.* p. 779. Plutarchus *sympos.* l. 6. qu. 8. p. 695.

Εἰς τὸ παντελὲς, *prorsus, omnino, in totum.* Sensus est, aegrotam hanc, quodammodo quidem, sed *non in totum, non penitus* caput et corpus erigere potuisse. Sic Philo *legat. ad Caium* p. 1013. *Vt propemodum totum genus humanum mutuis caedibus consumtum* εἰς τὸ παντελὲς ἀφανισθῆναι, *penitus deleretur.* Iosephus *ant.* l. 1. c. 18. p. 27. de Isaaco dicit: *Sed quum senex esset,* καὶ τὰς ὄψεις εἰς τὸ παντελὲς ἠφανισμένος, *et visu penitus orbatus.* Idem *ant.* l. 6. c. 2. p. 172. καὶ τὰ φρονήματα αὐτῶν εἰς τὸ παντελὲς ταπεινοῖ, *et superbiam illorum penitus depressit.* Ibid. l. 3. c. 10. p. 94. 95. et l. 7. c. 10. p. 244.

v. 16.

Ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν, ἣν ἔδησεν ὁ σατανᾶς ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, οὐκ ἔδει λυθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τούτου.

Phrasibus similibus de morbis vtuntur profani. Libanius *epist.* 1091. p. 520. *Virum optimum,* δεδεμένον δὲ νόσῳ τοὺς πόδας, *morbo vero pedibus vinctum, atque ideo multum varieque adflictum.* Iosephus *ant.* l. 10. c. 2. p. 331. de Hiskia dicit: εὐθὺς λυθεὶς τῆς νόσου, ἄνεισιν εἰς τὸ ἱερὸν, *statim morbo solutus, ad templum ascendit.* Nonnus in *paraphrasi* ad Ioh. 11, 6. de Lazaro dicit: κέκλιτο νουσαλέῳ πεπεδημένος ἅψεα δεσμῷ, *Iacebat morboso ligatus*

 membris

membris vinculo. Adhibentur tamen verba *ligandi* et *soluendi* h. l. sensu magis proprio, vbi de *contractione* sermo est, *ligari* enim medicis membrum dicitur, quod *contrahitur*, *solui* vero quod a *contractione* liberatur. Sic Hippocrates de *articulis* c. 23. sect. 6. p. 83. de spina dorsi dicit, illam multis modis distorqueri posse, ἐπεὶ ξυνδετική ἐστιν, *quoniam contrahendi vim habet.* Vide omnino B. Wolfium in *Curis* ex Trillero hic commentantem.

v. 32.

Καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι.

Voces σήμερον καὶ αὔριον, indeterminate *temporis aliquod interuallum* notant, quo munere suo fungi adhuc volebat Iesus, et *die tertio* fieri dicuntur, quae haud longius quidem, at *aliquo* tamen *temporis spatio remota* sunt. Haud quaerendus in his est *Hebraismus.* Sic enim Euripides in *Alceste* v. 320. Δεῖ γάρ θανεῖν με, καὶ τόδ' οὐκ εἰς αὔριον, οὐδ' ἐς τρίτην μοι μηνὸς ἔρχεται κακὸν, *oportet enim me mori et hoc non in crastinum, neque in tertium mensis diem mihi differtur malum, sed statim dicar esse inter mortuos.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 4. c. 10. p. 418. *Quando vero aliquem ex amicis immortalem esse iudicauit? Quando non ob oculos habuit,* ὅτι αὔριον ἢ εἰς τὴν τρίτην δεῖ ἢ αὐτὸν ἀποθανεῖν ἢ ἐκεῖνον, *cras aut perendie vel sibi moriendum esse vel illi.*

Τελειοῦμαι optime vertas: *finio.* Intelligere illud potes et de *fine* miraculorum et doctrinae, et de *fine* vitae. Posteriori sensu idem est, quod τελευτάω, quo sensu Plutarchus *consol. ad Apoll.* p. 111. animalia non vltra vnum diem viuentia vocat, δείλης γηρῶντα καὶ τελειοῦντα τὸ ζῆν *vespere consenescentia et finientia vitam.* Tacitus *annal.* 6. c. 50. *sic Tiberius finiuit*, pro *mortuus est.*

v. 33.

v. 33.

Πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι, ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ.

Si voces, σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ ad vnum verbum πορεύεσθαι referuntur, quod fieri debere vix dubitari poteſt; ſi praeterea πορεύεσθαι per *obambulare et vitam actionesque continuare* explicatur, et τῇ ἐχομένῃ de *die* vel *tempore ſequente* intelligitur: implicat ſe ſenſus totius effati. 1) tautologica fiunt, quae v. 32. et 33. dicuntur, quum vterque verſus, ex hac explicatione id tantum innuat: *Velle Chriſtum per aliquod adhuc tempus vitam continuare et actiones.* 2) verba tamen in ſe ſpectata, contradictorium aliquid tum inuoluere videntur. Si τῇ ἐχομένῃ de *die* intelligis, palam id reſpondet τῇ τρίτῃ v. 32. adeoque ſibi contradicit, quod Chriſtus ſe *die tertio* ibi dicit *finire*, hic vero *die poſt craſtinam ſequente continuare ſe velle* vitam et miracula.

Verto igitur: *Oportet me igitur hodie et cras etiam in vicina regione obambulare.* Verbum ἐχομένῃ ſaepe de locis *vicinis* intelligendum eſſe patet ex Marc. 1, 38. vbi vide notata a me aliisque; nec inſolita eſt ellipſis, qua hic ſuppleo: ἐν τῇ ἐχομένῃ χώρᾳ. Erat nunc Chriſtus in ditione Herodis, quod v. 31. docet. Idque in vltimo itinere Hieroſolymitano, Luc. 9, 51. et cum iam tranſiiſſet per Samariam Luc. 9, 52. 56. adeoque cum Samaria et Iudaea ſub Romanorum tunc eſſent procuratoribus, Peraea vero Herodi Antipae ſubiecta eſſet, Chriſtum quum haec loqueretur in Peraea fuiſſe concludo, quod cum Matthaei 19, 1. et Marc. 10, 1. conſentit, nec iis quae Luc. 17, 11. leguntur repugnat. Senſus igitur verborum Chriſti eſt: *Debere ſe, quum tempus aliquod vitae ſuae et actionum adhuc ſuperſit, etiam in vicina regione quae Herodi parebat, obambulare, neque quidquam inde periculi timendum eſſe.* Aut ſi mauis, καὶ αὔριον καὶ, inter ſe iungere et vertere potes: *Imo etiam cras.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 11. p. 723. καί τι καὶ θάρσος, *imo etiam aliquam fiduciam.*

ciam. Plura voculae καὶ sic repetitae exempla dabit Elsnerus *ad Luc.* 1, 64. Eleganter haec interpretatio respondet 1) verbis ἔξελθε καὶ πορεύε ἐντεῦθεν v. 31. Ad haec regerit Christus: necesse esse, se adhuc in vicinia illorum locorum commorari, quamuis illis imperet Herodes. 2) sequentibus, quae sic cohaerent: quoniam prophetam extra Hierosolymam perire non moris est: satis tutus in regione vicina possum obambulare. 3) historiae, quum commorationis Christi in Peraea etiam praeter Matthaeum et Marcum Iohannes mentionem faciat c. 10, 40.

Οὐκ ἐνδέχεται vertendum est: *res ipsa non patitur, non contingit.* Suppleri potest: τὸ πρᾶγμα s. τὰ πράγματα, sic enim plene Demosthenes *Olynth.* 3. p. 12. *Ista igitur ita considerate,* ὅπως καὶ τὰ πράγματα ἐνδέχεται, *vti res patitur.* Eo magis assentior interpretibus, qui alludi hic putant ad morem inter Iudaeos receptum, vt doctorum et prophetarum caussae non nisi a synedrio hierosolymitano iudicari possent, quum τὰ ἐνδεχόμενα graecis sint, *contingentia*, *quae fieri possunt et solent*, quae necessariis opponuntur. Sic saepe Plutarchus de *fato* p. 571. τὸ δὲ ἐνδεχόμενον δυνατὸν, ὃ καὶ τὸ ἀντικείμενον δυνατὸν, *contingens est possibile*, *cuius etiam oppositum est possibile.* Paulo post: *Occidente sole imbrem fieri aut non fieri*, ἀμφότερα δυνατὰ καὶ ἐνδεχόμενα, *vtrumque possibile est et contingens.* Vide ibid. et p. 570. saepius. Nihil adderem; quum tamen Wolfius in *Curis* ad 2 epist. Ioh. v. 13. dicat, *verbi* ἐνδέχομαι *vestigium apud Graecos vix occurrere*, notes hos locos, Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 592. Xenophon *dict. et f. Socr.* l. 1. p. 445. Idem in *Hierone* p. 579. Thucydides l. 1. p. 28, 32. 33. Arrianus *Diss. Epict.* l. 1. c. 19. p. 135. c. 22. p. 141. saepius. l. 3. c. 22. p. 313, 314. Diogenes Laert. l. 7. c. 1. §. 60. p. 767. Strabo l. 2. p. 159. 160. Diodorus Siculus l. 17. c. 4. p. 94.

CAP.

CAP. XIV. v. 4.

Οἱ δὲ ἡσύχασαν.

Illi vero tacuerunt. Hoc ſenſu ἡσυχάζειν habet Euripides in *Cyclope* v. 620. σιγᾶτε πρὸς θεῶν, θῆρες ἡσυχάζετε συνθέντες ἄρθρα ςόματος, *tacete per Deos, ferae, ſatyri, ſilete, continentes articulos oris.* Plutarchus *praecept. coniug.* p. 143. *Prudentes vxores,* ἐν ταῖς ὀργαῖς τῶν ἀνδρῶν κεκραγότων, ἡσυχάζουσιν, *viris ex ira vociferantibus tacent, ſilentes alloquio mitigant.* Idem in *Arato* p. 1050. ὁ δὲ Ἄρατος ἐπὶ πολὺ μὲν ἡσύχαζε, *diu obticuit Aratus; at orante Philippo, vt ſententiam ſuam exprometet, dixit.* Philo de *Abrahamo* p. 385. λέξω δὴ καὶ τὸ περὶ τὴν τελευτὴν τῆς γυναικὸς οὐκ ἄξιον ἔργον ἡσυχασθῆναι, *dicam quoque, quae circa vxoris obitum acciderunt, quae ſilenda non videntur.* Idem de *Ioſeph.* p. 529. Ioſephus *ant.* l. 7. c. 7. p. 226. de Nathane Dauidi adulterium exprobraturo dicit: τὰς μὲν παρὰ τοῦ θεοῦ γεγενημένας ἀπειλὰς ἡσυχάσειν ἔκρινεν, *factas a Deo comminationes tacere conſtituebat.* Idem *ant.* l. 1. c. 12. p. 20. l. 6. c. 14. p. 194. l. 7. c. 10. p. 234. Familiare Graecis eſt, vt verba *quieſcendi* reſtringant ad notionem *ſilendi.* Quare et παύεσθαι eſt *tacere.* Euripides in *Ione* v. 675. τό γε ςόμα δοῦλον πέπαυται κοὐκ ἔχει παῤῥησίαν, *os ſeruile obmuteſcit et non habet loquendi fiduciam.* Lucianus in *Nigrino* p. 47. *dum iſta diceres, neſcio quis animo meo adfectus accidebat,* καὶ παυσαμένου ἄχθομαι, *et nunc te tacente doleo.*

v. 9.

Δὸς τούτῳ τόπον· καὶ τότε ἄρξῃ μετ᾽ αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν.

Phraſin: δὸς τόπον habet Arrianus *Diſſert. Epict.* l. 3. c. 26. p. 364. δὸς ἄλλοις τόπον, *da locum aliis; oportet alios ita naſci, vt et tu natus es et natos habere locum et habitationem et victum.* Vna cum ſequenti τόπον κατέχειν *locum occupare* occurrit eadem in Polybii l. 17. c. 28. p. 1068.

p. 1068. δέδοται τοῖς ἐφεδρεύουσι τῶν πολεμίων διάστημα καὶ τόπος, ὃν οὗτοι κατεῖχον, *spatium locusque, quem illi occupauerant, hostibus datur, in subsidium praeparatis.* Phrasin posteriorem habent quoque Plutarchus *sympos.* l. 5. q. 6. p. 680. *tali*, τόπον ἐλάττω κατέχουσιν *minus loci occupant, si recti, quam si proni cadant.* Idem de *placit. philosoph.* l. 1. c. 12. p. 882. hanc profert definitionem corporis, esse illud τὸ κατέχον τόπον, *id quod locum occupat.* Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 249. de monumentis marmoreis dicit: ἃ καὶ τόπον ἕνα κατέχει, καὶ φθορᾶς ὀξείας τυγχάνει, *quae vnum tantum locum occupant, et subitae corruptioni obnoxia sunt.* Lucianus in *Necyom.* p. 311. ἔκειτο γὰρ τόπον ἐπέχων ἀγροῦ, *iacebat enim locum totius agri occupans.*

Quod ad rem attinet, vana istis temporibus inter Iudaeos obtinuisse circa loci praerogatiuam studia, probant praeter preces istas matris filiorum Zebedaei Matth. 20, 21. πρωτοκαθεδρίαι ἐν ταῖς συναγωγαῖς, et πρωτοκλισία ἐν τοῖς δείπνοις, quibus capiebantur scribae et Pharisaei, vbi per phrasin priorem *primum locum in quibusuis conuentibus* intelligere potes, vt in simili loco Iosephi *ant.* l. 15. c. 2. p. 512. vbi de Herodis erga Hyrcanum reuerentia dicitur: ἁπάσῃ τιμῇ διαδεξάμενος αὐτὸν, ἔν τε τοῖς συλλόγοις τὸν πρῶτον ἔνεμε τόπον καὶ παρὰ τὰς ἑστιάσεις προκατακλίνων ἐξηπάτα, *cum omni honore illum excipiens, primum illi in conuentibus locum tribuit, eumque, primum semper in conuiuiis accubitum ipsi concedens decepit.* Adde eundem *ant.* l. 20. c. 2. p. 687.

v. 13.

Ἀναπήρους.

Ἀνάπηροι, *mutili, manci*, sunt, qui aliqua corporis parte laesi, vel proprio membrorum quorundam vsu destituti sunt, e. g. claudi, coeci, surdi, muti, contracti, cet. Teste Diogene Laërtio l. 6. c. 2. §. 6. Diogenes Cynicus ludens dicebat, ἀναπήρους οὐ τοὺς κωφοὺς καὶ τυφλοὺς, ἀλλὰ τοὺς μὴ ἔχοντας πήραν, *mutilos non esse*

surdos

surdos aut coecos, sed qui peram non haberent. Iosephus *ant.* l. 7. c. 2. p. 217. Iebusaeos a Dauide obsessos in muris collocasse, dicit, τὲς πεπηρωμένες τὰς ὄψεις καὶ τὰς βάσεις καὶ πᾶν τὸ λελωβημένον, *vultu et pedibus captos, omnesque alio modo mutilatos*, et dixisse τὲς ἀναπήρες *hos mutilos* ad illum vrbe arcendum sufficere. Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 88. tradit, lege sanxisse Romulum, ne recens natos infra triennium occidere liceret, πλὴν εἴ τι γένοιτο παιδίον ἀνάπηρον, *nisi infans aliquis mutilus nasceretur.* Ibid. l. 4. p. 236. regno se excludi queritur Tarquinius, ἔτε σώματος ἀναπήρε τυχόντα ἔτε ἠλιθίε, *neque corpore mutilum neque animo stultum.* Plutarchus in *Apophth.* p. 180. Alexandrum dicit ad mare dimisisse Macedones νοσώδεις καὶ ἀναπήρες, *aegrotos et mutilos.* Idem ibid. p. 194. Nicomedem vocat, χωλὸν καὶ ἀνάπηρον ἄνθρωπον, *hominem claudum et mutilum.* Iulius Pollux *onomast.* l. 2. c. 4. p. 95. dicit: ἀνάπηρος δέ ἐστιν ὁ πᾶν τὸ σῶμα πεπηρωμένος, quae non coniunctim sed diuisim intelligenda sunt, quod scil. vox mutilum quolibet corporis membro talem notare possit, ita vt vox ipsa non determinet, cuinam membro haec insit mutilatio, quam tamen in vno homine singulis membris simul inesse neutiquam opus est.

v. 18.

Ἔχω ἀνάγκην ἐξελθεῖν καὶ ἰδεῖν αὐτόν· ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον.

Tres hic occurrunt locutiones in *latinismis* habitae, de quibus nemo diligentius commentatus est, quam Cel. Georgius et Dresigius, quorum cogitata vide in prioris *Hierocrit.* N. T. part. 2. passim, et Schwarzius in *Lexico N. T.* Addam spicilegium. 1) ἔχειν ἀνάγκην habent Iosephus *ant.* l. 11. c. 5. p. 369. οἱ δὲ τὰ προσταχθὲν ὑπ' αὐτῦ ποιεῖν ἀνάγκην ἔχοντες, *qui cum praeceptis eius parere necesse haberent.* Ibid. l. 16. c. 15. p. 572. τῶν δὲ τῦτο μὲν αὐτὸ λέγειν ἀνάγκην ἐχόντων, *id cum illi fateri necesse haberent.* Idem in *vita sua* p. 1011. et 1024. et Plutarchus *praec. reg. reipubl.* p. 798. χρῆσθαι

τοῖς

τοῖς παρȣ̃σιν ἀνάγκην ἔχοντες, *praesentem ferre fortunam necesse habentes.* Alio sensu phrasin habet idem ibid. p. 817.

Ἐρωτῶ σε, *rogo te.* Rarissima est profanis in hoc verbo haec notio petendi. Iosephus *ant.* l. 5. c. 1. p. 138. postquam preces a Iosua factas enarrasset, addit: ταῦτα μὲν Ἰησȣ̃ς ἐπὶ ςόμα πεσὼν ἠρώτα τὸν Θεὸν, *haec Iosua in faciem prolapsus Deum rogabat.*

Verbum παραιτεῖσθαι duplicem habet notionem, hic coniungendam. 1) est, *recusare*, *detrectare*, vti Act. 25, 11. sicque h. l. vox τὸ δεῖπνον omissa est; quam phrasin plene exhibet Diogenes Laërtius l. 4. c. 9. §. 5. τά τε δεῖπνα λοιπὸν παρῃτεῖτο διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, *coenas autem ob caussas praedictas declinabat.* 2) *excusare*, *deprecari* et propter factum aliquod se *purgare.* Sic Plutarchus in *Catone min.* p. 792. ὅπως μέντοι παρῃτήσῃ τȣ̀ς τριακοσίȣς, *quomodo pro trecentis depreceris.* Iosephus *ant.* l. 15. c. 2. p. 513. de Alexandra dicit, παραιτεῖσθαι, *excusasse se illam*, si quid ob indignationem immodestius egisset. Imo tunc quoque *res propter quam venia petitur*, in accusatiuo poni potest. Euripides in *Iphig. Aul.* v. 685. σὲ δὲ παραιτȣ̃μαι τάδε, *a te vero hanc ob rem veniam peto, o filia Ledae.* Phrasis igitur παραιτεῖσθαι δεῖπνον notat 1) *coenam recusare*, 2) se propter illam cum ratione declinatam sufficienter *excusare.* Ἔχε h. l. paulo aliter intelligo quam alii; significat id, *putare*, *credere*, quo sensu vox occurrit Matth. 14, 5. vbi vide dicta. Sic et Theognis in *sententiis* p. 190. σὺ δ' ἔσχες τȣ̃το ματαῖον, *tu vero pro inani hoc habebis.* Sensus igitur est: *Credas velim me non solum coenam declinasse, sed et ob praegnantes id facientem caussas satis esse excusatum.* Id ipsum puto sibi velle phrasin latinam: *excusatum me habeto.*

v. 23.

Καὶ ἀνάγκασον εἰσελθεῖν.

Verbum ἀναγκάζειν *compellere*, *cogere*, h. l. significat, rationibus et persuasionibus saepius repetitis ad aliquid *vrgere*

gere

gere et *inuitare* aut etiam *precibus permouere*. Sic Diogenes Laërtius l. 1. c. 1. §. 4. de Thalete dicit, *τῆς μητρὸς ἀναγκαζούσης αὐτὸν γῆμαι, cum mater illum ad matrimonium contrahendum vrgeret*, vbi paulo post verbum hoc per *ἐγκειμένης*, *acrius insistente illa* explicat. Libanius *epist.* 1039. p. 486. de auitis facultatibus sibi relictis dicit: *Neque illa vel conferenda mihi petii a rege, οὔτε ἀναγκάζοντος ἐδεξάμην, neque quamuis prolixe illo inuitante accepi.* Inprimis vox notat, *ad cibos et conuiuia saepius et pertinacius inuitare et vrgere.* Iosephus *ant.* l. 6. c. 15. p. 205. de Saulo rege dicit: *tandem cum aegre ad se ipsum rediisset, συνηνάγκασεν ἡ γυνὴ γεύσασθαι, mulier illum regebat vt cibum caperet.* Aristophanes in *Vespis* p. 473. *prope me sedens, προσαναγκάζῃ φάγε τουτὶ, ἔντραγε τουτὶ, inuitat quasi cogens, hoc comede, hoc manduca.*

V. 31.

Ἢ τίς βασιλεὺς πορευόμενος συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον.

In dubium vocauit hanc syntaxin B. Raphelius *annot. Polyb.* *συμβάλλειν τινὶ εἰς πόλεμον*, vt exemplis nondum confirmatam, adeoque verba *εἰς πόλεμον* referri posse dicit ad *πορευόμενος*. En ergo exempla constructionis prioris. Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 648. *Καὶ συμβαλόντες εἰς μάχην.* Iosephus *ant.* l. 5. c. 9. p. 157. *εἰς μάχην αὐτῷ συμβαλών.* Ibid. l. 6. c. 8. p. 183. *συμβαλὼν αὐτοῖς εἰς μάχην.* Ibid. l. 12. c. 4. p. 406. *συμβαλόντων δὲ αὐτῷ τῶν ἀδελφῶν εἰς μάχην.* Ibid. c. 8. p. 411. *συμβάλλουσιν αὐτοῖς εἰς μάχην σαββάτων ἡμέρᾳ.* Ibid. l. 13. c. 8. p. 435. c. 22. p. 461. l. 14. c. 24. p. 495. Euripides accusandi casum ponit sine vocula *εἰς* in *Alceste* v. 504. *τὸν δ' ἔρχομαι τρίτον, ἀγῶνα πώλοις, δεσπότῃ τε συμβαλῶν, hoc venio certamen tertium commissurus cum equis et domino.*

Phrasis vltima: *ἐρχομένῳ ἐπ' αὐτὸν*, est, *illum inuadere volenti, expeditionem contra illum facienti, contra illum venienti.* Sic Demosthenes *Philip.* 3. p. 52. *Effecimus*

mus vt ille repreſſo impetu, μήτ' ἐπ' ἀμβρακίαν ἐλθεῖν, *neque Ambraciam inuaderet.* Ioſephus *ant.* l. 14. c. 11. p. 478. ἐπὶ ναβαταίοις ἔρχεται, *contra Nabataeos expeditione facta, illos praelio fudit.* Ibid. l. 14. c. 7. p. 473. αὐτὸς ἐπὶ τὴν πόλιν ἔρχεται, *ipſe vrbem aggreditur.*

v. 33.

Ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν.

Verbum ἀποτάσσεσθαι, quod notione *valedicendi* ad c. 9. 61. explicatum eſt, h. l. notat 1) *renunciare, abdicare.* Iamblichus *vit. Pythag.* c. 3. p. 32. ἔτι πρότερον πολυφαγίᾳ ἀποταξάμενος, *quum iam antea edacitati renunciaſſet.* Ioſephus *ant.* l. 11. c. 6. p. 377. de Eſthera dicit: τροφῇ καὶ ποτῷ καὶ τοῖς ἡδέσι ἀποταξαμένη, *cibo et potu et omnibus deliciis ſe abdicans.* Plutarchus de *fluviis* de Hebro p. 1151. ἀποταξάμενος δὲ τῇ συμβιώσει τῆς προτέρας γυναικὸς, *poſtquam conuictu prioris vxoris ſe abdicaſſet.* Philo *leg. ad Caium* p. 1037. ἵνα μὴ ὁ σὸς Ἀγρίππας ἀποτάξηται τῷ βίῳ, *ne tuus Agrippa vitae renunciet.* 2) *ſpernere, negligere.* Idem *migrat. Abrah.* p. 402. *Non quia feſtum hilaritatem animae et gratam erga Deum mentem ſignificat,* ἀποταξώμεθα ταῖς κατὰ τὰς ἐτησίους ὥρας πανηγύρεσι, *ideo ſolennes celebritates negligendae ſunt.*

Quid per πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν intelligatur, nexus cum antecedentibus docet. Vocula οὕτως initio verſus et γὰρ v. 28. oſtendunt v. 33. idem dici, quod dictum fuerat v. 26, 27. poſſes igitur voce πᾶσι in maſculino accepta, per integram phraſin intelligere, *omnes cognatos et familiares*, quos odio habendos eſſe v. 26. praecipitur. Quoniam tamen etiam reliquis bonis et vitae commodis renunciare et crucem in ſe ſuſcipere iubentur Chriſti diſcipuli v. 27. vox πᾶσι omnino neutraliter accipienda eſt, ita tamen vt emphaſis non in voce ὑπάρχουσιν, quae pro οὖσι poſita eſt, ſed in verbis: τοῖς ἑαυτοῦ lateat, et *ea quae ipſius ſunt*, tam de cognatis et amicis, quam reliquis bonis et vitae commodis, imo ipſa homi-

nis

nis vita accipiantur. Hinc quoque patet *ἀποτάξασθαι* h. l. idem esse, quod *μισεῖν* v. 26. debere sc. hominem *omnia quae ipsius sunt* minus amare quam Christum, omnia si cum Christo comparentur, *spernere* et *negligere*, omnibus, si cum Christi amore et cultu simul retineri nequeant, *renunciare* iisque se *abdicare*.

CAP. XV. v. 4.

Καὶ πορεύεται ἐπὶ τὸ ἀπολωλὸς, ἕως εὕρῃ αὐτό.

Vertere potes: *abit ad illud quod perditum est*, vel *ad quaerendum illud quod perditum.* Ἐπὶ cum verbis *eundi* s. *mittendi* iunctum, saepe *scopum itionis* indicat, et rei quae quaeritur vel petitur, praefigi solet. Diogenes Laërtius l. 1. c. 10. §. 2. *Πεμφθεὶς παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς ἀγρὸν ἐπὶ πρόβατον, missus a patre in agrum ad quaerendam ouem.* Idem l. 5. c. 4. §. 1. *ἐπὶ μὲν τὸν ἐκ τῆς ἀγορᾶς στέφανον πολλοὺς ἀπιέναι, ad forensem coronam multos abire.* Josephus *ant.* l. 6. c. 5. p. 174. *περιτυχόντες παρθένοις ἐφ' ὕδωρ βαδιζούσαις, virginibus aquatum euntibus obuiam facti.* Nicolaus Damascenus *Excerpt. Vales.* p. 433. *οὗτός ἐστιν Παρσώνδης ἐφ' ὃν ἥκεις, hic est Parsondas, ad quem obtinendum venis.* Apollodorus *bibl. deor.* l. 1. c. 42. *quod vbi Pelias audiuit, statim, ἐπὶ τὸ δέρας ἐλθεῖν ἐκέλευσεν αὐτὸν, Jasonem ad hanc pellem* (auferendam sc.) *ire praecepit.* Paulo post: *ἐπὶ τοῦτο πεμπόμενος Ἰάσων.* Xenophon *Cyrop.* l. 1. p. 20. *ἦλθον ἐπ' ἀργύριον, veni ad petendum argentum.*

v. 12.

Δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας.

Da mihi competentem portionem bonorum. Phrasin habent Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 544. *τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστοις κατὰ τὰς ὁμολογίας ὑπάρχειν μέρος, competentem quibuslibet ex foedere portionem dari debere.* Ibid. l. 5. p. 332. *ἐκ τῆς δημευθείσης τῶν τυράννων οὐσίας τὴν ἐπιβάλ-*

λοῦσαν μοῖραν λαβόντας, *e publicatis tyrannorum bonis iustam portionem adeptos.* Ibid. l. 8. p. 542. τούτων ὑπάρξει τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστοις λάχος. Diodorus Siculus *excerpt. Valef.* p. 361. *Ex diuidenda praeda nihil accepit amplius,* τῆς τοῖς ἰδιώταις ἐπιβαλλούσης μοίρας, *quam portionem gregariis competentem.* Tobias c. 6, 12. ὅτι σοὶ ἐπιβάλλει ἡ κληρονομία αὐτῆς.

v. 13.

Ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακράν, καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ζῶν ἀσώτως.

Er. Schmidius ad h. l. et ad c. 19, 12. etiam Beza vocem μακρὰν aduerbialiter positam esse putant et subaudiri iubent ἀποῦσαν, *regionem longius remotam;* quod neque necesse est, neque probabile. Adiectiuum μακρὸς iam per se, est, *dissitus, longius remotus.* Ezech. 12, 27. εἰς καιροὺς μακροὺς, לעתים רחוקות, Prouerb. 7, 19. ὁδὸν μακρὰν, דרך מרחוק. Xenophon *Cyrop.* l. 5. p. 96. τοῖς μὲν ἐπὶ μακρὸν πορευομένοις, μακραὶ καὶ αἱ ἐπιβοήθειαι, *qui longius abeunt, iis longius remota etiam sunt auxilia.* Appianus *bell. Hisp.* p. 436. τὴν δὲ πόλιν ὁρῶν ἐπιθαλασσόν τε καὶ Καρχηδόνος οὐ μακράν, *vrbem videns maritimam, nec Carthagine longe dissitam.*

Ζῶν ἀσώτως *perdite viuens* est, qui sua culpa in perniciem ruit, ita tamen vt ἄσωτος ille κατ' ἐξοχὴν vocetur, qui *incontinenter viuit & prodigaliter.* Phrasin habet Josephus, apud quem *ant.* l. 12. c. 4. p. 405. Josephum Tobiae filium mille talenta ad sumtus faciendos postulantem Arion, ὀργισθεὶς ἐπέπληττεν αὐτῷ, ὡς ἀσώτως ζῆν διεγνωκότι, *iratus increpabat, quod perdite viuere constituisset.* Idem *bell. Jud.* l. 4. c. 16. καθάρματα τῆς χώρας ὅλης, *totius regionis purgamenta* vocat, κατασωτευσάμενα τὰς ἰδίας οὐσίας, *eos, qui patrimonia sua luxu absumserint.*

v. 17.

Εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθών.

Quum autem ad se rediret, i. e. quum miser homo, qui ἀσώτως hucusque vixerat, parum ad actiones suas atten-

tendens, secum habitare inciperet, et tam vitam anteactam, quam miserum, in quem deuenerat, statum, sortemque flebilem in posterum metuendam accuratius perpenderet et simul resipisceret, atque ad bonam frugem rediret. Phrases huius generis de iis proprie adhibentur, qui animi deliquium passi ad se redeunt et rerum extra se denuo fiunt conscii. Sic Hippocrates *morb. vulg.* l. 7. p. 302. de eo, qui ἠψύχησε, *in animi deliquium inciderat*, dicit: μόγις ἐντὸς ἑωυτȣ̃ ἐγένετο, *vix iterum ad se rediit.* Idem ibid. p. 319. ἐπεὶ δὲ ἐντὸς ἑωυτȣ̃ ἐγένετο, de animi vero deliquio idem ibid. tribus vtitur phrasibus, 1) ἐξ ἑωυτȣ̃ ἦν, 2) ȣ̓ παρὰ ἑωυτῷ ἦν, 3) ἐκτὸς ἑωυτȣ̃ ἐγένετο. Transferuntur hae locutiones ad animum; qui ad actiones suas parum attendens in diem viuit, *extra se esse* dicitur. Simplicius in *Epicteti enchir.* c. 42. p. 235. vbi postquam hominibus aliis neque laudandis neque vituperandis sermones impendendos esse dixisset, addit: *Quod etiam hoc genus sermonum*, ἐπὶ τὸ ἐκτὸς τείνεσθαι ποιεῖ τὴν ψυχὴν, ἑαυτῆς ἀφισαμένην, καὶ ἀλλοτριοπραγμονȣ̃σαν, καὶ ματαιοπονȣ̃σαν, *animum faciat ad externa extendi a se ipso auersum et aliena curantem et frustra laborantem, palam est.* Contra ea *apud se esse* significat 1) *accuratius res in animo perpendere.* Plutarchus *conuiu. sapient.* p. 151. μικρὰ μὲν αὐτὸς πρὸς αὑτῷ γενόμενος, *quum paululum secum meditatus, et paululum cum Cleobulo collocutus esset.* Idem *apophth. lacon.* p. 209. χρόνον ȣ̓̃ν ὀλίγον πρὸς αὑτῷ γενόμενος ὁ Ἀγησίλαος καὶ διασιωπήσας, *quum igitur per aliquod tempus secum meditatus esset et tacuisset.* Quae phrasis in eadem re quoque occurrit in *Agesilao* p. 602. 2) *agere, vt hominem sanae mentis, et qui res rite perpendit, decet.* Sic paulo inflexa phrasi Polybius l. 10. c. 37. p. 850. Scipionem oblatam sibi dignitatem regiam recusantem, his laudat verbis: ὅμως ἐν ἑαυτῷ διέμεινε, *mente tamen sibi constitit, et eiusmodi studia vulgi atque speciem dignitatis repudiauit,* et contra: κλεῖτον ȣ̓κ ἔτι ἐν ἑαυτῷ ὄντα, *Clitum mentis*

non amplius compotem vocat Arrianus *exped. Alex.* l. 4. p. 258. Idem quoque duplex ſenſus ineſt phraſi *ad ſe redire*, quam notione priore habes in *teſtamento patriarch.* p. 702. *Et exeunte ipſa*, ἦλθον εἰς ἐμαυτὸν, καὶ ἐπένθησα περὶ αὐτῆς ἡμέρας πολλὰς, *redii ad meipſum, et illius cauſſa per multos dies triſtatus ſum*, vtroque vero ſenſu, qui h. l. in verbis Chriſti obtinet, locutio occurrit, in Arriani *Diſſert. Epict.* l. 3. c. 1. p. 261. *Ego non dico cuius iſte ſit habitus; tu vero ipſe id dices*, τέθ' ὅταν εἰς σαυτὸν ἔλθῃς *tum, quum in te deſcendes et intelliges qualis ſit, quique illum vſurpent.* Plura notabo ad phraſin ſimilem Act. 12, 11.

v. 19.

Ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου.

Parum feliciter in phraſi hac explicanda verſatus eſt Cel. Elsnerus, qui vertit: *compara me tibi vt mercenariorum tuorum aliquem.* Ipſa haec verſio quid ſibi velit, obſcurius eſt, quam verba Chriſti. Vt ex exemplis patet, quibus verſionem firmare voluit Elsnerus, petiit ex mente eius filius poenitens a patre ſuo, vt ab ipſo *mercenarius eligatur et conſtituatur.* Sed id neque phraſi ſatis conuenit, neque rei. Non phraſi; tunc enim dici debuiſſet: ποίησόν με ἕνα τῶν μισθίων, aut exemplis ſaltem firmandum erat, quod ποιεῖν μίσθιον et ποιεῖν ὡς μίσθιον, idem ſignificent, quod non fecit Cel. Elsnerus; Gen. 3, 22. *Adam factus eſt ſicut vnus ex nobis*, longe aliud eſt, quam hoc: *factus eſt vnus ex nobis.* Non rei; quod enim filius poenitens reuera mercenarius fieri voluerit, textus praeterea non docet, ſed aperte potius haec verba reſpiciunt ad abundantiam victus, quo affluebant, mercenarii patris, de qua v. 17. Verto ſimpliciter: *Fac me vt vnum mercenariorum tuorum.* Sic LXX. int. Gen. 45, 8. ἐποίησέ με ὡς πατέρα Φαραώ, cap. 48, 20. ποιήσαι σε ὁ θεὸς ὡς Ἐφραίμ. Ieſ. 41, 15. ἐποίησά σε ὡς τροχοὺς ἁμάξης. Senſus eſt: *ſe nihil eximium aut praeclarum a*

patre

patre vel petere vel exspectare, sed contentum fore, si eadem illum cum mercenario sorte esse iuberet.

v. 24.

Οὗτος ὁ υἱός μου νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε, καὶ ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη.

Quid hic verba νεκρὸς ἦν καὶ ἀνέζησε significent, ambigitur. Notant 1) *perdite viuebat idque facere desiit*, vitam virtutis nunc viuit, quae antea in eo nulla erat. Defendunt hanc notionem praeter 1 Tim. 5, 6. similes phrases profanorum. Lysis Pythagoreus in epistola quadam *opusc. mythol. Galei* p. 739. vbi Hipparchum luxui Siculorum adsuetum reprehendens dicit: εἰ μὲν οὖν μεταβάλοιο χαρήσομαι, εἰ δὲ μὴ τέθνακάς μοι, *si igitur resipiscas laetabor, sin minus mihi mortuus es.* Eadem fere eiusdem verba habet Iamblichus *vit. Pythag.* c. 17. p. 80. Philo *quod deter. potiori insid.* p. 164. *anima, quae ex seipsa tollit dogma pium et virtutis amicum*, τὸν τῆς ἀρετῆς τέθνηκε βίον, *mortua est, quod ad vitam virtutis attinet.* Iis, quae contra hanc explicationem monuit Cel. Heumannus, satis iam est responsum, si statuas patrem hunc non loqui de morte spirituali, quae per vitam spiritualem in regeneratione collatam tollitur, sed per *mortem* dissolutum illud et perditum vitae genus, per *vitam* vero intelligere, *continentius et honestius viuendi genus*, quale etiam in hominem non regenitum cadere potest, cui tamen *morti et vitae* in explicatione parabolae mortem et vitam spiritualem substitui posse haud nego.

2) *mortuus erat et reuixit*, significant, *illum antea non in viuis esse amplius credidi, iam vero illum viuere scio.* Sic etiam profani. Achilles Tatius l. 7. p. 425. μὴ γὰρ οὐ πολλάκις τέθνηκεν; μὴ γὰρ οὐ πολλάκις ἀνεβίω; *nonne saepius illam mortuam esse putasti? nonne saepius iterum eam viuere comperisti?* Ibid. p. 437. πρὶν ὁ θαλάσσιος οὗτος ἀνεβίω νεκρὸς, *antequam hic in mari periisse creditus, reuiuisceret.* Ibid. l. 5. p. 553. *nisi ego te*

huc perduxissem: ἦν ἂν ἔτι σοι Λευκίππη νεκρὰ, *Leucippen viuere adhuc nescires.* Idem l. 7. p. 423. οἴμοι Λευκίππη ποσάκις μοι τέθνηκας; Sophocles in *Philoctete* p. 409. ὃς οὐδέν εἰμι καὶ τεθνηχ᾽ ὑμῖν πάλαι. Vtramque notionem in verbis Lucae apte puto coniungi posse. Qui notionem posteriorem tantum locum habere, ex eo demonstrare volunt, quod haec verba eundem habeant sensum cum sequentibus: *perditus erat et recuperatus est:* ii non attendunt, quod et haec verba vtramque explicationem simul admittant. Homines *impios adhuc*, vocari ἀπολωλότας, quis ignorat? Vide Matth. 10, 6. c. 15, 24. Luc. 19, 10. Imo si ad datam Christo occasionem ad parabolam hanc proferendam c. 15, 1-2. respicias, et ad τὸ ἀπολωλὸς v. 4. 6. 8. 9. attendas: in voce ἀπολωλὼς h. l. simul eam latere notionem, *vt filius perditus dicatur, quod non eo vixerit loco et viuendi genere, quo viuere debuisset, non negabis.* Hanc quoque ob caussam in verbis: *mortuus fuit et reuixit*, notionem primam praecipuum trahere puto momentum, quoniam in notione secunda, illa in explicatione parabolae nihil fere significant.

v. 27.

Ὅτι ὑγιαίνοντα αὐτὸν ἀπέλαβεν.

Interpretes per ὑγιαίνειν *sanitatem corporis* hic intelligunt, ego vero inprimis significari puto *sanitatem mentis.* Svadet hoc nexus, quod sc. *ad se redierit* v. 17. quod cum mortuus fuisset *reuixerit* v. 24. Sic saepe profani. Demosthenes *Philip.* 3. p. 46. *Sin nugari et mente captus esse videbor, neque nunc neque in posterum* ὡς ὑγιαίνοντί μοι προσέχητε *ad me vt hominem sanae mentis attendite.* Idem adu. *Timocrat.* p. 471. ἀλλ᾽ οὔτε ταῦτα ποιήσειεν ἂν οὐδεὶς ὑγιαίνων, *sed neque haec quisquam sanae mentis faceret.* Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 514. οὐκ εἰσὶν οὗτοι λόγοι ὑγιαινούσης μητρὸς πρὸς υἱὸν, *haec verba matrem sanam ad filium loqui non decet.* Inprimis ὑγιαίνοντες vocantur illi, *qui sobrie et continenter viuunt*, ita vt

ὑγι-

ὑγιαίνειν opponatur voluptatibus, intemperantiae, luxui, impudicitiae et idem sit quod σωφρονεῖν. Coniungit haec verba Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 360. *Coërcebimus illos*, τῷ σωφρονοῦντι μέρει τῆς πόλεως καὶ ὑγιαίνοντι, *per sobriam et sanam ciuitatis partem.* Praeterea vocem hoc sensu habent Iosephus *ant.* l. 3. c. 10. p. 95. τὸ περὶ τοὺς γάμους ὑγιαίνειν τοὺς ἄνδρας, *vt mariti in coniugio continenter viuerent.* Plutarchus *non suau. viui sec. Epicur.* p. 1097. de voluptatibus Epicureis loquens, addit: ταῦτα οὐδεὶς ἂν ὑγιαίνων εὐφροσύνας ἀληθεῖς ἢ χαρὰς ὀνομάσειεν, *haec nemo sanae mentis vera gaudia vocauerit.* Idem *educat. lib.* p. 5. ὑγιαίνοντα καὶ τεταγμένον βίον, *vitam sobriam et compositam*, voluptatibus, *de auditione* vero p. 43. ὑγιαίνοντα βίον, fastui, amoribus et nugis opponit. Apta huic loco est haec notio. Nam ὑγιαίνων hic vocatur, qui antea erat ζῶν ἀσώτως v. 13. et καταφαγὼν τὸν βίον μετὰ πορνῶν v. 30.

v. 29.

Καὶ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον.

Παρελθεῖν h. l. est, *omittere, negligere, transgredi*, quae notio quoque supra c. 11, 42. et nusquam alibi in libris N. T. occurrit. Sic Iosephus *ant.* l. 14. c. 8. p. 474. *quicquid perpeti necesse esset, id satius ducebant, apud ipsa altaria sustinere*, ἢ παρελθεῖν τι τῶν νομίμων, *quam aliquid patriis legibus praescriptum omittere.* Demosthenes adu. *Pantaenet.* p. 629. τοὺς κοινοὺς παρελθὼν νόμους, *communes negligens leges.* Euripides *tragoed. incert.* v. 78. *qui mihi bene volens*, φόβον παρελθὼν, τἀπὸ καρδίας ἐρεῖ, *quod dictat animus, neglecto metu dicat.* Leguntur haec quoque in Stobaei *serm.* 13. p. 143. Plutarchus *fort. Alexand.* or. 2. pag. 338. de continentia Alexandri erga mulieres persicas dicit: *Nullam vidit inuitam, quas vero vidit, eas magis, quam non visas*, παρῆλθε, *neglexit.*

CAP. XVI. v. 1.

Οὗτος διεβλήθη αὐτῷ, ὡς διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ.

Διαβάλλειν h. l. *accusare, deferre diffamare*, denotat, et de *accusatione vera* intelligendum est, quae nisi vera fuisset, purgare se domino rationes exposcenti potuisset oeconomus. Sic Herodianus l. 6. p. 255. de Maximino dicit, quod crudelitatem eius magis irritauerit, *συνωμοσία τις διαβληθεῖσα delata quaedam coniuratio.* Paulo post ibid. de Magno dicitur: *οὗτος διεβλήθη, συνάγειν κατ' αὐτοῦ χεῖρα, hic accusabatur, quod manum contra illum compararet.* Ibid. l. 2. sub init. de Commodo dicitur, *προδιαβεβλημένης τῆς ἀκορέστου καὶ ὑπερβαλλούσης ἐκείνου τροφῆς, quum iam antea ille ob immoderatas epulas male audiret.* Ibid. p. 72. Iulianum dicit fuisse, *τῶν ἐπὶ βίῳ μὴ σώφρονι διαβεβλημένων, vnum ex hominibus ob vitam parum sobriam infamatis.* Ibid. l. 7. p. 279. *βίος διαβεβλημένος, vita infamis.* Iosephus *ant.* l. 6. c. 11. p. 190. de Michale dicit, eam, amore Dauidis captam, hac in re *γενέσθαι φανερὰν καὶ διαβληθῆναι πρὸς τὸν πατέρα, apud patrem proditam et delatam fuisse.* Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 357. *διαβεβλῆσθαι διά τε τὴν πλεονεξίαν, male audire propter auaritiam.* Ibid. p. 302. *διαβολαὶ ψευδεῖς, accusationes falsae.*

Διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα, dissipans bona. Paulo aliter Diogenes Laërtius l. 7. c. 1. §. 62. dicit: *τὴν κτῆσιν διαῤῥίπτειν, opes dilapidare.*

v. 3.

Σκάπτειν οὐκ ἰσχύω, ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι.

Σκάπτειν est, *terram fodere*, quod in primis in hortis fiebat sementis faciendae caussa. Qui ad summam redacti erant inopiam, hoc labore, in fundis aliorum mercenarie suscepto, vitam tolerabant, haecque seruilis

erat

erat opera, quae durissima esse putabatur et ignominiosa. Apud Euripidem in *Oreste* v. 252. Orestes de vili quodam tugurio dicit: σκαφεὺς τις ἢ βουφορβὸς ἄξιος δόμων, *num fossor aliquis aut bubulcus hanc possidet domum?* Respondet vero Electra *virum pauperem* domus incolam esse. Auctore Achille Tatio l. 5. p. 323. Leucippe ærumnas quas perpessa erat recensens, dicit: *propter te veniui et catenis vincta sum*, καὶ δίκελλαν ἐβάστασα, καὶ ἔσκαψα γῆν, *et ligonem gestaui et terram fodi.* Ibid. l. 8. p. 471. eadem recensens Clitophon dicit: πέπραται, δεδούλευκεν, γῆν ἔσκαψεν. Diogenes Laërtius l. 7. c. 5. §. 2. Cleanthem, qui aqua haurienda victum quaerebat, de huius rei caussa interrogatum respondisse dicit; Ἀντλῶ γὰρ μόνον; τί δ' οὐχὶ σκάπτω; *num solum haurio? Cur non etiam fodio et rigo et omnia facio philosophiae caussa?* Lucianus in *Timone* p. 78. Mercurium fingit de Timone dicentem, quod is ob paupertatem et famem, σκάπτει πλησίον ὀρεινὸν καὶ ὑπόλιθον γήδιον, *proxime montanum et petricosum foderit solum.* Item Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 402. Nec valde repugno, si σκάπτειν h. l. synecdochice de *quauis agri cultura* accipias, quae mens est Cel. Elsneri. Sic enim Philemon apud Stobaeum *serm.* 53. p. 365. rusticum opponit, philosophis de summo bono altercantibus dicentem: ἐν ἀγρῷ διατρίβων τήν τε γῆν σκάπτων ἐγὼ, *Rusticus ego et terram fodiens, nunc bona quae sint pacis inueni.*

v. 6.

Ἑκατὸν βάτους ἐλαίου. Καὶ εἶπεν αὐτῷ δέξαι σου τὸ γράμμα.

Vt per vocem *βάτος* mensura liquidorum satis nota apud hebraeos, intelligatur, maior vtique postulat probabilitas. Dicerem alioqui *βάτον* in genere notare *ampullam.* Sic sane Arrianus *Dissert. Epict.* l. 1. c. 2. p. 89. οὐχὶ παρὰ τῷ βάτῳ ἀλειφόμενος, *non ad ampullam vngi solitus,* vertente Hier. Wolfio.

Γράμμα recte h. l. vertunt, *chirographum*, *tabulas*, *cautionem*. Sic narrante Iosepho *ant.* l. 18. c. 8. p. 630. Marsyas a Proto postulat, αὐτῷ γοῦν παρασχεῖν ἐπὶ γράμματι καὶ πίστει τῇ αὐτοῦ, *vt pecuniam sibi mutuam daret*, *pro syngrapha et sub fide sua*. Idem de *vita sua* p. 1024. de illis, qui historiam mendaciis foedant, dicit: *Faciunt aliquid simile*, τοῖς περὶ συμβόλαιον πλαστὰ γράμματα συντιθεῖσι, *illis*, *qui fictas pactorum tabulas componunt*. Libanius *epist.* 115. p. 61. ter voce hac hoc sensu vtitur, e. g. *Vincunt apud nos pictores*, οἱ μιμηταὶ τῶν γραμμάτων, *ii qui chirographa imitantur*; *quibus ille vtens*, *ostendere nititur*, *mutuam dedisse patrem suum auunculo pecuniam*.

v. 9.

Ἵνα ὅταν ἐκλίπητε δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς.

Verbum ἐκλίπητε hic vertunt: *quum moriemini*. Ad notionem hanc voci vindicandam multa addere possem obseruatis aliorum. Sed alienior est, ab h. l. haec translatio. Respondet ἐκλείπειν *statui misero* et rerum omnium inopi, in quem munere exutus villicus deiiciebatur; hic vero nihil simile habet cum *morte piorum*. Imo vti in parabola *affluentia opum concreditarum*, qua amicos sibi quaerebat villicus, *miseriae* opponitur, in qua ope illorum indigebat; sic h. l. ὁ μαμμωνᾶς τῆς ἀδικίας opponitur τῷ ἐκλείπειν. Verto post alios: *quum defeceritis* et id tam de egestate per opum iacturam oborta, quam etiam de aliis quibuslibet *aduersitatibus* intelligo, quae vt *defectus* aliquis, s. *vitium* in vita humana spectari possunt, sicque verba ὅταν ἐκλίπητε eiusdem sensus esse puto, quam si dicas: ὅταν ἐκλείπει τι ὑμῖν. Frequens est Graecis in verbis passiuis et neutris, eiusmodi constructionis mutatio. E. g. 1 Cor. 9, 19. οἰκονομίαν πεπίστευμαι pro, πεπίστευταί μοι οἰκονομία. Sic in primis construuntur verba, *quae defectum* denotant, e. g. Matth. 19, 20. τί ἔτι ὑστερῶ, pro quo Marc. 10, 21. dicitur, ἕν σοι ὑστερεῖ.

ὑστερεῖ. Sic ἐκλείπειν dicitur ille, f. illud, cui aliquid ἐκλείπει. Athenaeus l. 4. c. 3. p. 131. ex Anaxandride τί γὰρ ἐκλείπει δόμος ἡμέτερος; *quid enim domui nostrae deest?* Strabo l. 3. p. 261. *Eorum fontium, qui sunt ad Herculis templum,* τὸ μὲν μικρότερον ὑδρευμένον συνεχῶς αὐθωρεὶ καὶ ἐκλείπειν, *minorem, cum continenter ex eo aqua hauriatur, ea ipsa hora deficere,* i. e. aquam illi deficere.

v. 14.

Καὶ ἐξεμυκτήριζον αὐτόν.

Ἐκμυκτηρίζειν est, *adunco naso suspendere, subsannare, salse irridere cum narium quodam gestu,* Psalm. 2, 4. ὁ κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. Profani et hoc verbo et simplici aliisue compositis rarissime vtuntur. Stobaeus *serm.* 13. p. 145. de Platone narrat, quod Dionysius tyrannus μυκτηρίζων, *illum adunco naso suspendens* dixerit, multa Platonem aduersus se in Academia dicenda habiturum esse. Ibid. *serm.* 14. p. 147. ex Nicolao poëta: σιωπῇ τοῦτον ὑπομυκτηρίσας, *hunc tacite subsannans.* Plutarchus *de sui laude* p. 547. haec habet verba Menandri comici, οἱ δὲ πάλιν ἐπεμυκτήρισαν, *illi vero denuo me sannis exceperunt,* vbi verbum hoc paulo ante per γελᾶν explicatur. In Psalterio Salomonis Ps. 4, 8. μυκτηρισμὸς et καταγέλως coniunguntur. Vide Elsnerum ad Gal. 6, 7.

v. 26.

Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται.

Verba ἐπὶ πᾶσι τούτοις vertere potes, *insuper, praeterea,* vel etiam, *quod praecipuum est, quod caput rei est.* Sensu priori dixit Demosthenes in *Neaeram* p. 530. postquam rempublicam multis praeclaris legibus firmatam esse laudasset: ἕτερος τίς ἐστιν ἐφ' ἅπασι τούτοις κυριώτατος νόμος κείμενος, *alia praeterea lex summae auctoritatis sancita est.* Isaeus *orat.* 8. p. 542. dicit: ἐπὶ τούτοις, *praeterea*

praeterea. Lucianus de *luctu* p. 437. ἐπὶ πᾶσι τούτοις, *praeter haec omnia.* Altera quoque notio verbis ab Abrahamo prolatis satis conuenit. Dixerat v. 25. non decere, vt vllum perciperet diues helluo cruciatuum alleuamentum, attamen etiamsi ipse aliqua, eius misericordia tangeretur, *id praecipuum esse*, quo Lazarus impediretur, magnus sc. iste hiatus. Phrasis hoc sensu occurrit Col. 3, 14. et in Polybii l. 10. c. 11. p. 815. quem locum descripsit Raphelius. Similiter Lucianus in *Nigrino* p. 39. multa commemorat, quae in Nigrino imitatione digna fuerint, et huius generis fuisse dicit, ἐφ' ἅπασι τούτοις τῆς διανοίας τὸ ἡρμοσμένον, *inprimis mentem bene compositam.* Apud Dionysium Hal. *ant.* l. 4. p. 272. Brutus dicit, reges romanos olim per senatus consulta, plebis suffragia cet. electos esse, ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις, *quod vero praecipuum est, postquam auspicia, litationes et alia bona signa accesserint.* Demosthenes adu. *Midiam* p. 403. de iniuria sibi illata dicit, quod per illam et chorus et tribus et leges violatae sint, ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις ὁ θεὸς *quod vero caput rei est, etiam Deus, cuius ego aedilis eram.*

Profani quoque ἐν τῷ ᾅδῃ sua habent χάσματα. 1) χάσμα *hiatus* illis est, vel *orcus* ipse vel numero plurali *profundae voragines* et cauernae, quas apud inferos fingunt. Plutarcho auctore de *superstitione* p. 167. in orco adsunt, δικασταὶ καὶ κολασταὶ καὶ χάσματα καὶ μυχοὶ κακῶν μυρίων γέμοντες, *iudices et carnifices et hiatus et penetralia malis infinitis plena*, quae tamen superstitiosis inprimis metum ait incutere. Tales μυχοὺς ᾅδου, credebant quoque Iudaei. Auctor lib. Sapient. c. 17, 14. tenebras aegyptias vocat, νύκτα ἐξ ἀδυνάτου ᾅδου μυχῶν ἐπελθοῦσαν, *noctem ex insuperalibilis orci latebris prodeuntem.*

2) χάσμα profanis est, *hiatus* s. *specus*, per quem ad inferos descenditur, qui etiam στόμιον, *os orci* vocatur. Sic Lucianus *dial. Menippi et Cerb.* p. 274. Cerberum fingit narrantem, Socratem ad inferos descensurum multum constantiae τοῖς ἔξω τοῦ στομίου ἑστῶσιν, *iis qui extra specum*

cum stabant, probare voluisse, ἐπεὶ δὲ κατέκυψεν εἴσω τῶ χάσματος καὶ εἶδε τὸν ζόφον, *postquam vero in hiatum despexerit et caliginem viderit*, multum eiulasse, et pede correptum a semet detractum esse. Fingebant profani ᾅδην s. τάρταρον imum eius fundum esse profundissimum sub terra locum, quem Homerus *Iliad.* 9. v. 13. 14. vocat, τάρταρον ἠερόεντα, τῆλε μαλ' ἧχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον, *Tartarum obscurum, procul valde, vbi profundissimum sub terra est barathrum.* Frequenter igitur sicubi profundae erant cauernae, inprimis tetros et pestiferos halitus emittentes, has χάσματα Πλέτωνος, *hiatus Plutonis* vocabant, per illos ad inferos patere viam putantes. Tale χάσμα apud Arianos fuisse narrat Aelianus *hist. anim.* l. 16. c. 16. in cuius fundo occultas cauernas et recessus immensos fuisse dicit, in quod ad placandos inferos multa animalia deiecta esse fusius narrat. Tale erat Plutonium apud Hierapolim, quod Strabo describit l. 13. p. 933. et Charonium spelunca in Caria, ibid. l. 14. p. 943. Pausanias *Corinth.* l. 2. p. 153. apud Hermionen locum quendam esse dicit Clymeno s. Plutoni sacrum, in quo γῆς adsit χάσμα, *hiatus terrae* per quem Hercules ἀνῆγε τῶ ᾅδε τὸν Κύνα, *Cerberum ex orco extraxerit.* Pro tali ad inferos descensu habebantur quoque stagna profundiora, quale idem ib. p. 156. memorat stagnum Alcyonium, per quod Bacchum ad inferos descendisse traditum sit. Quum praeterea quoque libri sacri *locum damnatorum* saepius vt *profundum* repraesentent, e. g. שאול התחית Ps. 86, 13. item Ies. 57, 9. Matth. 11, 23. et Iob. 11, 8. vbi *altitudo coeli et profunditas orci* sibi opponuntur, Iudaei etiam *hiatum* quendam, per quem iter sit ad inferos dari asserant, quem נקבא דתהומא appellant, de quo vide Eisenmengerum T. 2. c. 6. p. 336. verba Lucae χάσμα μέγα ἐστήρικται, proximo sensu id sibi velle puto, *perquam longinquum et periculosum esse iter*, *quo a superis ad inferos deueniatur*, et maximo hos a se inuicem distare interuallo, quod propterea firmatum sit, vt nullum beatos inter et damnatos intercedat commercium. *Firmatum*

tum esse χάσμα dicitur, vt immutabile illud fore indicetur. Callimachus in *Delum* v. 13. de hac insula dicit: Πόντῳ ἐνεστήρικται, *in mari stabilita est.*

CAP. XVII. v. 20.

Οὐκ ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ μετὰ παρατηρήσεως.

Vocem παρατήρησις hic non recte puto intellexisse interpretes et religioni duco, notionem illi tribuere, quae vsu scriptorum non possit confirmari. Verbum παρατηρεῖν notat, *attente et solicite aliquid obseruare, speculari* vti Act. 9, 24. Gal. 4, 10. Inde deriuatur παρατήρησις, *solicita et attenta obseruatio.* Plutarchus *quaest. Rom.* p. 266. maritos ait propterea peregre domum redeuntes, missis nunciis vxoribus reditum nunciare, quoniam reditus subitus et improuisus οἷον ἐνέδρᾳ καὶ παρατηρήσει, *insidiis et speculationi* s. *solicitae obseruationi similis sit.* Antoninus de *reb. suis* l. 3. §. 4. hominem asserit aliorum actionibus nimium intentum, ἀποῤῥέμβεσθαι τῆς τοῦ ἰδίου ἡγεμονικοῦ παρατηρήσεως, *auerti ab attenta propriae mentis custodia.* Dionysius Longinus περὶ ὕψους c. 23. p. 145. ἀλλ᾽ ἐκεῖνα μᾶλλον παρατηρήσεως ἄξια, *sed ad illa potius solicite attendendum est.* Verba igitur Christi ita verto: *non venit regnum Dei cum attenta obseruatione.* Id est: regnum gratiae meo aduentu inchoatum non venit, ita vt illud velut rem obscuram et oculos hominum effugientem valdequam solicite speculari et attentius vel longius quaerere necesse sit. Confirmat hanc explicationem v. 21. vbi docetur: *non dicendum fore Iudaeis, vt in has vel illas regiones ad regnum Dei conspiciendum proficiscantur quum illud iam in medio eorum, adeoque omnibus in propatulo sit.* Quae enim ἐν τῷ μέσῳ *in medio* posita sunt, omnibus sunt conspicua, nec speculatione et anxia obseruatione indigent. Conf. Deut. 30, v. 11-14. Rom. 10, v. 6-8.

CAP. XVIII. v. 1.

Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν αὐτοῖς, πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν.

Verba: πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, verte: *de eo, quod semper orandum sit*. Vocula πρὸς cum verbis loquendi iuncta saepe notat, *de* et *obiectum* sermonis *reale* indicat. Sic nonnulli vertunt infra c. 19, 9. Hippocrates de *decenti habitu* sect. 1. p. 24. inanes vocat scientias, αἱ μηδὲν χρέος τῶν πρὸς ἃ διαλέγονται, *quae de nulla re vtili quaestiones agitant*. Plutarchus *de ei ap. Delph.* p. 394. πρὸς ὃν δὲ Πίνδαρος εἴρηκεν, *de illo vero* (Plutone sc.) *Pindarus dixit*. Idem in *apophth.* p. 192. Epaminondam refert, oracula minus fausta ad sinistram locasse, et haec ad milites praelium formidantes pertinere, dixisse, πρὸς τοὺς χείρονας εἰπών, *ita vt de deterioribus* (oraculis sc.) *loqueretur*. Sic et hebraei ל et אל vsurpant Gen. 20, 2. 13.

Πάντοτε, *semper, indefinenter*, non opponitur h. l. *interuallis*, quibus preces per alia negotia saepe interrumpendas esse res ipsa docet, sed τῷ ἐκκακεῖν. Quum haec vox in LXX. interpr. nusquam, apud profanos rarissime occurrat, et propterea a Thoma Magistro vt minus elegans, ab Oleario vero de *stylo N. T.* vt hebraismum sapiens accusata sit: exempla adferam. Achilles Tatius l. 1. p. 33. πάντοτε Λευκίππην φαντάζομαι. Dionysius Hal. *ant.* l. 11. p. 696. καιρὸν δὲ ἔχει πάντοτε λέγεσθαι τὰ καλά. Diogenes Laërt. l. 4. c. 3. §. 4. ἐπὶ ταυτοῦ σχήματος μορφῆς πάντοτε μένειν. Iosephus *bell. Iud.* l. 7. c. 2. p. 943. ἐθεραύοντο πάντοτε τὰς ἐλπίδας. Occurrit quoque vox apud Stobaeum *serm.* 3. p. 38. 39 bis in verbis Sotadis, et p. 46. in *apophth.* Biantis. Et in *testamento patriarch.* p. 624. et 671.

Ἐκκακεῖν est, *a malo vinci, segnescere, animum despondere*. Polybius voce περικακεῖν hoc sensu vtitur, l. 2. c. 30. p. 164. περικακοῦντες δὲ καὶ δυσχερεστέμενοι τοῖς παροῦσιν,

παρὲσιν, *desperantes et in angustias redacti praesentibus malis*, quae phrasis paulo ante per hanc explicatur: πολλὴν ἀπορίαν καὶ δυσχρηστίαν παρεῖχε τὸ γινόμενον. Ibid. l. 15. c. 27. p. 996. ἡ δὲ Οἰνάνθη περικακῦσα, *Oinanthe vero animum despondens.* Paulo post: ὁρῶσαι τὴν δυσθυμίαν καὶ περικάκησιν αὐτῆς, *tristitiam et desperationem eius videntes.*

V. 4.

Καὶ ὀκ ἠθέλησεν ἐπὶ χρόνον· μετὰ δὲ ταῦτα εἶπεν ἐν ἑαυτῷ.

Verba ἐπὶ χρόνον, melius vertuntur: *ad multum tempus* f. *diu*, quam: *per aliquod tempus*. Praeterquam enim quod hoc magis huic loco conueniat, frequentius quoque est, vt χρόνος, *multum tempus* denotet, voce πολὺς subaudita. Euripides *Phoeniss.* v. 311. τέκνον χρόνῳ σὸν ὄμμα μυρίοις τ' ἐν ἁμέραις προσεῖδον, *o fili! post longum interuallum et post millenos dies adspicio oculum tuum.* Ibid. v. 302. ἔβας ὦ χρόνῳ γᾶν πατρῴαν, *venisti post longum tempus in terram patriam.* Vide ibid. v. 1050. et in *Hercule fur.* v. 777.

Εἰ καὶ θεὸν ὀ φοβῦμαι. Impia verba! Pharaone digna et Cyclope. Exod. 5, 2. Pharao dicit: τίς ἐστι θεὸς, ὃ εἰσακέσομαι τῆς φωνῆς αὐτῦ; Apud Euripidem in *Cyclope* v. 319. haec Cyclops euomit: Ζηνὸς δ' ἐγὼ κεραυνὸν ὀ φρίσσω, ξένε, Οὐδ' οἶδ' ὅτι Ζεὺς ἔστ' ἐμῦ κρείσσων θεὸς, Οὔ μοι μέλει τὸ λοιπὸν, *Iouis ego fulmen non metuo hospes, nec scio quod Iupiter sit me potentior Deus, neque in posterum illum curabo.* In Lysiae *or.* 33. p. 538. patrem hortatur filia: Καὶ εἰ μηδένα ἀνθρώπων ᾔσχύνυ, τὺς θεὺς ἐχρῆν σε δεδιέναι, *etsi nullum hominum verearis, Deos tamen te timere oportebat.* Vid. ib. p. 540.

V. 5.

Ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με.

Verto: *ne veniens indesinenter me excruciet.* Verba εἰς τέλος, vertenda sunt, *semper, perpetuo, indesinenter,* idem

idem enim ſignificant quod πάντοτε v. 1. Quemadmodum enim in precibus illud: πάντοτε Deum mouet vt preces exaudiat: ita h. l. iudex iniquus per hoc: εἰς τέλος impellitur, vt viduae opem ferat. Exſulat tamen *hebraiſmus*. Theocritus *idyll.* 25. v. 120. καὶ ῥά οἱ αὐτὸς ὄφελλε διαμπερέως βοτὰ πάντα, ἐς τέλος· οὐ μὲν γάρ τις ἐπήλυθε νοῦσος ἐκείνοις, *et quidem ipſe illi augebat armenta omnino omnia indeſinenter, nam nullus morbus illa inuadebat.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 8. p. 494. οὐ μὴν εἰς τέλος γε ἀντεῖχον ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς ἀγωνιζόμενοι, *non tamen perpetuò reſiſtebant, quum pauci cum multis pugnarent.* Εἰς τέλος ſiue cum verbo ἐρχομένη ſiue cum ὑπωπιάζειν conſtruas perinde eſt.

Ὑπωπιάζειν ſemet dicuntur pugiles, qui pugnis ſibi ictus iterum iterumque repetitos in vultu inprimis infra oculos infligunt, ſeque ita *vexant* et *excruciant.* Hinc translate vox notat: *adfligere, excruciare indeſinenter vexare. Latiniſmum* hic non video. Ariſtophanes *in pace* p. 660. πρὸς ἀλλήλας λαλοῦσιν αἱ πόλεις, διαλλαγεῖσαι καὶ γελῶσιν ἄσμεναι, καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμέναι ἁπαξάπασαι καὶ κυάθοις προσκείμεναι, *colloquuntur inuicem vrbes reconciliatae et rident hilares, quamuis omnes miſere ſint excruciatae et ad cotylas ſedeant.* Hic vrbes, quae multis belli malis vexatae et defatigatae, pacem quaerebant, ὑπωπιασμέναι vocantur. Scholiaſtes explicat: σφοδρῶς πληγεῖσαι ὑπὸ τοῦ πολέμου.

v. 13.

Οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι.

Oculos in terram defigere et caput ſubmittere geſtus erat 1) *triſtitiam* indicans, vnde triſtis κατηφὴς dicitur. Ioſephus *ant.* l. 16. c. 8. p. 558. κλαίουσι μὲν ὅμως, καὶ σὺν κατυφείᾳ πρὸς τὴν γῆν νενευκόσιν, *quum etiam flerent, et prae moerore oculos ad terram demitterent.* Demoſthenes de *corona* in fine, πεφρικὼς ἀκούω καὶ στένων καὶ κύπτων εἰς τὴν γῆν, *horrens id audio et gemens*

et demisso capite. Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 516. de Veturia Marcii matre dicit: *πρῶτον μὲν ἔκλαιεν εἰς τὴν γῆν ὁρῶσα.* Xenophon *Cyrop.* l. 5. sub init. Abradatis vxorem captiuam inducit *κεκαλυμμένην τε καὶ εἰς γῆν ὁρῶσαν.* 2) Hic erat gestus hominum, qui malefactorum conscientia, pudore et poenitentia tangebantur. Tacitus *annal.* l. 1. c. 34. de legionum tumultuantium erga Germanicum venientem habitu dicit: *obuias extra castra habuit, deiectis in terram oculis, velut poenitentia.* Idem *hist.* l. 4. c. 72. de legionibus, quae ad Ciuilem transgressae erant: *Stabant conscientia flagitii moestae fixis in terram oculis.* Hinc pro signo impudentiae habebatur, si quis commisso scelere alios vel adspicere auderet. Demosthenes cont. *Dionysod.* p. 741. *καὶ ταῦτα διαπεπραγμένος οὐδὲν ἧττον τολμᾷ βλέπειν εἰς τὰ ὑμέτερα πρόσωπα.* 3) Iudaei id supplici mentis erga Deum submissioni dandum putabant, vt orantes *caput submitterent.* Mischna in *Berachoth* c. 5. sub init. אין עומדין להתפלל אלא מתוך כובד ראש *non stant precantes, nisi sub grauitate capitis* i. e. vt explicant, vultu in terram deiecto. Id tamen in primis eorum erat, qui remissionem peccatorum efflagitabant. Sic Esras teste Iosepho *ant.* l. 11. c. 5. p. 369. *τὰς χεῖρας ἀνατείνας εἰς τὸν οὐρανὸν αἰσχύνεσθαι μὲν ἔλεγεν εἰς αὐτὸν ἀναβλέψαι, διὰ τὰ ἡμαρτημένα τῷ λαῷ, sublatis ad coelum manibus, prae pudore se dicebat, haud posse oculos ad coelum attollere, propter peccata populi*, quae desumta sunt ex Esr. 9, 6.

CAP. XIX. v. 21.

Ἐφοβούμην γάρ σε, ὅτι ἄνθρωπος αὐστηρὸς εἶ. αἴρεις ὃ οὐκ ἔθηκας.

Vox *αὐστηρὸς*, hominem *austerum* et *seuerum* notat, metaphora a saporibus desumta, *αὐστηρὸς* enim proprie *acerbus* est, e. g. Dioscorides l. 5. c. 6. de vino dicit, *ὁ δὲ αὐστηρὸς οὐρητικώτερος, austerius vrinam magis pellit,* quemadmodum etiam *πικρὸς* ad homines transfertur, vnde

πικρεί-

πικραίνεσθαι Col. 3, 19. τὸ αὐστηρὸν, *austeritatem* in homine τῇ εὐτραπελίᾳ, *vrbanitati* opponit Hippocrates de *decenti habitu* sect. 1. p. 25. dicens: *Medicum* τινὰ εὐτραπελίην, *vrbanitatem quandam in se habere conuenit*, τὸ γὰρ αὐστηρὸν, *austeritas enim et apud sanos et aegrotos difficilem praebet accessum.* Plutarchus *austeritatem* auaris tribuit, de *cupid. diuit.* p. 526. de illis haereditatem parentum adeuntibus dicens: ἕτερον βίου σχῆμα αὐτοῖς ἐστι, καὶ πρόσωπον ἀγέλαστον, αὐστηρὸν ἀνέντευκτον, *alium vitae genus ineunt, et vultum habent a risu abstinentem, austerum et non affabilem.*

Αἴρεις ὃ οὐκ ἔθηκας, quamuis hic vt prouerbialiter dictum, de qualibet iniusta ablatione rei alienae accipi possit, proprie tamen valet de eo, qui res ab aliis amissas, si inuenerit, sibi vindicat. Patet hoc ex loco Aeliani V. H. l. 4. c. 1. Βίβλιος ἀνὴρ ἐν ὁδῷ περιτυχὼν, οὐδὲν ὧν μὴ κατέθετο ἀναιρεῖται, *vir Biblius, si in via in aliquid inciderit, nihil tollit, quod non deposuit*, quem locum vt et illum ibid. l. 3. c. 46. iam notarunt alii. Solon auctore Diogene Laërtio l. 1. c. 2. §. 9. apud Athenienses legem sanxit: ἃ μὴ ἔθου μὴ ἀνέλῃ, εἰ δὲ μὴ, θάνατος ἡ ζημία, *quae non posuisti, ne tollas, si quis secus facit, capitale esto.* Apud Iudaeos eadem et lex et phrasis legem hanc exprimens obtinebat. Iosephus cont. *Apion.* l. 2. p. 1075. inter leges Iudaicas etiam hanc recenset: ὃ μὴ κατέθηκέ τις οὐκ ἀναιρήσεται· τῶν ἀλλοτρίων οὐχ ἅψεται, *quae non deposuit aliquis, ne tollat, et aliena ne attingat.* Ibid. paulo post: κἂν ὑφέληταί τις ἀλλότριον, κἂν ὃ μὴ κατέθηκεν ἀνέληται, πάντων εἰσὶ κολάσεις, οὐχ οἷαι παρ᾽ ἑτέροις ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ μεῖζον. His igitur verbis expressit legem diuinam Leuit. 6, 3. Deut. 22, 1-3. quam idem Iosephus habet *ant.* l. 4. c. 8. p. 127. Vide notas Kuhnii ad Aeliani V. H. l. 4. c. 1. vbi locum Philonis adducit, quo lex haec iisdem verbis recensetur, et Clericum ad Leuit. 6, 3.

v. 23.

Διὰ τί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τράπεζαν.

Verte: *Quare non locasti pecuniam meam mensariis.* **Διδόναι** h. l. est: *locare*, *mutuum dare pro foenore.* Vorstius *Philol. f.* P. I. c. 5. p. 134. *noue* hoc verbum hoc sensu hic dicit vsurpari, praeter rem. Sic Demosthenes adu. *Lacritum* p. 598. *nisi mihi syngrapha succurrisset testataque esset*, *ὅτι εἰς τὸν Πόντον ἔδωκα τὰ χρήματα*, *quod ad iter in Pontum mutuas dederim pecunias*, vbi pro *δοῦναι* paulo post ponitur *δανείζειν*. Ibid. p. 599. *Cum Phaselita nauclerus in Ponto a Chio quodam homine pecuniam mutuaretur*, *οὐ φάσκοντος δὲ τοῦ χίου δώσειν*, *Chius vero se illam mutuam daturum negaret.*

Τράπεζα primo sensu notat *mensam*, s. *abacum* mensarii, ad quem sedens numos numerat et computat, translate vero *mensa* saepe pro ipso *mensario* siue etiam pro *negotio et quaestu mensarii* ponitur. Sic Demosthenes adu. *Apatur.* p. 580. *τῆς τραπέζης ἀνασκευασθείσης* *mensa euersa*, i. e. quum mensarius foro cederet, et negotium hoc desereret. Isocrates in *Trapezit.* p. 542. *τοὺς ὁρῶντάς με τῇ τούτου τραπέζῃ χρώμενον*, *eos qui me mensa illius vti videbant*, i. e. quod apud illum vt mensarium pecuniam deposuerim. Paulo post: *ταῦτ᾽ ἐπὶ τῇ τούτου τραπέζῃ ἔκειτό μοι*, *haec in mensa illius deposueram.* Ibid. p. 543. *ὡς ἔχοιμεν ἓξ τάλαντα ἀπὸ τῆς τούτου τραπέζης*, *quod a mensa eius sex talenta mutua haberemus.* Demosthenes adu. *Apatur.* p. 580. *ἀποδοθεισῶν τῶν τριάκοντα μνῶν ἐπὶ τὴν τράπεζαν*, *trecentis minis redditis ad mensam*, i. e. mensario. Idem in *Olympiod.* p. 692. *ἀργύριον εἴ τι κατέλιπεν ὁ Κόνων φανερὸν ἐπὶ τῇ τραπέζῃ τοῦ Ἡρακλείδου*, *si quid pecuniae manifestae Conon in mensa Heraclidae reliquerat*, i. e. apud Heracliden mensarium. Idem in *Timotheum* p. 698. *λαβὼν ἀργύριον ἀπὸ τῆς τραπέζης*, *accipiens pecuniam a mensa.* Sic ergo in parabola Christus h. l. dicit: *pecuniam dari debuisse in mensam*, i. e. mutuam illam dari

debuisse

debuisse mensario ad quaestum suum inde faciendum, ita vt pecunia illa veluti depositum aliquod cum foenore repeti potuisset.

v. 28.

Καὶ εἰπὼν ταῦτα ἐπορεύετο ἔμπροσθεν.

Verba: ἐπορεύετο ἔμπροσθεν, Beza, Grotius aliique per *anteibat*, *antegressus est* explicant, vt sensus sit, Christum alacriter ad mortem pergentem timentibus discipulis praeiuisse, vel ducis in morem ante turbam progressum esse. Probant assertum hoc ex Marc. 10, 32. vbi dicitur προάγων αὐτούς. At locus iste cum nostro non est parallelus, cum ibi de Christo nondum Hierichuntem ingresso sermo sit. Sed parallela sunt verbis nostris haec Matth. 20, 29. ἐκπορευομένων αὐτῶν ἀπὸ Ἱεριχὼ et eadem fere Marc. 10, 46. Neque etiam verbis ἐπορεύετο ἔμπροσθεν talis interpretatio satis conuenit. Nam 1) ita plane tacuisset Lucas id, quod Christus *Hierichunte exierit*. Quid quaeso esset, si pro eo: *Christum Hierichuntem, vbi fuerat ante, reliquisse*, hic diceretur: *et ipse anteibat illos*. 2) Obstat quod voci ἔμπροσθεν casus desit, qui ne ex antecedentibus quidem suppleri potest. Verto igitur: *Vlterius progrediebatur, iter suum continuabat*. Sic Xenophon *Cyrop.* l. 4. p. 65. *Vos o Hyrcanii proximos hostibus vosmetipsos facientes* προπορεύεσθε ἔμπροσθεν, *ante nos vlterius procedite*. Alioqui plerumque εἰς τὸ πρόσθεν siue εἰς τὸ ἔμπροσθεν dicere solent. Idem *exped. Cyri* l. 2. sub init. προϊέναι εἰς τὸ πρόσθεν, *vlterius progredi*. Iosephus l. 19. c. 1. p. 660. εἰς τὸ πρόσθεν ἵετο φυγῇ, *fuga se proripiebat*. Diodorus Siculus l. 19. c. 26. p. 300. ἐκώλυσε μὲν τοὺς πολεμίους προάγειν εἰς τοὔμπροσθεν, *hostes vlterius progredi prohibebat*. Polybius l. 9. c. 17. p. 774. ἀναγκαζόμενος εἰς τοὔμπροσθεν προάγειν. Idem l. 3. c. 19. p. 239. ἀσφαλῶς ποιήσεσθαι τὴν εἰς τοὔμπροσθεν πορείαν, *tuto se vlterius perrecturos esse*. Ibid. l. 5. c. 72. p. 579. Plutar-

chus de *profect. virt.* p. 76. *progressum planetarum vocat,* τὴν εἰς τὔμπροσθεν αὐτῶν πορείαν.

V. 42.

Ὅτι εἰ ἔγνως καὶ σὺ, καί γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ τὰ πρὸς εἰρήνην σου.

Vocula εἰ per *vtinam* vertenda est. Agit de hac notione Plutarchus *de* εἰ *apud Delphos* p. 386. οὐχ ἧττον οἴονται τῆς πευστικῆς τὴν εὐκτικὴν τὸ γράμμα περιέχειν δύναμιν. εἰ γὰρ ὄφελον φησὶν ἕκαστος τῶν εὐχομένων. καὶ Ἀρχίλοχος, εἰ γὰρ ὡς ἐμοὶ γένοιτο χεῖρα Νεοβούλης θίγειν, καὶ τοῦ εἴθε τὴν δευτέραν συλλαβὴν παρέλκεσθαί φησιν, *putant vocem hanc non minus optandi, quam interrogandi significationem habere; optantes enim dicimus, vtinam mihi contingeret, et Archilochus:* vtinam mihi manum liceret Neobules tangere, *et putant in voce* εἴθε *secundam syllabam nihil significare.* Iosephus *ant.* l. 18. c. 8. p. 633. εἰ γὰρ ἀφίκοιτο ποτὲ ἡμέρα, *vtinam veniret tandem illa dies.* Euripides in *Oreste* v. 1209. εἰ γὰρ γένοιτο, Φωκέων δ' ἔλθοι πόλιν, *vtinam fiat id, et veniat ad vrbem Phocensem.* Idem etiam εἰ cum imperfecto construit vti Lucas, ibid. v. 1614. dicens: εἰ δὴ τόδ' ἦν, *vtinam hoc verum esset.*

In hoc die tuo, i. e. hoc tempore tibi perquam opportuno, καιρῷ τῆς ἐπισκοπῆς *tempore clementissimae visitationis* v. 44. et supra c. 7, 16. Hoc sensu apud Polybium l. 17. c. 18. p. 1055. Macedones velitibus Romanorum repulsis ad praelium hortabantur Philippum, his verbis: οὐ μένουσιν ἡμᾶς οἱ βάρβαροι, σὴ νῦν ἐστιν ἡμέρα, σὸς ὁ καιρὸς, *non sustinent nos barbari, tuus hic est dies, tua haec opportunitas.*

Τὰ πρὸς εἰρήνην σου, subaudi ὄντα, s. ἀνήκοντα. Phrasin ellipticam habes supra c. 14, 32. et in *testam. patriarcharum* p. 599. αἰτοῦσιν ἡμᾶς τὰ πρὸς εἰρήνην, *pacem a nobis petebant.* In verbis Christi vero per εἰρήνην h. l. *salus*, *incolumitas*, *beatitudo* intelligi debet, ad exemplum hebraeorum.

V. 43.

v. 43.

Ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι ἐπὶ σὲ, καὶ περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι.

Vocula καὶ h. l. per *quum* siue relatiue, *quibus* vertenda est. *Superuenient tibi dies, quum s. quibus te circumdabunt.* Sic et Matthaeus c. 26, 45. et Marcus c. 15, 25. loquitur, vbi loco priori Grotius *hebraismum* id esse dicit, quod καὶ vim habeat relatiui, posteriori vero Beza *hebraismum* fingit. Sed elegans est haec notio. Homerus *Odyss.* ε. v. 262. τέτρατον ἦμαρ ἔην καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα, *quartus dies erat, quum illi omnia absoluta essent.* Xenophon *exped. Cyri* l. 2. p. 188. *Erat iam circa tempus pleni fori*, καὶ ἔρχονται παρὰ βασιλέως καὶ Τισσαφέρνους κήρυκες, *quum a rege et Tissapherne legati venirent.* Lucianus *ver. hist.* l. 1. p. 711. οὔπω δὲ πολὺ παρῄειμεν, καὶ ἐφιστάμεθα ποταμῷ, *necdum longe abieramus, quum ad flumen veniremus.*

Χάραξ *vallum* significat, quo et castra et vrbes circumdari solebant, sicque *vallum* et *fossam*, quae vallo septa erat, et *castra ipsa* distinguere solent veteres. In *vita Homeri* a Galeo edita p. 388. dicitur: ἐν τῷ στρατοπεδεύεσθαι χάρακάς τε περιβάλλεσθαι καὶ τάφρους ἀποσκάπτειν, εἰς εὖρος καὶ βάθος, καὶ σκόλοψι κύκλῳ διαλαμβάνειν, *quod castra vallo circumdari, et fossae in latum et profundum duci, eaeque palis per circuitum sepiri solerent*, id iam tradi ab Homero, cuius locus ibid. fusius adducitur. Polybius l. 5. c. 20. p. 512. οὔτε γὰρ τάφρον οὔτε χάρακα τῇ παρεμβολῇ περιέβαλον, *castra neque fossa, neque vallo circumdederunt.* Ibid. c. 3. p. 491. phrasi paulisper mutata: τὰς ναῦς συνορμίσας τάφρῳ καὶ χάρακι περιέβαλε, *naues in siccum subductas fossa et vallo sepsit.* Hinc ortum verbum περιχαρακόω. Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 172. περιχαρακώσας αὐτῶν τὴν πόλιν ὁ Τύλλος καὶ περιταφρεύσας. Ibid. p. 181. Οὐελίτροις προσκαθεζόμενος, ἀπετάφρευε καὶ περιεχαράκου, *Velitras obsessas fossa et vallo cingebat.* At saepe quo-

que χάραξ synecdochice ponitur pro *castris*. Ibid. p. 150. ἐπὶ τὰς ἰδίας ἀπῄεσαν ἑκάτεροι χάρακας, *in sua quisque castra abierunt*. Ibid. p. 175. χρήματα ὅσα ἦν ἐν τῷ χάρακι, *opes, quae in castris erant*. Iosephus in *vita sua* p. 1015. βαλλομένου δ' ἐκείνου χάρακα πρὸ τῆς Πτολεμαέων πόλεως, τίθεμαι κἀγὼ στρατόπεδον, *quum ille ante Ptolemaensium vrbem castra posuisset, etiam ego castra metatus sum.* Quum igitur in verbis Christi, nec *fossarum* aliorumue operum, nec *castrorum* fiat mentio, his tamen omnibus vrbem circumdatam fuisse satis constet Luc. 21, 20. vix dubitandum est, quin per χάρακα hic *vallum*, *fossa*, *castra* simul intelligantur.

CAP. XX. v. 13.

Πέμψω τὸν υἱόν μου τὸν ἀγαπητόν· ἴσως τοῦτον ἰδόντες ἐντραπήσονται.

Per filium ἀγαπητὸν *vnigenitus* intelligitur. Patet id 1) v. 14. erat enim talis, quo occiso, fratres non supererant, sed protinus hi nebulones in haereditatem involabant. 2) Quia Marc. 12, 6. idem conceptis verbis filius vnicus vocatur. Sic saepe profani. Docet hoc Iul. Pollux l. 3. c. 2. p. 149. et Plutarchus de *amic. multit.* p. 93. *Vehemens amor animo insitus, si dissipetur in multos euanescit, vnde fit, vt ea etiam animalia prolem suam magis ament, quae vnum tantum gignunt*, καὶ Ὅμηρος ἀγαπητὸν υἱὸν ὀνομάζει μόνον τηλύγετον, *et Homerus filium dilectum vocat vnicum in senectute genitum.* Apud Xenophontem *Cyrop.* l. 4. p. 77. cum Gobryas ante dixisset, occisum sibi esse a filio regis Assyrorum τὸν μόνον καὶ φίλον παῖδα, paulo post addit, sepeliuisse se, τὸν ἄριστον παῖδα καὶ ἀγαπητὸν, *filium suum optimum et vnicum.* Ibid. p. 78. idem Gobryas dicit: ἔστι δέ μοι καὶ θυγάτηρ παρθένος ἀγαπητὴ, *habeo quoque filiam virginem vnicam.* Alioqui saepe iungere solent auctores, μόνος καὶ ἀγαπητός. Plutarchus *Consol. ad Apoll.* p. 119. τὴν μόνην καὶ ἀγαπητὴν ἀπολέσαντα

θυγα-

θυγατέρα. Idem de *genio Socr.* p. 594. ὅτος ὦ ἄνδρες μοὶ μόνος ἐςὶ καὶ ἀγαπητός. Apud Homerum *Odyſſ.* β. v. 365. Telemachus vocatur, μῶνας ἐὼν ἀγαπητός. Philo de *vita Moſis* p. 604. de filia Pharaonis dicit: θυγάτηρ ἦν τῷ βασιλεῖ τῆς χώρας ἀγαπητὴ καὶ μόνη. Dionyſius Hal. *ant.* l. 8. p. 518. τὸν ἀγαπητὸν καὶ μόνον υἱὸν εἰς αἰσχρὰς καὶ ἀνοσίους πράξεις παρακαλεῖν.

Ἐντρέπεσθαί τινα, *reuereri aliquem* indicat, *reuerenter aliquem tractare, et ob reuerentiam illius quod poſtulatur facere.* Sic ibid. l. 8. p. 520. ὅδὲ τὸς πεμφθέντας ὑπὸ τῆς βουλῆς πρέσβεις - - φίλους καὶ ἀγαθὸς ἄνδρας ἐλθόντας ἐνετράπης, *neque etiam miſſos a ſenatu legatos - - viros amicos et bonos venientes reueritus es,* i. e. non ob reuerentiam eorum à bello deſtitiſti.

v. 20.

Καὶ παρατηρήσαντες ἀπέςειλαν ἐγκαθέτους ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι· ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου.

Verbum παρατηρεῖν h. l. eſt *accurate et inſidioſe obſeruare.* Sic apud Ioſephum *ant.* l. 2. c. 5. p. 54. Pharao iubebat, mulierum hebrearum, τοὺς τοκετοὺς παρατηρεῖν τὰς Αἰγυπτίων μαίας, *partus inſidioſe obſeruare obſtetrices Aegyptiorum.* Idem ibid. l. 16. c. 16. p. 574. et de *bello Iud.* l. 2. c. 34. p. 814. τῇ τρίτῃ δὲ νυκτὶ παρατηρήσαντες, οὓς μὲν ἀφυλάκτους, οὓς δὲ κοιμωμένους πάντας ἀπέσφαξαν, *tertia vero nocte inſidioſe ſpeculantes, alios incautos, alios vero dormientes omnes occiderunt.*

Ἐγκάθετοι, *inſidiatores, homines ab aliis ſubornati,* nomen non habent ab ἐγκάθησθαι, *inſidiari*, quod Grotio, qui per *ſubſeſſores* vertit, aliisque placuit, quippe quod forma vocis haud patitur, multo minus vox haec deſcendit a κατατίθημι quod miro errore aſſeruit Stockius in *Claue N. T.* p. m. 978. Orta eſt potius a καθίημι, et ἐγκαθίημι, *immitto, in inſidiis colloco, ad inſidias aliis faciendas ſuborno.* Hinc ἐγκάθετοι 1) ſunt *inſidia-*

insidiatores, 2) *emissarii homines vel ad insidias faciendas, vel ad aliud quodcunque negotium subornati.* Vox tamen neque *Hellenistica* est, quod putat Heinsius, nec *idiotica* siue *plebeia*, quod censet post Phrynichum Salmasius, quem vide apud Walaeum. Sic enim Demosthenes *epist.* 3. p. 116. τῦ δήμυ πρὸς τὺς ὑπὲρ αὐτῦ λέγοντας, ὑπ' ἀνθρώπων ἐγκαθέτων διαβληθέντος, *quum populo contra eos, qui illum defendebant, ab hominibus insidiatoribus suspicio iniecta esset.* Iosephus *bell. Iud.* l. 7. c. 30. p. 960. πολλοὶ δ' ἦσαν ἐγκάθετοι παρὰ τῶν τυράννων τότε πρὸς τὸν δῆμον προφῆται, προσμένειν τὴν ἀπὸ τῦ θεῦ βοήθειαν καταγγέλλοντες, *multi tunc aderant prophetae tyrannorum ad populum emissarii, denunciantes vt Dei exspectarent auxilium.* Idem ibid. l. 2. c. 4. p. 777. μετὰ τὴν Ἡρώδυ τελευτὴν ἐγκαθέτυς μὲν ὑποπέμψας τὺς περιθήσοντας αὐτῷ τὸ διάδημα, *post Herodis mortem subornatos quosdam emittens, vt coronam sibi imponerent.* In verbis Lucae igitur vertere vocabulum potes: *insidiatores*, vel *emissarios*, vel *insidiatores subornatos.*

In locutione: ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτῦ λόγυ, genitivus αὐτῦ transpositus est, et ἐπιλάβωνται ad vocem λόγυ pertinet: *vt carperent*, s. *reprehenderent sermonem eius.* Sic Plutarchus de *tuenda sanit.* p. 122. σὺ δὲ τὺς λόγυς ἡμῖν δίελθε πάντας. εἰ δὲ βύλει, πρώτυς ἐκείνυς, ὧν ἔφης ὐ πάνυ μετὰ σπυδῆς εἰρημένων ἐπιλαμβάνεσθαι τὸν γλαῦκον, *tu vero omnes nobis enarra sermones, et si placet, primo loco illos, quos ais, cum non satis considerate essent dicti, a Glauco reprehensos fuisse.*

V. 27.

Οἱ ἀντηλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι.

Verte: *qui resurrectionem esse negabant.* Graeci enim post verbum ἀντιλέγειν et generatim post verba negandi, eleganter negationem repetere solent. Sic Thucydides l. 1. p. 18. *in orat. Atheniens.* ἐκεῖνοι δὲ ὐδ' ἂν

αὐτοὶ

αὐτοὶ ἀντέλεγον, ὡς ἐ χρεὼν τὸν ἥσσω τῷ κρατᾶντι ὑποχωρεῖν, *tum ne ipsi quidem negassent, quod inferiorem potentiori cedere necesse sit.* Idem l. 5. p. 133. Λακεδαιμόνιοι δὲ πρέσβεις πέμψαντες, ἀντέλεγον μὴ δικαίως σφῶν καταδεδικάσθαι, *Lacedaemonii vero missis legatis negabant, se iuste esse condemnatos.* Sophocles in *Antigone* p. 203. πῶς εἰδὼς ἀντιλογήσω, τήνδ' ἐκ εἶναι παῖδ' Ἀντιγόνην; *quomodo* sciens negauero, hanc esse filiam Antigonem? Plura notabo infra ad c. 22, 34.

v. 38.

Θεὸς δὲ ἐκ ἔςι νεκρῶν ἀλλὰ ζώντων· πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν.

Verba: αὐτῷ ζῶσιν, *viuunt illi* explico in hanc sententiam: *viuunt respectu eius, viuunt illo iudice*, ille non vt mortuos, sed vt viuentes illos considerat, quum in vitam illos et reuocare possit, et certo reuocaturus sit. Simillimus est locus libri *de Maccabaeis*, quem Iosepho tribuunt, c. 16. p. 1100. *His verbis mater septem liberorum quemlibet ex filiis adhortans, iis mori potius, quam Dei praecepta violare persuasit, quum praesertim scirent*, ὅτι οἱ διὰ τὸν θεὸν ἀποθνήσκοντες, ζῶσι τῷ θεῷ, ὥσπερ Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ πάντες οἱ πατριάρχαι, *quod propter Deum morientes Deo viuant, quemadmodum Abraham, Isaac et Iacob et omnes patriarchae.* Simili quoque sensu apud Euripidem *Iphig. in Taur.* v. 771. Iphigenia vocatur: ζῶσ' Ἰφιγένεια, τοῖς ἐκεῖ δ' ἐ ζῶσ' ἔτι, *viua Iphigenia, quae illis, qui isthic sunt*, i. e. Argiuis *non viuit amplius. Non viuere* hic Argiuis dicitur, quae respectu illorum et ex iudicio illorum non viuebat, quippe quam Dianae immolatam esse putabant. Iudaeis haec Christi phrasis eo minus esse poterat obscura, cum apud Iudaeos vulgare sit, mortuos חיים et sepulcreta בית חיים appellare, cuius hanc reddit rationem *liber Minhagim c.* vlt. dicens. Man sollt es billig בית החיים heißen; aber die *Zaddikim*, die drauf seyn, wann sie schon todt seyn, noch leben

leben sie; und die *Reschaim*, wenn sie schon leben, da seyn sie todt. Locum vide apud Geyerum de *luctu hebr.* c. 6. §. 10.

CAP. XXI. v. 5.

Ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται.

Perperam Salmasius putat, *ἀνάθημα* de illo tantum genere *donorum* Diis consecratorum dici, quae suspendi poterant, aut excelso et conspicuo loco statui, vt essent templis ornamento. Vox enim haec omnino quaelibet *munera* s. *dona* denotat, quae diis s. h. l. vero Deo dicabantur. Diogenes Laërtius l. 1. c. 7. §. 2. Periandrum vouisse dicit, *χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀναθεῖναι*, *statuam auream Deo dedicare.* Arrianus *Dissert. Epict.* p. 95. *Quis nostrum hac de caussa aram erexit, ἢ ναὸν, ἢ ἄγαλμα ἀνέθηκεν, aut templum siue statuam dedicauit?* Iason teste Artemidoro *bibl. deor.* l. 1. p. 56. *ἀνέθηκεν ναῦν Ποσειδῶνι, nauem Neptuno dedicauit.* Narrante Thucydide l. 1. p. 4, Polycrates Sami tyrannus, *ῥηνείαν ἑλὼν ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι τῷ δηλίῳ, insulam Rhenaeam occupatam Apollini Delio consecrauit*, quae idem l. 3. p. 85. repetit. Imo ne dicas, hoc de verbo tantum, non vero de deriuato *ἀνάθημα* valere, sic Pausanias *Eliac. pr.* s. l. 5. p. 327. in arce Atheniensium, *οἵ τε ἀνδριάντες καὶ ὁπόσα ἄλλα, τὰ πάντα ἐστὶν ὁμοίως ἀναθήματα*, *statuae, et alia quaelibet, omnia simili modo dona sunt.* Apud Euripidem in *Ione* v. 309. Ion, qui aedituus Apollinis Delphici erat, ad Creusam dicit: *τοῦ θεοῦ καλοῦμαι δοῦλος, εἰμί τ' ὦ γύναι*, *Dei vocor seruus, et sum o mulier*, ex quo haec deinde quaerit, *ἀνάθημα πόλεως ἤ τινος πραθεὶς ὕπο; num donarium vrbis es, aut ab aliquo venditus?* Imo ne id quidem verum esse puto, quod ab *ἀνατιθέναι suspendere* dicta sint *ἀναθήματα*, quod plurima ex illis *suspenderentur.* Illa enim notio an verbo *ἀνατιθέναι* competat, dubito, licet iam Doctiss. Guil. Budaeus sic statuerit, sequente aliorum turba. Deriuo vocem potius ab *ἀνατιθέναι imponere*, et respiciendum esse opinor ad morem vetu-

vetustissimum, quo *dona*, quae Diis dicabantur, genibus simulacrorum *imponi* solebant. Sic apud Homerum *Iliad.* ζ. v. 92. mater Hectoris iubetur, peplum pretiosissimum, vt munusculum aliquod: θεῖναι ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο, *Mineruae pulcricomae genibus imponere.* Hoc enim sic explicari debere docet Strabo l. 13. p. 897. Quippe non solum vetus Palladium, sed et multa alia Deorum simulacra olim sedentia effícta erant, quod partim ipse Strabo ibidem testatur et Casaubonus in notis probat, partim etiam ex phrasi Homero familiari apparet, qua ea, *quae in potestate Deorum sunt*, θεῶν ἐν γούνασι κεῖσθαι asserit, quae phrasis e. g. *Odyss.* α. v. 267. et alibi occurrit.

Quod ad rem attinet, ostendebant et praedicabant discipuli Christo structuram et ornamenta templi, quum ipse paulo ante Matth. 23,38. praedixisset, templum hoc desolatum iri. Inerat huic rei aliquid superstitionis Iudaicae. Sanctitatem inesse putabant Iudaei τῷ χρυσῷ τοῦ ναοῦ et τοῖς δώροις plane singularem Matth. 23,16.18. et ipsa templi sanctitate maiorem. Putabant igitur discipuli, praeter splendidam templi structuram, in primis tam magnifica, quibus id exornatum erat, tot gentium ἀναθήματα, impeditura esse, quo minus Deus vastationem illius permitteret. Similis est locus Iosephi *bell. Iud.* l. 6. c. 26. p. 931. vbi ipse ad Iudaeos, quos ad deditionem vrbis permouere nitebatur: *o ferrei* inquit, *homines, abiicite arma, pudeat vos patriae iam dirutae; conuertite oculos et adspicite eius quam proditis, pulcritudinem*, οἷον ἄστυ, οἷον ἱερὸν, ὅσων ἐθνῶν δῶρα, *qualis vrbs sit, quale templum et quot gentium dona?*

v. 9.

Ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκαταστασίας.

Vox significantissima ἀκαταστασίαι, non multum differt a τοῖς σεισμοῖς v. 11. et idem significat cum ταραχαῖς Marc. 13,8. Vertere potes: *perturbationes tumultuationes, tumultus.* Καθίστασθαι dicitur, quod in *statu* est

est tranquillo, *quieto et stabili*; huic opponitur τὸ ἀκατάστατον, *instabile*, *turbulentum* Iac. 1, 8. hinc ἀκαταστασία *statum instabilem et perturbatum* indicat. Duas habet notiones, quae in verbis Christi simul latent, notans 1) *perturbationem rerum*, eam sc. miseriam et statum turbulentum, qui ex seditionibus in primis et dissensionibus ciuilibus oritur, quum ciuibus in factiones diremtis, silent leges, et vi pleraque aguntur, quibus malis Iudaeos ante internecionem gentis misere esse vexatos nemo ignorat. Hoc sensu Iacobus c. 3, 16. ἀκαταστασίαν nasci dicit ex ἐριθείαις, et Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 358. quum Romae πολιτικὴ στάσις *seditio ciuilis*, et p. 359. ἔντος τείχους θόρυβος adesset, et quum *ibid.* συνετετάρακτο πᾶς ὁ πολιτικὸς κόσμος, *omnis ordo ciuilis conturbatus esset*: de hoc statu p. 365. dicit: ἐν τοιαύταις ἀκαταστασίαις τῆς πόλεως ὄσης, *quum in tam turbulento vrbs esset statu.* Isocrates in *amart.* p. 592. de illo statu, quum Athenis triginta tyranni grassarentur, dicit: ἀκαταστάτως ἐχόντων τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ δικῶν οὐκ οὐσῶν, *perturbato reipublicae statu et sublatis iudiciis.* 2) *Perturbationem* notat *animorum*, quae ex vita tam tumultuosa et inquieta et imminentium malorum maiorum metu, mentes Iudaeorum istis temporibus non poterat non inuadere. Tales ἀκαταστασίας intelligere videtur apostolus 2 Cor. 6, 5. et ita quoque Arrianus *Dissert. Epict.* l. 3. c. 19. p. 301. *si ergo eo et ipsi inclinauerimus, vt rebus male succedentibus, ipsi nos accusemus, ac meminerimus,* ὅτι οὐδὲν ἄλλο ταραχῆς, ἢ ἀκαταστασίας αἴτιόν ἐστιν, ἢ δόγμα, *quod nihil aliud nisi opinio, perturbationis aut iactationis animi caussa sit.*

v. 19.

Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν.

Assentior interpretibus, qui verba haec cum iis, Matth. 24, 13. et Marc. 13, 13. idem significare asserunt, et vocem κτήσασθε sensum futuri habere puto, non tantum ob futura in locis istis adhibita, sed et quia h. l. v. 17. 18. futura

futura antecedunt. Vtrum vero κτήσασθε f. κτήσεσθε legendum fit, in medio relinquo. Si κτήσασθε vera eft lectio, pofitus eft pro futuro imperatiuus, vti in λύσατε Ioh. 2, 19. et alibi. Verto: *per perfeuerantiam veftram conferuate*, f. *conferuabitis vitas veftras.* Non fubeft *hebraifmus.* Sic Lyfias *orat. funebr.* 31. p. 500. de Athenienfibus ad Marathonem pugnantibus dicit, putaffe illos: τὰς μὲν ψυχὰς ἀλλοτρίας διὰ τὸν θάνατον κεκτῆσθαι, τὴν δὲ τῶν κινδύνων μνήμην ἰδίαν καταλείψειν, *fe morte fua, vitas aliorum conferuaturos, propter pericula vero propriam fui memoriam relicturos effe.* Forte etiam fic intelligenda haec locutio apud Euripidem in *Danae* v. 121 feq. τάχ᾽ ἂν πρὸς ἀγκάλαισι καὶ στέρνοις ἐμοῖς, πηδῶν ἀθύροι καὶ φιλημάτων ὄχλῳ ψυχὴν ἐμὴν κτήσαιτο, *fortaffe etiam lacertis et pectori meo affiliens ludet, et ofculorum ftrepitu vitam mihi conferuabit; hae enim pater blanditiae mortalibus magnae funt illecebrae.* Alio fenfu ψυχὴν κτήσασθαι adhibet Lyfias ibid. p. 491.

v. 25.

Ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου.

Quum haec verba interpofita fint τῇ συνοχῇ ἐθνῶν et verbis v. 26. ἀποψυχόντων ἀνθρώπων, quae absque dubio mutationes non phyficas, fed morales in animis hominum fignificant, probabile fit, etiam per haec verba in medio pofita, fimile quid intelligendum effe. Verte: *fonante f. ftrepente mari et fluctu.* Vocula καὶ vocem anguftiorem annectit latiori, vti Marc. 16, 7. *dicite difcipulis eius et Petro.* Act. 1, 14. σὺν γυναιξὶ καὶ Μαρίᾳ. Sic h. l. ftrepitus tribuitur mari et inprimis fluctibus maris. Per *mare* ftilo prophetico *refpublicae* orbis terrarum, per *fluctus* vero horumque *ftrepitum*, ἀκαταστασίαι et turbulentae harum commotiones et tumultus intelliguntur. Dionyfius Hal. *ant.* l. 6. p. 358. easdem *perturbationes* quas p. 365. ἀκαταστασίας vocat, μεγάλους κλύδωνας, *magnos fluctus* appellat. Plutarchus *de fort. Rom.* p. 321. dicit, fi Numae temporibus Porfenna aliquis vel Marfus aliiue

aliiue bella aut seditiones cientes exstitissent, *οὐκ ἂν ἀντέσχον αἱ πρῶται τῆς πόλεως ἀρχαὶ πρὸς σάλον καὶ κλύδωνα τοσοῦτον*, *primos Romae magistratus tanto aestui et fluctui resistere non potuisse.* Idem de *garrulit.* p. 503. garrulo in coetum quendam se intrudente reliquos abire dicit, *ὥς τ' ἀνὰ ποντίαν ἄκραν Βορέου πνέοντος ὑφορώμενοι σάλον καὶ ναυτίαν*, *quasi Borea circa maritimum promontorium fremente, fluctus et nauseam praeuidentes.* Idem in *Arato* p. 1044. *ἐν σάλῳ μεγάλῳ καὶ χειμῶνι τῶν πραγμάτων φερομένων*, *republica in magnis vndis et tempestate fluctuante.* Idem in *Caesare* p. 724.

v. 26.

Ἀποψυχόντων ἀνθρώπων, ἀπὸ φόβου, καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ.

Ἀποψύχειν proprie est, *mori*, *animam efflare*, quo sensu Thucyd. l. 1. p. 30. Pausania in templo Mineruae fame enecto dicit: *μέλλοντος αὐτοῦ ἀποψύχειν*; improprie verba *exspirandi* notant 1) *animi pati deliquium*, *attonitum veluti extra se rapi.* Sic de Laërte ob gaudium propter aduentum Vlyssis attonito, Homerus *Odyss.* ω. v. 347. *εἷλεν ἀποψύχοντα πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς, Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἄμπνυτο καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη*, *cepit exanimatum pertolerans diuus Vlysses. At postquam respirauit et in mentem animus congregatus est.* Idem *Iliad.* χ. v. 467. de vxore Hectoris ob mortem huius terrore perculsa dicit: *ἤριπε δ' ἐξοπίσω, ἀπὸ δὲ ψυχὴν ἐκάπυσσε*, *decidit retrorsum et animam exspirauit*, quam v. 475. iterum respirasse et ad se rediisse testatur. Sic igitur magna emphasi per *ἀποψυχόντας* in h. l. *homines metu attonitos et animi deliquium passos*, intelligere possumus. At ne hoc quidem opus est; quum praesertim vel mortem vel animi deliquium adferre non tam soleat metus, quam terror potius repentinus. Vertere igitur potes: *exanimatis hominibus metu*, ita vt *vehementior* tantum *gradus metus* indicetur, quo sensu Cicero 3. *in Catil.* sub init. *Neque meam mentem non domum saepe reuocat exanimata vxor, abiecta metu filia.*

filia. Saepe Graeci *meticulosos* metu mortuos vocant. Plutarchus *consol. ad Apoll.* p. 107. si homines vitae praescirent terminum dicit: προεξετήκοντό τινες ταῖς λύπαις καὶ πρὶν ἀποθανεῖν ἐτεθνήκεσαν, *multi tristitia contabescerent, et ante mortem morerentur.* Arrianus *exped. Alex.* l. 7. p. 457. *Thessalos,* ὧν πάλαι ἐτεθνήκειτε, τῷ δέει, *quorum metu olim exanimati eratis, vestro imperio subiecit.* Lucianus *dial. Cupid. et Iou.* p. 122. *me si adspiciant,* τεθνᾶσιν ὑπὸ τοῦ δέους, *prae formidine moriuntur.* Idem in *Toxari* p. 106. ἐγὼ δὲ προετεθνήκειν ἤδη τῷ δέει. Philo *legat. ad Caium* p. 1037. τεθνεῶτα δέει ζωπυρήσας *metu exanimatum refouens, veluti in vitam iterum reuocasti.*

Προσδοκία vocabulum μέσον est, *exspectationem* et h. l. *metum* indicans. Iosephus *ant.* l. 5. c. 11. p. 166. de Eli sacerdote dicit: ἔτι βεβαιωτέραν εἶχε τὴν προσδοκίαν τῆς τῶν τέκνων ἀπωλείας, *iam certior ipsi erat metus perniciei filiorum.* Perinde vt Lucas φόβον et προσδοκίαν coniungit Thucydides l. 6. p. 161. *Quoniam vero illos Athenienses,* πρὸς τὸν πρῶτον φόβον καὶ προσδοκίαν, *post primum metum et exspectationem non statim adoriebantur.* Eo minus id mirum, quum et ἐλπίδα pro *metu* ponant, etiam prosae scriptores. Lucianus *Phalar.* 1. p. 843. ἐλπὶς τῆς κολάσεως. Iosephus *ant.* l. 19. c. 1. p. 662. πᾶσι τοῖς θεωροῖς ἐλπὶς ἦν ἀπολεῖσθαι.

v. 28.

Ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν.

Quum ἀνακύπτειν proprie significet, *caput erigere,* ii vero *erecto capite* incedere soleant, quorum animus spe firmiore sustentatur: vox h. l. notat: *vultu sublato, animum spe plenum ostendere.* Elegans hanc in rem locus est, Philonis in *Flaccum* p. 988. vbi Flacci in Andrum venientis gestus sic depingit: ἀπέβαινε πᾶς εἰς τοὔδαφος νεύων, ὥσπερ οἱ θλιβόμενοι πρὸ ἄχθους βαρυτάτου, τὸν αὐχένα ταῖς συμφοραῖς πιεζόμενος, οὐδ' ὅσον ἀνακύψαι σθένων, ἢ

τολμᾷν διὰ τὰς συναντῶντας, *exscendit demisso capite, veluti homines grauissimo pressi onere, ceruice per calamitates pressus, ita vt ne vultum quidem erigere valeret, aut propter obuios auderet.* Quoniam tamen sic idem fere esse videretur ἀνακύπτειν et ἐπαίρειν τὰς κεφαλὰς, malim, notione tamen hac non exclusa, vertere: *emergite*, f. *emergentes vos erigite.* Ἀνακύπτειν enim sensu proprio etiam ille dicitur, qui aquae immersus, iterum *emergens caput erigit.* Sic Lucianus in *Timone* p. 86. inhumanum esse dicit, hominem flumine abreptum, ὠθεῖν καὶ τοῦτον ἐπὶ κεφαλὴν βαπτίζοντα ὡς μηδ᾽ ἀνακύψαι δυνηθείη, *demerso capite propellere ne emergere possit.* In verbo igitur ἀνακύψατε respicere Christus videtur, ad τὴν θάλασσαν καὶ σάλον v. 25. huic immersi sunt pii in hoc mundo, hinc difficile est emergere. Hortatur igitur, vt quum se in nubibus venientem viderint, *emergentes se erigant*, i. e. seposito metu omnique mentis perturbatione animum capiant, nec de illis malorum fluctibus amplius cogitent. Sic profani. Appianus *bell. Hisp.* p. 448. ὡς τῆς πατρῴας εὐπραξίας ἐκ πόνων πολλῶν αὖθις ἀνακυπτέσης, *veluti patria felicitate ex tam multis malis iterum emergente.* Iosephus *bell. Iud.* l. 7. c. 42. p. 967. αὖθις δ᾽ ὀλίγον ἀνακύψαντες ἐκ τοῦ δέους, *quum vero rursus e metu emergentes animum caperent, munitionem, qua murus ex ea parte cinctus erat, petiere.* Philo *leg. ad Caium* p. 1043. quum antea dixisset, se sociosque suos quum a Caio dimissi essent, paulullum ἀναπνεῦσαι *respirasse*, loco huius postea dicit: τούτων μὲν δὴ χάριν ἐπὶ πόσον ἐδυνήθημεν ἀνακύψαι, *hanc ob caussam quodammodo potuimus, emergentes animum erigere.* Lucianus in *Ioue trag.* p. 206. Momum fingit dicentem, quod homines nihil diis immolaturi essent amplius, ἐπειδὰν κατ᾽ ὀλίγον οἱ ἄνθρωποι ἀνακύπτοντες, *si homines paululum se erigentes, animaduerterint, sibi nihil id prodesse.* Vbi ἀνακύπτειν, est: *seposito deorum metu sibi animos sumere.*

v. 30.

v. 30.

Ὅταν προβάλωσιν ἤδη.

Maxime obuium esse puto, vt post verbum προβάλωσιν, subaudiatur τὶ, *quum iam aliquid proferunt* s. *protrudunt*, ita tamen, vt de *foliis* id intelligatur ex Matth. 24, 32. et de *flore* ficus, quippe qui simul fere cum foliis nascitur. Βάλλειν eiusque composita, sensu *emittendi, producendi* de fructibus arborum et agrorum adhibent profani. Arrianus *Dissert. Epict.* l. 1. c. 15. p. 125. de ficu loquens dicit: ἄφες ἀνθήσῃ πρῶτον, εἶτα προβαλεῖ τὸν καρπὸν, *permitte, vt floreat ante, post fructum producet.* Euripides in *Bacchis* v. 749. de campis ad Aesopum sitis ait: Εὔκαρπον ἐκβάλλουσι Θηβαίων στάχυν, *frugiferam emittunt Thebanam segetem.* Iosephus *ant.* l. 4. c. 8. p. 123. ἂν καρπὸν βάλῃ τὰ φυτὰ, *si fructum, quae plantata sunt, protulerint.*

v. 34.

Προσέχετε δὲ ἑαυτοῖς, μήποτε βαρηθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ, καὶ μέθῃ, καὶ μερίμναις βιωτικαῖς.

Προσέχετε ἑαυτοῖς est: *cauete vobis, attendite ad vosmetipsos.* Plutarchus de *cap. ex inim. vtil.* p. 87. πανὺ μὲν οὖν εὐλαβούμενον ζῆν καὶ προσέχειν ἑαυτῷ *semper circumspecte viuere, sibique cauere.* Ibid. p. 88. de homine dicit, qui inimicum sibi imminere scit: προσέχει μᾶλλον αὐτῷ καὶ τὰ πράγματα περισκοπεῖ, *magis sibi cauet et res suas circumspicit.* Ibid. p. 92. Idem de *sanit. tuend.* p. 129. dicit de sanitate loquens: δεῖ τοῦτο διατηρεῖν αὐτῷ προσέχοντα καὶ φειδόμενον *hanc conseruare oportet sibimetipsi cauentem et parcentem.*

Βαρεῖσθαι, s. βαρύνεσθαι, h. l. est, *grauari, torpere, languere,* et hic de animo, ob crapulam, ebrietatem curasque anxias, ad vigilantiam spiritualem *torpente* et *inepto* adhibetur. Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 585. de hominibus

hominibus ob vulnera, itinerisque molestiam languescentibus dicit, *βαρυνομένων αὐτοῖς τῶν μελῶν*, *quum membra illis grauata essent*, conf. ibid. l. 3. p. 165. Inprimis tamen eiusmodi phrases de gulosis et temulentis occurrunt. Ebrii *οἰνοβαρεῖς vino graues* dicuntur in versu Homeri, quem citat Plutarchus *de aud. poet.* p. 35. Idem Plutarchus de *gen. Socrat.* p. 596. illos *βαρεῖς ὑπὸ τῆς μέθης graues temulentia* vocat. Etiam *animo* plane vti h. l. fit, grauedinem vino ortam tribuit Homerus *Odyss.* τ. v. 122. *βεβαρηότα με φρένας οἴνῳ grauatum me mente ex vino.* Similem Homeri versum profert Aristoteles *problem.* sect. 29. qu. 1. *καί μέ φησι δάκρυ πλώειν βεβαρυμένον οἴνῳ.* Hippocrates *epist. ad Damag.* sect. 8. p. 18. *ἀσωτίῃ βεβαρυμένους luxu grauatos* opponit, *λιμῷ θλιβομένοις fame oppressis.* De Hannibale Dio Cassius *excerpt. Vales.* dicit, p. 594. *οὔτε πλήθει ποτὲ τροφῆς ἐβαρύνετο*, numquam illum ciborum copia grauabat. Plutarchus *sanit. tu.* p. 127. *ἐμπλήσαντας τὸ σῶμα καὶ βαρύναντας, corpus implentes et grauantes.* Philo de *temulent.* p. 255. *βεβαρημένων καὶ πεπιεσμένων οἴνῳ, vino grauatorum et oppressorum.* Ibid. p. 259. *βεβαρημένος τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπ' οἴνου, oculis ex vino grauatus.*

Μέριμναι βιωτικαὶ sunt *curae vitales*, ad vitam hanc pertinentes, vti *μέριμναι τοῦ αἰῶνος τούτου*, Marc. 4, 19. Sic Pythagoras apud Iamblichum *protrept.* p. 131. praecipit, in templa adoratum euntem, nihil *βιωτικὸν*, *ad hanc vitam spectans*, neque dicere, neque facere debere. *Negotia huius vitae, βιωτικὰς πράξεις* vocat M. Antoninus *reb. suis* l. 6. §. 2. Eadem notione vox ter occurrit in Arriani *Dissert. Epict.* l. 1. c. 26. p. 149. 150.

CAP. XXII. v. 20.

Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον.

Multus in his verbis soloecismi metus criticos occupavit. Qui a Soloecismo plurimum abhorrent, plerique participium *ἐκχυνόμενον* cum voce *ποτήριον* construere

ſtruere iubent. Talem conſtructionem h. l. admitti non poſſe oſtendit Cel. Heumannus. Cui addo, quanquam *effundere poculum* dici poſſit, pro *effundere id, quod poculo continetur*, nimium tamen duram fore phraſin, *ſi poculum pro hominibus effuſum eſſe* diceretur, quum in ſ. coena poculum non effuſum ſed bibendo exhauſtum, in cruce vero ſanguis non ex poculo, ſed e corpore Chriſti effuſus ſit. Ego verbum τὸ ἐκχυνόμενον poſt alios, iungendum puto, phraſi: ἐν τῷ αἵματί μȣ, et verto: *hoc poculum eſt nouum teſtamentum cum ſanguine meo pro vobis effuſo*, ſicque participium ἐκχυνόμενον conſtructione ad vocem ποτήριον, ſenſu vero ad vocem αἵματι pertinere exiſtimo. Moris ſc. eſt, vt ſi duo nomina arctius inter ſe cohaereant, interdum id quod ſequitur, cum altero caſu et genere conueniat, ſenſu vero ad alterum referendum ſit. Sic μίαν ἐντολῶν τȣ́των τῶν ἐλαχίςων Matth. 5, 19. dictum puto, pro ἐλαχίςην, vbi vide notata. Addam exempla huic loco ſimiliora. Demoſthenes *adu. Lacritum* p. 595. Ἀντίπατρος ὄνομα ἦν τῷ δεδανεικότι, Κιττιεὺς τὸ γένος, *Antipater nomen erat creditori, Cittieus genere*, vbi Κιττιεὺς in datiuo ponendum fuiſſe credas, quoniam cum voce δεδανεικότι cohaeret. Pauſanias l. 10. init. Γῆς δὲ τῆς Φωκίδος ὅσον μὲν περὶ Τιθωρέαν καὶ Δελφȣ̀ς ἐςιν αὐτῆς, ἐκ παλαιοτάτȣ φανερὰ τὸ ὄνομα τȣ̃το εἰληφυῖά ἐςιν ἀπὸ ἀνδρὸς Κορινθίȣ Φώκȣ τȣ̃ Ὀρνυτίωνος. *Phocidis partem eam, quae Tithoream et Delphos attingit, ſatis conſtat ab initio nomen a Phoco Ornytionis filio homine Corinthio ſumſiſſe.* Vbi voces φανερὰ et εἰληφυῖα *genere* voci γῆς, *ſenſu* vero voculae ὅσον reſpondent.

v. 26.

Ὑμεῖς δὲ ȣ̓χ ȣ̔́τως· ἀλλ' ὁ μείζων ἐν ὑμῖν γενέϑω ὡς ὁ νεώτερος.

In locutione priori, ὑμεῖς ȣ̓χ ȣ̔́τως, deeſt ποιεῖτε, quod poſt vocem ȣ̔́τως frequenter ſupprimitur. Demoſthenes *adu. Midiam.* p. 408. ȣ̓ μὴν νικήρατός γε ȣ̔́τως ὁ τȣ̃

νικίας, *Non sane Niceratus Niciae filius ita egit.* Idem de *corona* p. 353. καὶ οὐχ ὁ μὲν δῆμος οὕτως, *non autem populus ita egit.* Aeschines *cont. Ctesiphontem* p. 294. δεῖ δὲ οὐχ οὕτως, *id vero fieri non debebat.* Ibid. p. 203. ἀλλ' οὐχὶ ὁ Κέφαλος, ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος, ὁ δοκῶν δημοτικώτατος γεγονέναι, οὐχ οὕτως, *non sic Cephalus antiquus ille, qui omnium maxime popularis esse videbatur, non sic.*

Ὁ Μείζων h. l. dicitur, *maximus, princeps, primus dignitate,* comparat. pro superlat. vti v. 24. et Matth. 18, 1. Sic Achilles Tatius l. 3. p. 177. τούτῳ γὰρ ἐκάλουν τῷ ὀνόματι τὸν λῃστὴν τὸν μείζονα, *hoc nomine latronem maximum appellabant.* Apud Stobaeum *serm.* 2. de *malitia* p. 30. Θαλῆς ἐρωτηθεὶς τί βλαβερώτερον; κακία, *Thales interrogatus quid nocentissimum esset? malitia dixit.*

Per νεώτερον *infimum vltimum minimum* intelligere postulat oppositio. Neque tamen assentior Cel. Heumanno, qui *latinismum* in hac voce latere putat. Occurrit illa hoc sensu in Dionysii Hal. *ant.* l. 11. p. 702. vbi Appius decemuir ad senatores Romanos dicit: λόγον ἀπεδώκαμεν ἅπασι τοῖς βουλομένοις, ἀπὸ τῶν πρώτων, ἄχρι τῶν νεωτάτων, ἐν τῷ προσήκοντι καλοῦντες ἕκαστον τόπῳ, *facta cuilibet dicendi potestate, a primis vsque ad nouissimos, suo quemque loco sententiam rogauimus,* Confer. ibid. p. 697.

v. 34.

Πρὶν ἢ τρὶς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με.

Eleganter post ἀπαρνεῖσθαι et alia verba negandi vocula μὴ repeti solet, ita vt in versione non attendenda sit. Sic Euripides in *Hippolyto* v. 1266. τὸν τἀμ' ἀπαρνηθέντα μὴ χρᾶναι λέχη, *eum qui negauit se polluisse meos lectos.* Demosthenes in *Aphob.* 1. p. 549. λίαν ἀναιδῶς μὴ λαβεῖν ἐξαρνούμενος, *se accepisse nimis impudenter negans.* Iosephus *vita sua* p. 1028. ἀρνήσασθαι γὰρ οὐκ

οὐκ ἐδυνάμην, μὴ γεγραφέναι τοὺς Τιβεριεῖς, *scripsisse Tiberienses non poteram negare.* Xenophon *r.r. graec.* l. 7. p. 429. ἠρνοῦντο μὴ αὐτόχειρες γενέσθαι, *se criminis reos esse negabant.* Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 660. εἰ μὲν οὖν ἀρνοῦνται μηδὲν - πλημμελῆσαι. Dio Cassius *excerpt. Vales.* p. 661. τῶν δὲ ἀρνουμένων, μὴ οὕτω καλεῖσθαι. Lucianus in *Prometh.* p. 108. εἰ μὲν οὖν ἔξαρνος εἶ, μὴ εἰργάσθαι αὐτά.

v. 37.

Καὶ γὰρ τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει.

In phrasi τὰ περὶ ἐμοῦ supple, ὄντα, *quae ad me spectant,* vti, τὰ περὶ ὑμῶν, Phil. 2, 19. 20. pro quo ibid. v. 23. cum accus. τὰ περὶ ἐμέ, *quae ad me spectant* dicitur. Quum paulo ante dicatur: ἔτι τοῦτο τὸ γεγραμμένον, hic non tam verba, quam res ipsa docet, Christum per ea, *quae ad se spectabant,* vaticinia V. T. ad se pertinentia intelligere.

Verba: τέλος ἔχει, verte: *implentur,* s. *impleta sunt.* Synonymica enim phrasis est cum praecedenti τελεσθῆναι. Saepe hac locutione de oraculis *impletis* vtitur Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 15. τέλος ἔχειν σφίσι τὸ θεοπρόπιον ὑπέβαλον, *impletum iam esse oraculum suum crediderunt.* Ibid. p. 19. τέλος ἕξειν σφίσι τὸ λόγιον, *oraculum suum impletum iri.* Ibid. p. 44. ὡς τὰ πρῶτα τοῦ μαντεύματος ἤδη σφίσι τέλος ἔχοι, *quod prima oraculi pars ipsis iam impleta esset.* p. 45. τέλος γὰρ τὰ μαντεύματα ἐφαίνετο ἔχειν. Ibid. l. 9. p. 569. καὶ τέλος εἶχε τοῖς τυῤῥηνοῖς τὰ μαντεύματα. Sensu parum diuerso Demosthenes pacta dicit, τέλος ἔχειν, quae *rata et firma* sunt, quorum *fides et auctoritas* in controuersiam vocari nequit, *adu. Lacritum* p. 595. *Quos vero* (contractus) *vtrique contrahentium confitentur, et de quibus syngraphae nauticae exstant,* τέλος ἔχειν, *hos ratos esse omnes putant, et praescripta in tabulis praestanda sunt.* Eleganter igitur vertere quoque posses verba nostra; *Ea enim, quae ad me spectant, rata sunt.*

v. 41.

Καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολήν.

Vertere potes: *et ipse abreptus est ab illis*, ita vt maneat verbo *ἀποσπᾶν* sua emphasis, quod saepe de iis adhibetur, qui singulari quodam *cum impetu currunt et festinant et sibimetipsis veluti vim faciunt*, vt sensus hic sit, Christum sponte quidem, et quamuis cum animi quadam repugnantia, maiori tamen impulsu et conatu exsuperata, intimos dolores et angores, qui in sequentibus enarrantur, alacriter adiisse. Sic Appianus *bell. Mithrid.* p. 383. *οἵ τε γὰρ ἐν τῇ διώξει μακρὰν ἀπεσπασμένοι, illi, qui in persequendis hostibus longius a suis abrepti erant.* Xenophon *exped. Cyri* l. 1. p. 176. de struthione currente dicit: *πολὺ γὰρ ἀπέσπα ἀποφεύγουσα, aufugiens longe se abripiebat.* Nicolaus Damascenus *excerpt. Vales.* p. 426. de Parsonda dicit: *τέλος δ' ὄνον ἄγριον διώκων ἐπιπλεῖστον ἀποσπᾶται τῶν ἑαυτοῦ, tandem asinum siluestrem persequens, procul a suis auulsus est.* Plutarchus *solert. animal.* p. 971. de leporibus dicit: *ἅλμα μέγα καὶ μακρὰν τῶν ἰχνῶν ἀποσπάσαντες, οὕτω καθεύδουσιν, magno saltu et procul a vestigiis se subducentes, ita dormiunt.* Diodorus Siculus l. 20. c. 40. p. 415. *εἰδότες τὸν Ἀγαθοκλέα μακρὰν ἀπεσπασμένον.* Ibid. c. 60. p. 434. *τοὺς πολεμίους ἀναγκασθήσεσθαι μερίζειν τὰς δυνάμεις, καὶ μακρὰν ἀποσπᾶσθαι τῆς καρχηδόνος.*

v. 44.

Καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ ἐκτενέστερον προσηύχετο.

Vox *ἀγωνία* summum animi *angorem* et *dolorem* indicat, et idem est, quod *ἀδημονεῖν* Matth. 26, 37. et Marc. 14, 33. Vtitur voce Iosephus *ant.* l. 11. c. 6. p. 377. vbi de Ahasuero propter Estheram animo deficientem perturbato scribit: *καὶ μετὰ ἀσθενείας αὐτόν τε ἀγωνία καὶ ταραχὴ κατελάμβανε, et cum infirmitate animi*

mi angor et perturbatio illum occupabat, et Philo *legat. ad Caium* p. 1027.

Verba: ἐκτενέϛερον προσηύχετο, verte: *orabat intensius*, ita vt voce ἐκτενέϛερον non tam *assiduitas* precum, quam maior eorum *feruor* et *intensio* indicetur. Sic Cicero *ad Atticum* l. 13. ep. 9. scribit: *nihil possum dicere* ἐκτενέϛερον, *nihil* φιλοϛοργότερον. Vbi per ἐκτενέϛερον, aliquid *magis serium* intelligit. Philo *legat. ad Caium* p. 1000. ὁ γȣ̃ν Μάκρων πάντα ἐπ᾽ ἀληθείας πραγματευσάμενος μετ᾽ ἐκτενεϛάτης σπȣδῆς καὶ φιλοτιμίας, *Macron igitur omnia sincere agens cum intensissimo studio et industria.*

v. 51.

Ἐᾶτε ἕως τȣ́τȣ.

Verba haec ad homines, qui Christum captiuum abducturi venerant, dicta puto, et verto: *desistite hactenus*, i. e. liberum me eo vsque relinquite, donec hominem, cui auris abscissa est, sanauero, postea vero, quo minus me vinctum abducatis, non repugnabo. Post ἐᾶτε subaudienda est vocula μὲ, *desistite a me, libertatem quod volo agendi mihi concedite*; post ἕως τȣ́τȣ *vero* suppleo vocem χρόνȣ. Sic Act. 5, 38. ἐᾶτε αὐτȣ̀ς, *liberos illos relinquite.* Saepe LXX. interp. sic verbo ἐᾶν vsi sunt. Exod. 32, 9. καὶ νῦν ἔασόν με, *iam ergo desiste a me.* Iud. 11, 37. ἔασόν με δύο μῆνας, *duobus me mensibus liberam relinque.* Integra phrasis occurrit Iob. 7, 18. ἕως τίνος (supple χρόνȣ) ȣ̓κ ἐᾷς με; *quamdiu non desistes a me?* Ἕως τȣ́τȣ, *eousque* habet Polybius l. 5. c. 56. p. 558. μηδ᾽ ἕως τȣ́τȣ περιμεῖναι, μέχρις ἂν ȣ̃, cet. *nec debere illum tamdiu exspectare, donec idem ipsum, qui prius fratrem casus opprimat.* Non satis ponderis inesse puto, dubiis, quae sententiae Doddriggii huic, vt videtur, simili opponit Cel. Heumannus. 1) Christum tunc nondum captum fuisse. Resp. Volebant tamen illum capere eique instabant. Hortatur igitur dominus, non vt se libertati restituant, sed vt eousque se liberum relin-

 quant.

quant. 2) Christum demum post sanatam Malchi aurem, eos, qui abducere se volebant, allocutum esse. Respond. Non excludit hoc allocutionem priorem. Quodsi tamen vocula δὲ v. 52. oppositionem quandam notari putes: dici potest, verba, ἐᾶτε ἕως τούτου, ad totum emissariorum agmen, τὸν ὄχλον. v. 47. quae vero v. 52. sequuntur, speciatim ad τοὺς ἀρχιερεῖς, στρατηγοὺς καὶ πρεσβυτέρους prolata esse. Id si minus placet: δὲ verte: *etiam.* Probat hanc notionem Elsnerus ad Marc. 4, 37.

v. 59.

Ἄλλος τις διϊσχυρίζετο.

Verbum διϊσχυρίζεσθαι significat: *aliquid vt certum asserere, contendere* de re, *asseuerare*, quam notionem hoc loco sequens phrasis ἐπ' ἀληθείας confirmat. Sic Plutarchus de *orac. def.* p. 426. τὸ μὲν ἀληθὲς περὶ τούτων οὕτως ἔχειν ἢ ἑτέρως οὐκ ἂν ἔγωγε διϊσχυρισαίμην, *Haec itane reuera se habeant, an secus, non ausim sane contendere?* Ibid. p. 430. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν ἀριθμοῦ κόσμων οὐκ ἂν ποτε διϊσχυρισαίμην ὅτι τοσοῦτοι, *ego de numero mundorum, quod sint tot, nunquam sane contenderim.* Arrianus *rer. indic.* p. 569. καὶ ὑπὲρ τούτου τοὺς ἡγεμόνας τοῦ πλόου διϊσχυρίζεσθαι, *nauigationis duces hac de re asseuerasse, quod imprudentes in eam insulam delati euanuerint.* Iosephus *ant.* l. 17. c. 14. p. 613. de Pseudalexandro, qui Herodis se filium esse mentiebatur, dicit: ταῦτα διϊσχυριζομένου, καὶ συνεστῶτος αὐτῷ τοῦ μηχανοποιοῦ τῆς πράξεως, *haec illo asseuerante, simulque concinente auctore huius fabulae.* Item Demosthenes *fals. legat.* p. 245.

CAP. XXIII. v. 2.

Τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος.

Verbum εὑρίσκειν h. l. iudiciale est, et mens horum hominum est, se caussa in confessu suo satis *cognita*, et *inuestigata*, Christum talem *inuenisse* et *deprehendisse*,

disse, vt emphasis voci insit, adducere se Christum non facinoris forte *accusatum* siue *suspectum*, sed *confessum* et *conuictum*. Sic profani. Xenophon *Cyrop.* l. 1. p. 3. de pueris Persarum pueriliter iudicia inter se exercentibus dicit: κολάζουσι δὲ καὶ οὓς ἂν ἀδίκως ἐγκαλοῦντας εὑρίσκωσι, *puniunt vero etiam, si quos iniuste accusantes inuenerint*. Andocides *Orat.* 4. p. 310. *Non igitur aequum est, tales vrbe expellere, quos caussa saepius cognita*, εὑρίσκετε μηδὲν ἀδικοῦντας, *nihil deliquisse deprehenditis*. Demades *duodec.* p. 237. dicit, quod multi accusatores reis potestate defensionis facta, εὑρέθησαν αὐτοὶ συκοφαντοῦντες, *ipsi sycophantae deprehensi sint*. Vulgare est post εὑρίσκειν particip. pro infin. poni, vt εὕρομεν διαστρέφοντα idem sit, ac: εὕρομεν διαστρέφειν.

Διαστρέφειν τὸ ἔθνος, Cel. Elsnerus vertit: *gentem ad defectionem solicitare*, quae notio ab illo satis probata, nec ab hoc loco aliena est. Attamen nihil caussae est, verbum διαστρέφειν tam arcte h. l. restringere. Significat id *peruertere*, *corrumpere*. *Peruertebat* Iesus populum ex mente synedrii, et in doctrina et in moribus dum animos hominum tot salutaribus praeceptis fermento pharisaico contrariis imbuebat, eosque a caeco erga doctores Iudaicos, ductores coecos obsequio auertebat, et sibimetipsi asseclas faciebat. Quod Christus *gentem ad defectionem solicitet*, hic etiam per τὸ διαστρέφειν hi homines innuunt, id vero odii eorum non tam caussa erat, quam praetextus. Generali notione *peruertendi* saepe vocem habet Plutarchus de *auditione* p. 38. τούτων δὲ τοῖς λόγοις τὰ ἤθη διαστρεφομένων, *quum hi per sermones moribus suis peruertantur*. Paulo post: ἀλλὰ καὶ διαστρέφοιτο πρὸς κακίαν, *sed etiam ad malitiam peruerteretur*. Idem *fort. Alex.* or. 2. p. 337. μὴ συντριβῆναι μηδὲ διαστραφῆναι τῷ βάρει καὶ μεγέθει τῶν πραγμάτων, *negotiorum mole et magnitudine neque frangi, neque peruerti*. Idem de *ira cohib.* p. 459. πικρίᾳ καὶ θυμῷ διαστρέφειν ἑαυτὸν εἰς ἑτέρων ἐπανόρθωσιν, *saeuitia et furore aliorum emendandorum caussa se ipsum per-*

peruertere. Idem de *adul. et am. disc.* p. 61 voce προσδιαστρέφειν et Polybius l. 2. c. 21. p. 152. voce διαστροφὴ hoc sensu vtitur.

v. 15.

Καὶ ἰδὲ ἐδὲν ἄξιον θανάτε ἐςὶ πεπραγμένον αὐτῷ.

Locutio: ἐδὲν - ἐςὶ πεπραγμένον αὐτῷ, idem significat ac si dicas: ἐδὲν πέπραχεν αὐτὸς, constructione Atticis perquam familiari. Isocrates de *permutatione* p. 464. περὶ τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων, *de actionibus meis.* Idem *epist.* 3. *ad Philip.* p. 609. *Tunc te puta* (famam) *habere, cui nihil accedere possit*, καὶ τῶν σοι πεπραγμένων ἀξίαν, *et quae rebus a te gestis par sit.* Xenophon *Cyrop.* l. 3. p. 51. ἐβέλετο μαθεῖν τὰ αὐτῷ πεπραγμένα, *scire illum volebat, quae ipse faceret.* Dinarchus cont. *Aristogit.* p. 70. καὶ ἐκ τȣ ἄλλȣ βίȣ, καὶ ἐκ τῶν νῦν αὐτῷ πεπραγμένων, *tam ob reliquam vitam, quam ob recens ab illo perpetrata.* Lysias *orat.* 24. *de stat. pop.* p. 388. ἐδὲ γὰρ πολλοςὸν μέρος τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων εἰρήκασιν, *neque enim minimam horum partem, quae ab illis perpetrata sunt, narrauerunt.* Ibid. p. 390. ἐδ' ἂν ᾤοντο χρῆναι ὑπὲρ τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων, ἑτέρȣς διαβάλλειν, *neque putassent, propter facta ab istis perpetrata, alios per calumniam accusandos fore.* Idem *or.* 27. adu. *Ergocl.* p. 435. *or.* 30. *cont. Philon.* p. 470. et *or.* 33. cont. *Diagit.* p. 541.

v. 23.

Οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις.

Verbum: ἐπέκειντο, est: *instabant, vrgebant*, verbis sc. persuasionibus et clamoribus. Sic Plutarchus *Apophth. Lacon.* p. 236. ἐπικειμένȣ δὲ μᾶλλον καὶ λέγοντος, πάντως σε δεῖ εἰπεῖν, *incumbente vero illo et dicente: omnino id tibi confitendum est.* Iosephus *ant.* l. 18. c. 8. p. 632. *Quod vbi Agrippa audiuit ex Antonia*, πολλῷ μᾶλλον ἐπέκειτο ἀξιῶν ἐξέτασιν γενέσθαι τȣ πράγματος, *multo magis vrgebat, inquiri de hoc negotio cupiens.* Ibid. c. 9. p. 638.

p. 638. *Mulier contra, quanto magis eum tergiuersari videbat*, μειζόνως ἐπέκειτο, *eo magis instabat.* Ibid. c. 11. p. 641. τῶν περὶ τὸν Ἀριστόβουλον παντοίως ἐπικειμένων, *Aristobulo enixe vrgente.*

v. 32.

Ἤγοντο δὲ καὶ ἕτεροι δύο κακοῦργοι.

Post vocem ἕτεροι comma poni et post δύο suppleri potest *nempe* hoc modo: *ducebantur vero etiam alii duo* nempe *facinorosi.* Aut si hoc non placet, verba δοξαστικῶς intelligere licet, non quod Christus etiam κακοῦργος fuerit: sed quod *ductus sit vt facinorosus* ad supplicium, qui μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη Marc. 15, 28. κακοῦργοι a Graecis κατ' ἐξοχὴν vocantur *praedones* et *latrones*, regionem quandam *deuastantes.* Adeoque κακοῦργοι h. l. idem est quod λησταὶ Marc. 15, 27. Matth. 27, 38. 44. hoc quippe flagitium tunc in Palaestina, quae tota fere σπήλαιον λῃστῶν fiebat, maxime erat vulgare et insigne. Saepe vocabula haec iungunt profani. Achilles Tatius l. 8. p. 527. μή με νομίσῃς λῃστὴν εἶναί τινα καὶ κακοῦργον, *ne me praedonem quendam esse putes aut flagitiosum.* Thucydides l. 2. p. 41. τοῦ μὴ λῃστὰς ἐκπλέοντας ἐξ Ὀποῦντος καὶ τῆς ἄλλης Λοκρίδος κακουργεῖν τὴν Εὔβοιαν, *ne latrones ex Opunte et reliqua Locride nauigantes Euboeam deuastarent.* Xenophon *Cyrop.* l. 1. p. 4. *Si opus aliquid custodire*, ἢ κακούργους ἐρευνῆσαι ἢ λῃστὰς ὑποδραμεῖν, *aut maleficos inquirere, aut latrones persequi.* Herodianus l. 1. p. 26. de Materno dicit, quod collecta κακούργων *maleficorum* magna manu, primo agros et vicos ἐλῄστευε *populatus sit*, deinde vero opulentior factus, μεῖζόν τι πλῆθος ἤθροισε κακούργων, *maiorem flagitiosorum multitudinem collegerit*, ita vt tandem illi non amplius λῃστῶν *latronum*, sed hostium habuerint auctoritatem. Dionysius quoque Hal. *ant.* l. 3. p. 137. 138. Albanos agros Romanorum depraedantes mox λῃστὰς vocat et τὸ λῃστεύειν et πόλεμον λῃστρικὸν illis tribuit, mox κακουργοῦντας illos appellat.

v. 41.

v. 41.

Ουτος δὲ ἐδὲν ἄτοπον ἔπραξε.

Ἄτοπον proprie dicitur: τῷ μὴ καθῆκον τῷ τόπῳ, *quod loco non conuenit*, *ineptum*, *abſurdum*, *turpe*. Deinde hac notione paululum inflexa, *iniquum*, *iniuſtum*, *impium* quoduis ſignificat. Arrianus *rer. indic.* p. 527. de Hercule e filia ſua ſeptenni ſobolem gignente, ait: εἴπερ ὢν τὰ ἐς τοσόνδε ἄτοπα Ἡρακλέης οἷός τε ἦν ἐξεργάζεσθαι, *ſi Hercules par erat, rei tam turpi perpetrandae.* Apud Diogenem Laërtium l. 6. c. 2. §. 7. Diogenes Cynicus dicit: μηδέν τε ἄτοπον εἶναι, *impium non eſſe, ex templo aliquid aufferre aut animal aliquod guſtare.* Philo *migrat. Abrah.* p. 392. cupiditates hominis vocat: τὴν παντὸς ἀτόπε χρηματίζεσαν μητέρα, *omnium turpitudinum matrem.* Ioſephus *ant.* l. 7. c. 1. p. 215. *Saepe ſimulant*, τὰ τῶν ἀληθῶς ἀγαθῶν, οἱ πράγμασιν ἐγχειρεῦντες ἀτόποις, *hominum reuera bonorum facta, ii qui turpia facinora aggrediuntur.* Ibid. l. 16. c. 16. p. 575. filius Herodis dicit: ἐδὲν ἔτε ἄτοπον ἔτε δυσχερὲς ἐντεθυμῆσθαι κατὰ τῦ πατρὸς, *nihil ſe iniquum neque durius contra patrem machinatum eſſe.* Ibid. ὡς συνειδείη μὲν ἐδὲν ἄτοπον, *nullius ſe facinoris conſciam eſſe.*

CAP. XXIV. v. 1.

Ὄρθρε βαθέος ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμα.

Verba: ὄρθρε βαθέος vertere potes: *multo diluculo, ſummo mane, primo mane.* Frequens eſt vox βαθὺς, de tempore adhibita. Achilles Tatius l. 2. p. 103. καιρὸς ἦν βαθείας ἑσπέρας, *tempus erat multae iam veſperae.* Plutarchus *fort. Alex.* or. 2. p. 338. de Alexandro dicit: ἐδείπνει δὲ πρὸς ἑσπέραν βαθεῖαν, *coenabat ad multam noctem.* Eandem phraſin habet idem de *Pyth. oracul.* p. 394. et *Apophth.* p. 179. Idem phraſi: βαθείας νυκτὸς, *multa nocte, profunda nocte* vtitur in *parallel.* p. 306.

et

et p. 313. Phrasis vero: ὄρθρυ βαθέος, *initium diluculi* s. *primum diluculum* indicat, cui: ὄρθρος ἔσχατος, *finis diluculi* opponitur. Sic Theocritus *idyll.* 24. v. 63. Ὄρνιθες τρίτον ἄρτι τὸν ἔσχατον ὄρθρον ἄειδον, *Galli tertium iam vltimo diluculo cantabant.* Ὄρθρον βαθὺν satis explicat Philo. Is de *vita Mosis* p. 630. Hebraeos per mare rubrum transiisse dicit: περὶ βαθὺν ὄρθρον, pro quo Exod. 14, 24. est אשמרת הבקר et v. 27. לפנות בקר. Idem in *Flaccum* p. 989. coniungit: περὶ βαθὺν ὄρθρον ἔτι τῶν ἄλλων ἐν εὐναῖς ὄντων. Idem de *nomin. mutat.* p. 1070. ἡ ἡμέρα μέντοι προγελᾷ πρὸς βαθὺν ὄρθρον μέλλοντος ἀνίσχειν ἡλίυ, *dies ipsa veluti praearridet, diluculo orituro sole.* Hinc et Marc. 16, 2. de ipso hoc tempore dicitur: ἀνατείλαντος τῦ ἡλίυ, quod recte vertunt: *orituro sole.*

V. 12.

Καὶ παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα· καὶ ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός.

Verbum παρακύπτειν non denotat h. l. attentam et solicitam inspectionem, quod putat b. Wolfius in *curis* ad h. l. idem enim quod Ioh. 20, 5. tumultuariam nempe et *festinatam inspectionem* innuit; accuratam quippe inspectionem, de qua silet Lucas, suscepit demum Petrus, postquam ingressus esset in sepulcrum. Ioh. 20, 6. Παρακύπτειν profanis notat: *exserto capite prospicere* s. *introspicere*, idque festinanti plerumque et fugitiuo intuitu. Hinc frequens vox de feminis furtim per fores vel fenestras prospicientibus. Aristophanes in *pace* p. 697. de mulieribus adulteris dicit: τῆς αὐλείας παρακύπτυσι, κἄν τις προσέχῃ τὸν νῦν αὐταῖς, ἀναχωρῦσι, κἆτ' ἢν ἀπίῃ παρακύπτυσι, *per fores prospiciunt, et si quis ad eas attendat, recedunt, deinde si abit, iterum prospiciunt.* Plutarchus in *amator.* p. 766. Leucomantidem quandam παρακύπτυσαν vocatam esse dicit, quoniam ἀπελιθώθη παρακύψασα, τὸν ἐραστὴν ἰδεῖν ἐκκομιζόμενον,

vov, in lapidem conuersa sit, caput exserens, vt amatorem suum efferri videret. Sic et Lucianus in *Timone* p. 67. Idem verbo quoque vtitur pro: *exserto capite introspicere*, in *Hermotimo* p. 531. ὃς νῦν ἄρχομαι παρακύπτειν εἰς τὴν ὁδὸν, *qui nunc in viam introspicere incipio.* Idem *dial. meretr. Myrt.* et *Pamph.* p. 705. ἤξίᴕ με παρακύψασαν ἐς τὸν ϛενωπὸν ὑμῶν ἰδεῖν.

De verbis πρὸς ἑαυτὸν ambigitur, vtrum ad ἀπῆλθε, an ad θαυμάζων referenda sint; prioris constructionis sensus esset: *Petrum domum rediisse*, posterioris vero: *illum in semetipso miratum esse.* Mihi placet prius. 1) Quoniam Ioh. 20, 10. in eadem historia verbo ἀπῆλθον expresse additur πρὸς ἑαυτὸς. 2) Quoniam τῷ ἀπῆλθε determinatio ista magis, voci θαυμάζων vero minus necessaria, imo fere inutilis est. Quorsum abierit Petrus, quaerere potest lector, admiratio vero ista quin *in animo* eius fuerit, nemo dubitabit. B. Wolfius in *Curis* ad h. l. ab interpretatione hac ex hoc tantum capite abhorret, quod mutari tum debeat interpunctio, et quod e veteribus interpretibus praeter Coptum nemo tali interpunctione vsus sit. Multas vir doctus reiicit scripturae explicationes, ex nescio qua erga interpunctionem πατροπαράδοτον reuerentia, cuius tamen nullam esse auctoritatem satis constat. At h. l. post ἑαυτὸν comma iam posuere edit. tertia R. Stephani et quae ad manus est Plantiniana Antw. 1673. in 8. item editiones b. Bengelii; ex versionibus sic quoque interpunxit Arabica ab Erpenio edita quae transfert: ומצי אלי מוצעה, *et abiit ad locum suum.* Cel. Heumannus sua ipsiusmet caedens vineta, dicit: si hic sensus foret: Lucam non dicere debuisse: ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτὸν, sed: ἀπῆλθε πρὸς τὸς μαθητάς. Resp. eodem iure Ioh. 20, 10. postulari posse, quod et ibi pro: ἀπῆλθον πρὸς ἑαυτὸς οἱ μαθηταὶ, scribi debuerit: ἀπῆλθον αὐτοὶ πρὸς τὸς μαθητὰς, si etiam ibi per: πρὸς ἑαυτὸς, *locus, vbi omnes discipuli coniuncti erant,* intelligatur. Ego vero Apostolos puto saltem postquam Christus ab illis diuulsus erat, in variis diuersoriis esse com-

commoratos, quemlibet sc. in eo diuersorio vbi cognati eorum degebant; nonnullos enim discipulos tum matres suas Hierosolymis habuisse docent euangelistae. Eorum quoque patres, fratres, vxores, sorores, liberosue ex parte adfuisse, haud est, quod dubites. Id innui puto, quum Christus Ioh. 16, 32. dicit, discipulos dispersum iri εἰς τὰ ἴδια, ad suam quemque discessurum esse familiam, eiusque diuersorium. Iohannes sane habebat, Hierosolymis τὰ ἴδια cap. 19, 27. ad quem locum ipse Heumannus domum quandam peculiarem intelligit, quam Hierosolymis Iohannes habuerit. Cui non obstat, quod ad conuentus vel sacros, vel cibi capiendi gratia, in vnam domum discipuli se congregauerint, Marc. 16, 14. Act. 1, 13. In verbis igitur Lucae ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτὸν, sensus est: abiisse Petrum ad diuersorium, vbi ipse forte cum fratre Andrea et familia sua degebat. Et ἀπῆλθον πρὸς ἑαυτοὺς Ioh. 20, 10. explico: abibant ad suum quisque diuersorium, idque ibi ex eo quoque probabile fit, quod Maria Magd. v. 2. non ad omnes discipulos, sed ad Petrum tantum et Iohannem cucurrisse dicitur. Phrasis πρὸς αὐτὸν s. ἑαυτὸν, pro: *ad se*, *ad domum suam* trita est profanis. Plutarchus *apophth.* p. 206. Antonium dicit, pecuniam Iulii Caesaris πρὸς αὑτὸν μετενεγκεῖν, *in domum suam transtulisse.* Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 378. τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν καὶ κομίσας πρὸς ἑαυτὸν εἰς οἶκον, *caput amputatum*, *ad se in domum apportans.* Lucianus in *Ioue tragoed.* p. 202. dicit: ἀπιόντων οἴκαδε παρ᾽ αὑτοὺς, *quum domum redirent.* Polybius l. 15. c. 29. p. 999. ὡς ἑαυτὸν ἐπὶ δεῖπνον καλέσας, *ad conuiuium in domum suam inuitans.* Frequentissime hoc sensu πρὸς ἑαυτὸν vel αὑτὸν et πρὸς ἑαυτοὺς vel αὑτοὺς dicit Iosephus e. g. *ant.* l. 1. c. 19. p. 31. de Iacobo a Labane profecturo dicit: ἤξίε τὰς γυναῖκας ἀναλαβὼν ἀπαλλάττεσθαι πρὸς αὑτὸν, *acceptis vxoribus domum redire volebat.* Idem ibid. l. 5. c. 1. p. 139. c. 2. p. 146. 147. l. 6. c. 5. p. 175. l. 7. c. 7. p. 225. c. 11. p. 248. l. 10. c. 11. p. 347. l. 11. c. 5. p. 370. c. 6. p. 378. l. 13. c. 21. p. 458.

 Idem

Idem phrasi παῤ αὐτὲς hoc sensu vtitur ibid. l. 2. c. 3. p. 51. et παῤ ἑαυτὸν dicit ibid. l. 4. c. 8. p. 128.

v. 16.

Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατἔντο, τἕ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν.

Facile assentior Cel. Heumanno, qui cum aliis caussas naturales fuisse asserit, quae effecerint, vt discipuli magistrum suum non agnoscerent, e. g. neglecta attentio, exspectatio eiusmodi euentus ab animis eorum longe remota, mutatus Christi habitus et vestitus cet. nec tamen eo ipso excludi puto, quod oculos eorum a Christo accuratius intuendo et agnoscendo diuina auerterit prouidentia. At *hebraismum* subesse haud puto. Κρατεῖν est: *retinere*, *cohibere*, *impedire*. Sic Achilles Tatius l. 1. p. 41. ait: ἔρως ἀνταγωνίζεται καὶ πατὴρ, ὁ μὲν ἕστηκεν αἰδοῖ κρατῶν, ὁ δὲ κάθηται πυρπολῶν, *amor et pater sibi inuicem repugnant, alter pudore me cohibet, alter sedet me inflammans.* Sic et κρατεῖσθαι dicitur de membris corporis, quum *retinentur* et *impediuntur*, quo minus vim et actionem sibi propriam exserant. Euripides in *Helena* v. 1403. Σιγητέον μοι. καί σε προσποιέμεθα, Εὔνεν κρατεῖν τε ϛόματος, *tacendum est mihi, et te etiam praesumimus beneuolum, os cohibiturum esse.* Plutarchus *educat. liber.* p. 10. τὸ τοίνυν τῆς γλώττης κρατεῖν - - εἴ τις μικρὸν καὶ φαῦλον ὑπείληφε, *linguam retinere, si quis exigui momenti aut vile esse putat.*

v. 19.

Τὰ περὶ Ἰησἕ τἕ Ναζωραίε, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης, δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ.

In phrasi priori nexus cum v. 18. postulat, vt repetatur ἀπὸ τἕ κοινἕ vox: γενόμενα, ea sc. quae *Iesu Nazareno euenere.* Sic Iosephus *ant.* l. 8. c. 7. p. 289. de Elia dicit: τὰ μὲν περὶ τἕ τοιἕτε προφήτε τοιαῦτα ἦν, *haec sunt, quae huic prophetae euenerunt.* Idem ibid. l. 1. c. 19. p. 29. ὡς ξένος ὤτος ἥκει, τὰ περὶ τἕ πατρὸς αὐτἕ

αὐτῆς ἀναπυνθανόμενος, *venire hunc hospitem, de rebus, quae ad patrem eius pertinerent, sciscitantem.*

Ἀνὴρ προφήτης. Vox ἀνὴρ eleganter abundat. Sic Palaephatus de *incredib.* c. 38. p. 47. ἦν ἀνὴρ βασιλεὺς μέγας, *erat rex quidam magnus.*

Δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ phrasis est, virum aliquem in republica insignem et eminentem denotans, qua ad vim et efficaciam verborum et magnitudinem miraculorum Christi respicitur. Demosthenes in *Timoth.* p. 699. Callistratum et Iphicratem fuisse ait, τῷ τε πράττειν καὶ τῷ εἰπεῖν δυναμένους, *et factis et eloquentia potentes.* Lysias *orat. funebr.* 31. p. 507. Themistoclem fuisse dicit, ἱκανώτατον εἰπεῖν καὶ γνῶναι καὶ πρᾶξαι, *oratione et ingenio et rebus gerendis pollentem.* Thucydides l. 1. p. 32. de Pericle narrat, fuisse illum, πρῶτον ἀθηναίων λέγειν τε καὶ πράσσειν δυνατώτατον. Et Dinarchus in *Demosth.* p. 7. de Demosthene aliisque oratoribus asserit, praeuidisse senatum, τὴν τούτων ἰσχὺν τὴν ἐν τῷ λέγειν καὶ πράττειν.

v. 21.

Ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο.

Sensus horum verborum magis est in promtu, quam ratio eorum grammatica. Quis enim s. quid diem agebat tertium? Alii ἥλιον, alii χρόνον, alii ipsum Iesum subintelligunt. Cel. Heumannus ἥλιον supplet, et phrasin hanc nusquam obuiam esse dicens, eam pro more ad plebem relegat. Prorsus certam sibi nondum esse suam explicationem ait Vir doctus, quum desit exemplum, in quo phrasis ἥλιος ἄγει plene occurrat. Sed euoluat velim Theocritum *Idyll.* 25. v. 85. 86. Ego nihilominus cum Beza ipsum Iesum subintelligo. Ita enim plane cessat ellipsis, si locutio: τρίτην ἡμέραν ἄγει, ad antecedens subiectum αὐτὸς refertur. Quum vero Beza *duriuscule* hoc dici putat, me non habet consentientem. Sensus est: *Iesus tertium agit diem, vel in morte, vel in*

sepulcro. Elegans est linguae idiotismus, quum Graeci aliquid certo die factum esse indicaturi, vocem illam siue phrasin, quae diem denotat, personis tribuunt. Sic Antiphon *or.* I. p. 23. *Pater noster in morbum incidit*, ἐξ ἧς καὶ ἀπώλετο εἰκοσταῖος, *ex quo etiam vigesimum diem agens mortuus est.* Aristophanes in *auibus* p. 563. *Et postea morbo patrem ipsius mortuum esse, terram vero non adesse*, τὸν δὲ προκεῖσθαι πεμπταῖον, *ita vt ille iaceret, quintum agens diem*, i. e. vt ad quintum diem insepultus maneret. Sic et Ioh. 11, 39. de Lazaro dicitur: τεταρταῖός ἐστι, *quartum iam agit diem* sc. in morte, s. sepulcro, quod subintelligendum relinquitur, vbi tamen v. 17. τεταρταῖος explicatur per verba: τέσσαρας ἡμέρας ἔχων ἐν τῷ μνημείῳ. Res de qua h. l. Lucas agit, iisdem fere verbis describitur in vexato illo Iosephi loco, qui de Christo agit, *ant.* l. 18. c. 4. p. 622. ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, *apparuit enim* (Iesus) *illis* (sc. discipulis) *tertium agens diem, denuo viuus.*

Quum Lucas dicit: τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει, vertere potes: *tertium iam agit diem.* Sic enim voce: ταύτην vtitur Achilles Tatius l. 7. p. 443. τρίτην ταύτην ἡμέραν γέγονεν ἀφανής, *tertio iam abhinc die disparuit.* Et Lucianus *Dial. mort. Diog. et Alex.* p. 253. *Etiamnum in Babylone iaceo*, τρίτην ταύτην ἡμέραν, *tertio iam die.* Idem *dial. meretr. Ioes. et Pyth.* p. 743. ἕκτην σχεδὸν ταύτην ἡμέραν, *sextus iam circiter abhinc dies est.*

Post verba ἀφ᾽ οὗ, subaudi χρόνου, et verte: *ex quo* s. *postquam haec facta sunt.* Frequens est in hac constructione ἀπὸ et ἀφ᾽ οὗ. Lucianus in *Toxari* p. 65. *neque enim scio vtrum quinque anni praeterierint*, ἀφ᾽ οὗ Ἀγαθοκλῆς ἐν Γυάρῳ ἀπέθανε, *ex quo Agathocles in Gyaro mortuus est.* Plutarchus in *Fabio* p. 184. de Hannibale dicit: πεμπταῖον ἀπὸ τῆς νίκης ἐν καπιτωλίῳ δειπνήσειν, *quod diem quintum agens post victoriam in Capitolio coenaturus esset.* Propius accedit locus Iosephi *ant.* l. 19. c. 7. p. 679. vbi illo auctore rex Agrippa mortuus esse perhibetur, ἀπὸ γενέσεως ἄγων πεντηκοστὸν

ἔτος

ἔτος καὶ τέταρτον, τῆς βασιλείας δὲ ἕβδομον, *inde a natalibus annum agens 54. et regni septimum*, et locus Galeni quem Lexica citant: ἐπισκοπεῖσθαι δεῖ, πόστην ἄγει τὴν ἡμέραν ἀπὸ τοῦ νοσεῖν ὁ ἄνθρωπος, *inquierendum est, quotum diem agat homo, ex quo aegrotare incepit.*

v. 25.

Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν.

Βραδεῖς sunt, *tardi*, *segnes*, ad aliquid animo percipiendum, imo sunt *hebetes* et *stupidi*. *Stupiditas* quae h. l. Apostolis tribuitur, eadem est cum σκληροκαρδία Marc. 16, 14. Theophrastus *charact. eth.* c. 15. p. 593. ἀναισθησίαν *stupiditatem* dicit esse: βραδύτητα ψυχῆς, ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν, *animae tarditatem in verbis et factis.* Dionysius Hal. de *rhetor. attic.* p. 83. de Lysia dicit, quod nemo adeo sit βραδὺς τὸν νοῦν, *animo hebes*, quin res a Lysia in orationibus descriptas praesentes videre sibi videatur. Plutarchus in *Antonio* p. 926. de Antonio dicit: ἐνῆν γὰρ ἁπλότης τῷ ἤθει καὶ βραδεῖα μὲν αἴσθησις, *inerat moribus eius simplicitas, et sensus hebes.* Philo opponit βραδὺς et ὀξὺς, in *Flaccum* p. 970. βραδεῖς μὲν ὄντες τὰ καλὰ παιδεύεσθαι τὰ δὲ ἐναντία μανθάνειν ὀξύτατοι καὶ προχειρότατοι, *ad honesta discenda segnes, ad contraria vero celerrimi et promtissimi.* Plutarchus de *auditione* p. 47. de Cleanthe et Xenocrate dicit, quod ipsi, βραδύτεροι δοκοῦντες εἶναι τῶν συσχολαστῶν, *commilitonibus suis tardiores esse visi*, vasis angusti orificii et aeneis tabulis se similes esse dixerint: ὡς μόλις μὲν παραδεχόμενοι τοὺς λόγους ἀσφαλῶς δὲ καὶ βεβαίως τηροῦντες, *vt qui aegre doctrinam perciperent, perceptam vero firmiter constanterque retinerent.* Sic sane etiam Apostolis ex *fidei tarditate* enascebatur insignis ipsius firmitas, constantia et πληροφορία.

v. 29.

Μεῖνον μεθ᾽ ἡμῶν, ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ, καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα.

Phrasis: πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ, verti potest: *circa vesperam est, aduesperascit iam*, et aut subaudire potes vocem

ἕρα, aut vocem ἡμέρα etiam ad hanc phrafin referre. Ita Iofephus *ant.* l. 5. c. 5. p. 151. ἐπεὶ δὲ πρὸς ἑσπέραν ἦν, *quum vero iam aduefperafceret.* Πρὸς ἑσπέραν, *circa vefperam, vefperam verfus* faepius occurrit, e. g. ibid. *bell. Iud.* l. 1. c. 13. p. 739. Ariftoteles *problem. fect.* 26. qu. 54. dicit: πρὸς ἑσπέραν καὶ τὴν νύκτα, et qu. 55. πρὸς ἑσπέραν τῆς ἡμέρας. Plutarchus de *garrulit.* p. 509. ὀψὲ δὲ λυθεὶς ἤδη πρὸς ἑσπέραν.

Phrafin vltimam habet Sophocles in *Aiace* p. 13. ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν, ἅπαντα τἀνθρώπεια, *quemadmodum dies fe inclinat et afcendit iterum: ita fe habent omnes res humanae.* Iofephus *bell. Iud.* l. 6. c. 9. p. 909. *Vfque ad medium diem ita pugnarunt*, ὀλίγον δὲ ἀπὸ μεσημβρίας ἐκκλίνοντος ἤδη, (die) *vero a meridie paululum iam declinante.*

V. 31.

Καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ᾽ αὐτῶν.

Verto: *et ille difceffit ab illis, ita vt non videretur*, ficque vocem ἄφαντος, *inuifibilis*, f. *qui non videtur*, conftruo non cum verbo, ἐγένετο, fed cum: αὐτός. Voce ἄφαντος hoc fenfu vtitur Euripides *in Orefte* v. 1557. vbi Menelaus de Helena dicit: *Audiui de mea vxore*, ὡς οὐ τέθνηκεν, ἀλλ᾽ ἄφαντος οἴχεται, *quod non fit interfecta, fed quod abrepta fit* (fc. abierit) *ita vt non confpiciatur.*

Phrafis vero, γίνεσθαι ἀπό τινος, fignificat, *ab aliquo difcedere.* Ifocrates in *Aeginet.* p. 572. *fed quid de domeftica familiaritate dico?* ἀλλ᾽ οὐδὲ φυγόντες ἀπ᾽ ἀλλήλων ἠξιώσαμεν γενέσθαι, *ne in exilio quidem alter ab altero difcedere voluimus.* Aeneas in *Poliorcet.* c. 4. p. 1649. *Poftquam vero Megarenfes veluti non animaduerfi e nauibus defcenderunt*, καὶ ἀπὸ τῆς θαλάττης ἐγένοντο, *et a mari difcefferunt.* Polybius l. 5. c. 77. p. 586. *Continuato deinde itinere, traiectoque amne Lyco, ad ea quae Myfi habitant loca venit*, ἀπὸ δὲ τούτων

γενό-

γενόμενος, ἦκε πρὸς Καρσέας, *cumque ab his discessisset, ad Carsenses venit.* Idem *excerpt. Valef.* p. 82. de Tlepolemo dicit: *maximam diei partem pilae lusu et armorum exercitatione cum adolescentibus conterebat.* Ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος εὐθέως πότους συνῆγε, *Ab his vero discedens, protinus ad compotationes transibat.* Occurrit quoque phrasis, ἀπὸ τούτων γενόμενος f. γενόμενοι, eo sensu, vt vox πραγμάτων subaudienda sit: *ab his negotiis discedens* f. *discedentes, his negotiis confectis;* sic eandem habent Polybius l. 1. c. 24. p. 35. et Plutarchus *de genio Socrat.* p. 597.

v. 32.

Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν.

Ardor animi adfectum quemlibet vehementiorem denotat, et de industria non addunt discipuli; quonam adfectu sibi, quum Christum loquentem audirent, animus incaluerit, vt indicent, se pluribus adfectibus feruidioribus simul agitatos esse, atque commotos, adfectu *amoris*, erga hominem prophetas tam dextre explicantem, adfectu *desiderii* consortio et doctrina huius hominis diutius fruendi, adfectu *spei*, quum crederent fere verbis huius efficacis doctoris, a quo v. 26. 27. de Christi gloria et resurrectione edocti erant, in primis vero adfectu *gaudii*, quum ea, quae is de gloria et resurrectione Christi docuerat, vera esse optarent, et de iisdem vt veris, cum aliqua tamen adhuc mentis fluctuatione, insigniter laetarentur. Adfectum *amoris* saepe per τὸ καίεσθαι exprimi vulgarius est. Similes quoque locutiones de *gaudio* et *desiderio* occurrunt. Gellius *noct. at.* l. 2. c. 27. *Laetitia* inquit, *dicitur exsultatio quaedam animi cum gaudio efferuentiore rerum expetitarum.* Maximus Tyrius *dissert.* 11. p. 117. de nauta ex mari ad fluuium, vnde prouectus est, redeunte dicit: *Non aliter quam Vlysses fumum de patriis quum conspicit oris,* σκιρτᾷ καὶ φλέγεται καὶ φαιδρύνεται καὶ ἐρᾷ, *exsultat, gaudio accenditur, exhilaratur et amat.*

v. 47.

Οὕτως ἔδει etc. κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλήμ.

Non mediocriter vexauit interpretes vox, ἀρξάμενον, quum ſcrupulum iniiceret illius et lectio et explicatio et conſtructio. Camerarius et Elsnerus ἀρξάμενον conſtrui debere cenſent cum verbo κηρυχθῆναι, ita vt illud veluti ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum ſit, quam conſtructionem immerito ineptam vocat Cel. Heumannus. Ita enim voce ἀρξάμενος vtuntur profani, vt verbum ſiue antecedens ſiue ſequens ſubintelligant, eo ſenſu, vt vox haec non ſolum perſonis, ſed etiam rebus tribuatur. Sic Herodotus in *Polymnia* p. 219. de flumine Chidoro dicit: ὃς ἐκ Κρηστωναίων ἀρξάμενος (ſc. ῥέειν) ῥέει διὰ Μυγδονίης χώρης, *qui e Creſtonaeis incipiens* fluere *per terram Mygdoniam fluit.* Strabo l. 1. p. 93. οὕτω μὲν οὖν ἐνδέχεται προσχωσθῆναι τὸ πέλαγος πᾶν ἀπὸ τῶν αἰγιαλῶν ἀρξάμενον, *hac ergo ratione totum mare limo impleri poſſet, incipiens* (ſc. limo impleri) *a littoribus, ſi continentes haberet amnium affluxus.* Hic poſt ἀρξάμενον repetendum eſt verbum, προσχωσθῆναι et non male interpres latinus verba reddidit: *facto a littoribus initio.* Quoniam vero talia exempla loco noſtro non omnino reſpondent, quum in iis partic. ἀρξάμενος cum voce antecedente reſpectu generis conueniat: h. l. ſubintelligi poſſet vocabulum πρᾶγμα, ita vt ἀρξάμενον in appoſitione poſitum cenſeatur cum vocibus μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν hoc ſenſu: *Neceſſe erat praedicari poenitentiam et remiſſionem peccatorum, quae res incipere debebat Hieroſolymis.* Participia et adiectiua quaelibet, neutro genere, voce πρᾶγμα ſubintellecta, cum ſubſtantiuis diverſi generis coniungi ſolere exemplis firmaui ad Matth. 6, 34. Simillimus noſtro eſt locus Athenaei l. 3. p. 103. ex Platone Comico: πότους ἑωθινοὺς πίνει διά σε νῦν, πρότερον

τερον ὐκ εἰθισμένον, (sc. πρᾶγμα) *Potus matutinos propter te nunc bibit, rem ipsi antea non solitam.*

Scripsi haec antequam euoluerem Raphelii *Annot. Herodot.* Iam haec non deleo; attamen probabiliorem illius explicationem iudico. Participia passiua vel neutralia genere neutro impersonaliter poni solent in accusatiuo, ita vt vel per ablatiuum participii, vel per: *postquam* explicanda sint. Iosephus *ant.* l. 1. c. 3. p. 6. θῦσαι τῷ θεῷ δόξαν αὐτοῖς, *postquam Deo sacrificare visum esset.* Ibid. l. 2. c. 3. p. 39. δόξαν ὖν τῦτο, *hoc igitur approbato.* Ibid. l. 5. c. 2. p. 146. Ibid. c. 4. p. 150. χρησθὲν αὐτῷ, *oraculo accepto.* Idem *bell. Iud.* l. 1. c. 17. p. 755. μηνυθὲν δὲ τῷ βασιλεῖ, *hac re vero regi indicata.* Ibid. l. 2. c. 8. p. 782. ἐπιτραπὲν δὲ λέγειν τοῖς κατηγόροις. Sic et nostro loco ἀρξάμενον ἀπὸ ἱεροσολύμων verti debet: *facto ab Hierosolymis initio.* Simillime Plutarchus de *ira cohib.* p. 461. καὶ δεινὸν ὐδὲν ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς τροφῆς σιωπῇ χρήσασθαι τοῖς παρατυγχάνουσι καὶ μὴ πολλὰ χολυμένυς καὶ δυσχολαίνοντας, *neque ardua res est, facto a cibis initio, iis quae oblata sunt, vti, non vero multum irascentes et indignantes, sibimetipsis et amicis iram inuisissimum sc. obsonium adferre.* Attamen in hoc exemplo et similibus omnibus, si de phraseos origine inquiritur, recte suppleri iubet Lamb. Bos: μετὰ τὸ ἀρξάμενον πρᾶγμα.

v. 49.

Ἕως ὖ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψυς.

Indui h. l. dicitur pro: *instrui, affici*, quod pro hebraismo venditarunt Gatakerus et Vorstius, et non obstantibus iis, quae contra Vorstium recte monuit Cel. Georgius in *Vindic. N. T. ab hebraism.* p. 109. hebraismum adhuc retinet Cel. Heumannus. En ergo locos veterum Graecorum. Diogenes Laërtius l. 3. c. 3. §. 6. ἐνεδέδυτο τἀνδρὸς καὶ τὸ βάρος, *viri illius quoque grauitatem induerat.* Aristophanes in *ecclesiaz.* p. 732. ἐνδύμεναι κατὰ σκότυ τόλμημα τηλικῦτον, *indutae in tenebris talem audaciam.*

daciam. Lucianus in *Necyomant.* p. 313. de fortuna dicit: *Maeandrium autem olim inter seruos incedentem*, τὴν Πολυκράτους τυραννίδα μετενέδυσε, καὶ μέχρι μέν τινος εἴασε χρῆσθαι τῷ σχήματι, *Polycratis tyrannide vestiuit, eoque cultu aliquantisper vti permisit.* Idem *dial. Deor. Apoll. et Bacc.* p. 177. Cupidinem vocat: δύναμιν οὐ μικρὰν περιβεβλημένον, *potentia non exigua indutum.* Ibid. *dial. Alex. Annib.* p. 147. δι' αὑτῶν δύναμίν τε περιβαλλόμενοι, *qui per semetipsos potentes facti sunt.* Idem *rhetor. praecept.* p. 438. Homerus *Iliad.* 6. v. 157. δύ' Αἴαντες θοῦριν ἐπιειμένοι ἀλκὴν, *duo Aiaces impetuosum induti robur.* Plutarchus *Consol. ad Apoll.* p. 121. *Multi autem prauos gerentes animos*, ἠμφιεσμένοι εἰσὶ σώματά τε καλὰ καὶ γένη καὶ πλούτους, *pulcris tamen corporibus, natalium nobilitate et diuitiis induti sunt.* Hippocrates de *decent. habit.* sect. 1. p. 25. τὴν πᾶσαν ἀμφιέννυνται κακίην καὶ ἀτιμίην, *omni se malitia et ignominia induunt.*



IN IOHANNEM.

CAP. I. v. 6.

Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεςαλμένος παρὰ Θεῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης.

Grotius *hebraismum* subesse putat, quod h. l. αὐτῷ, ponatur pro relatiuo ᾧ, *cui;* at subest elegans Graecismus. Sic Themistius *orat. 10. de pace ad Val.* p. 139. ἦν τις ἐπὶ τῶν προγόνων πύκτης ἀνὴρ, Μελαγκόμας ὄνομα αὐτῷ, *erat quidam maiorum nostrorum tempore pugil, qui Melancomas vocabatur.* Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 556. τῶν παρθένων μία, τῶν φυλαττουσῶν τὸ ἱερὸν πῦρ, Ὀπιμία ὄνομα αὐτῇ, *una* Vestalium *ignis sacri custodum, quae Opimia vocabatur.* Arrianus *rer. indic.* p. 581. ἐνθένδε πρὸς ὄρει ὁρμίζονται ὑψηλῷ, (ὦχος ὄνομα τῷ ὄρει) *inde ad montem sublimem appulerunt, qui Ochus vocabatur.* Eiusmodi constructio, vti fit apud Arrianum, in parenthesi ponenda, et verbum ἦν subaudiendum esse videtur. Sic enim plene Hippocrates *epist.* ad *Damag.* sect. 8. p. 9. *Cum apud te Rhodi essem Damagete, nauem illam vidi,* ἄλιος ἐπιγραφὴ ἦν αὐτῇ, *quae solis inscriptionem habebat.*

v. 11.

Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν ἐ παρέλαβον.

Verte: *veniebat ad sua, sui vero non receperunt eum.* Phrasis εἰς τὰ ἴδια generalior est; et Lamb. Bos quum suppleri iubet, οἰκήματα, *domum suam*, significatum phraseos iusto arctius restringit. Notat 1) *domum* vel *vrbem*, quam aliquis, siue propter natales suos, siue ob inhabitationem, siue ob dominium illius sibi competens *suam* vocare potest. Hoc sensu phrasin habet Iosephus *bell. Iud.* l. 1. c. 21. p. 774. *Dicens mutasse illum mentem,* καὶ ἀναπέμπειν ἕκαςον εἰς τὰ ἴδια, *et domum quemque dimit-*

dimittere. Ibid. 5. c. 30. p. 895. *ἀνεχώρουν, ἕκαστοι πρὸς τὰ ἴδια, domum finguli redierunt.* Sic et phrafis haec adhibetur 3 Maccab. 6, 27. 37. At qui *domum redit*, is et *in domum fuam* et *in vrbem fuam* reuertitur. Iofephus tamen *Ant.* l. 8. c. 10. p. 294. *μετ᾽ εἰρήνης ἀναστρέφειν εἰς τὰ ἴδια, cum pace domum redire* habet pro eo quod 1 Reg. 22, 17. dicitur: ישובו איש לביתו בשלום. 2) *εἰς τὰ ἴδια ἐλθεῖν* indicat: *in terram fuam* f. *in patriam fuam venire.* Sic Iofephus ibid. p. 295. dicit: *ἀνέζευξαν εἰς τὰ ἴδια*, pro verbis, 1 Reg. 22, 36. איש אל עירו ואיש אל ארצו. Et Arrianus *periplo mar. Eryth.* p. 178. de Sefatis ad confinia vrbis Thinae venientibus dicit: *καὶ ἀπαίρουσιν εἰς τὰ ἴδια εἰς τοὺς ἐσωτέρους τόπους, deinde in terram fuam redeunt, ad loca interiora.* Per fe patet Iohannem per *τὰ ἴδια*, in quae venit Chriftus, *terram eius Iudaeam* intelligere, quae erat terra Immanuelis Ief. 8, 8. Haec erat Dei vinea Ief. 5. cuius Chriftus erat Dominus, et *κληρονόμος* Matth. 21, 38. quanquam et fpeciatim *κατ᾽ ἐξοχὴν* per *τὰ ἴδια vrbs Dei* Hierofolyma et templum Dei intelligi poffit.

Οἱ ἴδιοι palam refpiciunt ad *τὰ ἴδια.* Quum ergo *τὰ ἴδια* fint *terra*, cuius Chriftus rex erat et Dominus: *οἱ ἴδιοι, fui* erunt *fubditi eius* Iudaei, ob arctius vinculum maiorum beneficiorum ad obedientiam Chrifto praeftandam magis obftricti, quam aliae gentes. Sic apud Iofephum *ant.* l. 8. c. 2. p. 255. de Salomone dicitur: *κατευώχει τοὺς ἰδίους ἅπαντας, omnes fuos conuiuio excipiebat*, vbi fecundum 1 Reg. 3, 15. עבדיו *ferui* et *miniftri* eius intelligendi funt. Idem ibid. l. 12. c. 17. p. 423. de Iuda Maccabaeo a Nicanore infidiis petito, dicit: *πρὸς τοὺς ἰδίους συνέφυγε, ad fuos aufugit*, i. e. ad populares fuos, qui ipfi vt duci fuo parebant.

v. 15.

Οὗτος ἦν ὃν εἶπον, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν.

Verba haec repetuntur v. 30. pro *οὗτος ἦν* ibi dicitur: *οὗτός ἐστι*, quoniam verba v. 30. de Chrifto praefente, haec vero

vero de eodem absente antea tamen ab auditoribus Iohannis viso dicta sunt.

Verba ὅτι πρῶτός μου ἦν non sunt tautologica cum praecedentibus ἔμπροσθέν μου γέγονεν. Haec enim ὅτι πρῶτός μου ἦν construenda sunt cum verbo εἶπον, reliquis: ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν veluti in parenthesi positis. Sensus est: *Hic est ille homo, de quo, quoniam ille prior me exstitit, ab aeterno sc. a Deo genitus, saepius quum illum necdum nossem nec vidissem, ad vos dixi: qui post me venturus est, fuit ante me.* Adeoque verbis: ὅτι πρῶτός μου ἦν, indicare vult Iohannes, propterea se verba: ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἔμπροσθέν μου γέγονεν, toties in ore habuisse, quoniam personae illius exsistentia multo antiquior, eiusque aduentus certo futurus, dudum sibi fuerint nota.

Πρῶτός μου, ponitur pro: πρότερός μου, *prior me.* Superlatiuum graeci ponunt pro comparatiuo. Sic Euripides *Iphig. in Aul.* v. 1594. ταύτην μάλιστα τῆς Κόρης ἀσπάζεται, *haec illi magis placet, quam puella.* Sophocles apud Stobaeum *ferm.* 120. p. 606. θανεῖν ἄριστόν ἐστιν ἢ ζῆν ἀθλίως, *satius est mori, quam misere viuere.* Ipsum πρῶτος sic vsurpat Eratosthenes in *catasterism.* c. 42. p. 135. καὶ πρῶτος ἀνατέλλει καὶ δύνει ἐκείνου, *et prior illo oritur et occidit.* Et Salustius de *diis et mundo* c. 8. p. 257. ἔστι δέ τις δύναμις, οὐσίας μὲν δευτέρα, ψυχῆς δὲ πρώτη, *est autem quaedam vis, essentia quidem inferior, sed nobilior animo.* Vbi πρῶτος de *dignitate* accipitur, qualem notionem sunt quoque, qui verbis Iohannis tribuunt.

v. 18.

Ἐκεῖνος ἐξηγήσατο.

Vertere potes: *ille diuina docuit oracula.* Ἐξηγεῖσθαι enim Graeci vatibus tribuunt, siue aliis viris quibusuis, qui secretiori cum diis commercio gaudere crediti, *oracula* de cultu Deorum, aliisue vitae Deo placiturae officiis

ciis *proponebant* et *interpretabantur*. Numa Pompilius a Dionysio Hal. *ant.* l. 2. p. 94. vocatur, τὰ θεῖα ἐξηγήσασθαι σοφὸς ἐν λόγοις, *sapiens in sermonibus rerum diuinarum interpres*. Euripides in *Phoeniss.* v. 1018. *Interficiens me ipsum ad atrum specum Draconis*, ἔνθ' ὁ μάντις ἐξηγήσατο, *vbi vates diuinitus id docuit*, *liberabo terram*. Idem *Iphig. in Aul.* v. 529. Λέξειν ἃ Κάλχας θέσφατ' ἐξηγήσατο, *dicturum illum esse oracula*, *quae enarrauit Calchas*. Quum Christus sit ipse Deus et imago patris, per quem Deus visibilis nobis velnti redditus est visibilis: posses quoque ἐξηγήσατο vertere: *oracula edidit*, i. e. vt Deus suam nobis et Patris voluntatem de salute nostra manifestauit. Sic Themistius *orat.* 26. *quom. philos. dicend.* p. 330. de Apolline loquens dicit: ἐκεῖνος δήμοις ἀθρόοις, ἐν μέσῳ τῆς γῆς ἐπὶ τοῦ ὀμφαλοῦ καθήμενος ἐξηγεῖται, *ille populis vniuersis*, *in medio terrae atque vmbilico sedens*, *responsa reddit*.

v. 20.

Καὶ ὡμολόγησε καὶ οὐκ ἠρνήσατο.

Tautologiam et Pleonasmum in his verbis nonnulli videre sibi visi sunt. At eleganter hic eadem res affirmando et negando asseritur, ad indicandam insignem Iohannis in hac confessione παῤῥησίαν. Solemne quippe est optimis auctoribus, vt de re cuius confessio confitenti damno, fraudi aut dedecori esse potest, et in θέσει et ἄρσει repetant: *dicere et non celare*, *fateri et non negare*; vt adeo tanto certior eiusmodi confessionis veritas innuatur. Sic Demosthenes de *Chersoneso* p. 43. ἐγὼ δὲ ὡς ἔχω περὶ τούτων λέξω πρὸς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι, *ego vero quid de his sentiam*, *dicam vobis et non dissimulabo*. Idem de *repub. ordin.* p. 68. *Quid vero animum meum maxime omnium turbauerit*, ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι, *dicam vobis et non celabo*. Idem or. 2. de *falsa legat.* p. 200. *Quid autem etiam in hac persuasione formidem*, φράσω πρὸς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι, *dicam vobis et non celabo*. Idem adu. *Timocrat.* p. 475.

p. 475. λέξω καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι. Propius accedit hoc Aeschinis cont. *Ctesiph.* p. 309. ταῦτά τινες οὐκ ἐξαρνοῦνται πράττειν, ἀλλ' ὁμολογοῦσιν ἐν τῷ δήμῳ, *haec se agere quidam non inficiantur, sed confitentur, apud populum.* Iosephus *ant.* l. 6. c. 8. p. 185. Σαῦλος δὲ ἀδικεῖν ὡμολόγησε καὶ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἠρνεῖτο, *Saulus vero inique se egisse confitebatur et peccatum non negabat.* Aelianus *hist. animal.* l. 2. c. 43. καὶ οὐκ ἀρνοῦνται μαθηταὶ ἀκούοντες ὀρνίθων οἱ ἄνθρωποι ἀλλ' ὁμολογοῦσι, *non id negant homines, quum auium vocantur discipuli, sed id vltro profitentur.* Euripides in *Electra* v. 1057. καὶ νῦν γε φημὶ κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τέκνον, *etiam nunc id dico neque denego filia.*

CAP. II. v. 11.

Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς.

Ab hoc exorsus est Iesus signa sua. Sic Isocrates in *panegyrico* p. 69. ἀλλ' ἀρχὴν μεν ταύτην ἐποιήσατο τῶν εὐεργεσιῶν τροφὴν τοῖς δεομένοις εὑρεῖν, *ab hoc beneficia sua auspicata est, vt victum curaret indigentibus.* Andocides *orat.* 3. p. 285. *Olim tempus erat Athenienses, quando neque moenia, neque naues habebamus. His vero comparatis,* τὴν ἀρχὴν ἐποιησάμεθα τῶν ἀγαθῶν, *inde exorsi sumus felicitatem nostram.*

v. 15.

Καὶ τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε.

Lamb. Bosius pro ἀνέστρεψε legendum esse indicat ἀνέτρεψε, quum hoc notione *subuertendi* vsitatum sit, prius vero non item. Defendit lectionem receptam aliquot exemplis Cel. Alberti in *Obseruat.* ad h. l. Huic vero se iterum opposuit Vir doctus in *symbolis litterar. Bremensibus* tom. 3. p. 316. qui coniecturam L. Bosii defendens, exempla a Cel. Alberti allata in eodem haerere putat luto. Excusatius igitur peccabo, messem adferens exemplorum, ad ferendas integritati vocis ἀνέστρεψε suppetias

et expugnandum docti huius dubitatoris haesitationem. Ἀναςρέφειν generatim notat, *inuertere*, siue aliquid sursum vel deorsum *inuertatur*, siue ex vno latere in aliud. Ἀνὰ in compositione hic notionem habet *iterationis*, vti ἀναγεννᾷν, *regenerare*, ἀνακαινῦν, *renovare*, sic: ἀναςρέφειν *iterum vertere*. Adeoque ἀναςρέφειν latius patet quam καταςρέφειν, hoc *subuertere* tantum notat, illud vero notat, *inuertere*, i. e. a) *sursum vertere*, b) *deorsum vertere* s. *subuertere*, c) *in aliam partem siue latus conuertere*, *inuertere*. Notionem *inuertendi* probo ex his locis. Lucianus *dial. mar. Cyclop. et Nept.* p. 190. Cyclopi ab Vlysse inebriato haec tribuit verba: Ἅπαντα γὰρ εὐθὺς ἐδόκει μοι περιφέρεσθαι πίοντι, καὶ τὸ σπήλαιον αὐτὸ ἀνεςρέφετο, *omnia postquam bibissem, mihi protinus circumagi videbantur, et antrum ipsum inuertebatur.* Euripides in *Helena* v. 1573. de boue dicit: ἀλλ' ἐξεβρυχᾶτ' ὄμμ' ἀναςρέφων κύκλῳ, *sed mugiebat circumagitans oculos.* Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 146. ἀναςρέψασα τὰς ἀνθρωπίνας δικαιώσεις ἡ φύσις, *natura humani iuris leges inuertens.* Idem l. 6. p. 397. τὴν τῶν δικαίων ἀξίωσιν ἀναςρέφοντες, *iuris rationem inuertentes.* Ibid. l. 8. p. 506. ἀνέςρεψε ταῦτα ἡ τύχη ἀμφότερα, *haec ambo fortuna inuertit.* Plutarchus *sympos.* l. 5. qu. 6. p. 679. de iis, qui antea magis proni mensae accubuerant, dicit: ἀναςρέφειν αὑτοὺς μᾶλλον ἐπὶ πλευρὰν, *se magis in latus inuertere.* Idem de *exsilio* p. 600. τοῖς δεδοικόσι τὰ προσωπεῖα παιδίοις ἐγγὺς καὶ ὑπὸ χεῖρα ποιοῦντες καὶ ἀναςρέφοντες, *pueris laruas timentibus illas propius admouemus, in manus illas tradentes et inuertentes.* Notione *sursum vertendi* s. *erigendi* ἀναςρέφειν occurrit ibidem paulo post, vbi postquam de homine ex Platone dixerat, esse illum plantam quandam coelestem, addit corpus eius esse πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνεςραμμένον, *coelum versus erectum.* Possent haec sufficere, quoniam *inuertere* si de mensa dicatur, e qua pecunia effusa est, idem est, quod *subuertere.* Sed adsunt clariora. Idem Plutarchus de *Pythiae orac.* p. 396. verbis καταςρέφειν et ἀνα-

ἀναϛρέφειν vt synonymis vtitur de Pauſone pictore dicens: *Conduxerat is pingendum equum, qui ſeſe volutaret; pinxit currentem et locatore inique id ferente, ridens Pauſon*, κατέϛρεψε τὸν πίνακα, *tabulam inuertit*. καὶ γενομένων ἄνω τῶν κάτω, *ſicque inferis partibus ſurſum elatis, equus iam non currens, ſed volutans ſeſe viſus eſt. Hoc ait Bion, quibusdam etiam orationibus accidere*, ὅταν ἀναϛρέφωσι, *quando inuertuntur*. Senſu *euertendi et ſubuertendi* ἀναϛρέφειν occurrit his locis. Polybius l. 5. c. 9. p. 499. ἀνέϛρεψαν δὲ καὶ τὰς ἀνδριάντας, *ſubuerterunt vero etiam ſtatuas*. Dionyſius Hal. *ant.* l. 7. p. 433. πολλάκις ἀναϛρέψαι κινδυνεύσαντες τὴν πόλιν, *ſaepe in periculo verſantes vrbem ſubuertendi*. Ibid. l. 9. p. 563. τὴν ἑϛίαν ἀνέϛρεψε, *focum euertit*. Ibid. p. 610. ἃ πολλὰς ἤδη πόλεις ἰσχυρὰς λαβόντα ἐκ βάθρων ἀνέϛρεψε, *quae multas iam vrbes potentes occupatas funditus euerterunt*. Ibid. l. 6. p. 377. ἀναϛρέψουσι τὸ κοινὸν, *euertent rempublicam*. Ibid. l. 7. p. 440. τὴν τάξιν ἀναϛρέψαι τῆς πατρίου πολιτείας, *patrium reipublicae ordinem euertere*. Sic opinor e luto emerſiſſe τὸ ἀνέϛρεψε apud Iohannem.

v. 19.

Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.

Imperatiui λύσατε ea eſt emphaſis, vt Chriſtus *deſtructionem* hanc templi corporis ſui, certo futuram eſſe, nec a ſe impeditum iri praedicat. Λύειν *pro deſtruere* vſurpant Homerus *Iliad.* π. v. 100. Ὄφρ' οἶοι Τροίης ἱερὰ κρήδεμνα λύωμεν, *vt ſoli Troiae ſacra moenia diruere mus*. Theognis in *ſentent.* p. 176. λύειν ὡς πόλεως τείχη ἁλωσομένης, *ſoluere muros vt vrbis capiendae*. Ioſephus *bell. Iud.* l. 7. c. 3. p. 944. καὶ τὸ τεῖχος · λύειν ὑπελάμβανον, *et murum ſe deſtruere poſſe putabant*.

Ναὸν ἐγείρειν eſt, *templum aedificare*, ſ. *exſtruere*. Lucianus in *auctione vit.* p. 356. ναοὺς ἐγείραντες, *templa aedi-*

aedificantes. Idem in *Pseudomant.* p. 866. *νεὼν αὐτίκα ἐψηφίσαντο ἐγεῖραι, statuerunt protinus templum erigere.* Iosephus *ant.* l. 15. c. 12. p. 535. *ναὸν ἐν αὐτῷ μεγέθει καὶ κάλλει τῶν ἐλλογιμωτάτων ἤγειρεν, in illo templum exstruxit magnitudine et pulcritudine insigne.* Ibid. c. 13. p. 541. *ναὸν ἐγείρει, templum exstruxit.* Ibid. c. 14. phrasis aliquoties reperitur. In verbis nostris vero: *ἐγείρειν, reficere, denuo exstruere* denotat, quo sensu de Hierichunte, quam *instaurari* Iosua vetuit, idem Iosephus *ant.* l. 5. c. 1. p. 137. dicit: *καὶ κατὰ τῶν οἰκησόντων, εἴτις πορθηθεῖσαν ἐγείρειν ἐθελήσειεν ἀρὰς ἔθετο et incolas futuros, si quis vastatam instaurare vellet, diris exsecratus est.*

CAP. III. v. 3.

Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν.

Vtrum *ἄνωθεν* hic: *superne*, an vero, *denuo, iterum*, significet, disceptatur. Quoniam ipse Nicodemus v. 4. *τὸ γεννηθῆναι ἄνωθεν* explicat per *δεύτερον εἰσελθεῖν εἰς κοιλίαν μητρὸς*: *ἄνωθεν* sequitur, idem fere esse cum *δεύτερον*. At multo maior: *τῷ ἄνωθεν* inest emphasis. Significat illud: *denuo, inde a primis initiis, a primo veluti stamine*, eo sensu quo Lucas c. 1, 3. se dicit: *ἄνωθεν inde a primis initiis* omnia assecutum esse. Emphasis subest haec: *Quemadmodum magno naturae fictricis apparatu nouem mensium spatio in vtero gignitur infans: ita, quum tota hominis indoles simul cum illo nata, ad regnum Dei inepta sit, veluti a primis initiis iterandam esse hanc generationem, nec minoris molis opus esse Deo, nouum hominem condere et effingere, et ad plenam quandam indolis sibi placentis imaginem illum efformare.* Simili sensu *πάλιν ἄνωθεν* coniungit apostolus Gal. 4, 9, quae adeoque non prorsus synonyma sunt. Sic et Iosephus *ant.* l. 1. c. 18. p. 27. dicit: *φιλίαν ἄνωθεν ποιεῖται πρὸς αὐτὸν, amicitiam cum illo denuo sancit.* Socrates apud Stobaeum *serm.* 124. p. 616. postquam vitam aleae ludo similem esse dixisset, addit: *οὐ γάρ ἐστιν ἄνωθεν βαλεῖν,*

βαλεῖν, ἐδὲ ἀναθέσθαι τὸν ψῆφον, non enim denuo iacere licet, neque tesseram aliter ponere.

Quod fieri non posse dicit Nicodemus, vt in vterum homo redeat, id factum cum Daphne esse, auctore Palaephato de *incred.* c. 50. fabulantur veteres. Finguntque nempe hanc, quum pudicitiae eius insidiaretur Apollo, matrem suam terram rogasse: *πάλιν αὐτὴν εἴσω ποιῆσαι, καὶ τηρῆσαι οἵα γεγένηται, vt se denuo intra se reciperet, et seruaret talem, qualem so antea genuisset.* Quod etiam a terra factum esse addit.

v. 19.

Ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς, ἦν γὰρ πονηρὰ αὐτῶν τὰ ἔργα.

De male agentibus, quod tenebras, et de bene agentibus, quod lucem ament, similem sententiam habet Plutarchus *contra voluptat.* apud Stobaeum *serm.* 6. p. 81. *ἐδεὶς τῶν καλῶν ἔργων σκότος παραβάλλει τὸ φῶς αὐτοῖς μαρτυρεῖν αἰσχυνόμενος, ἀλλὰ ὅλον ἅμα τὸν κόσμον ἥλιον γένεσθαι πρὸς ἃ κατορθοῖ βέλοιτ' ἄν· ἅπασα δὲ κακία ὁρᾶσθαι γυμνὴ φυλάττεται, σκέπην προβαλλομένη τὰ πάθη, nemo honestis actionibus caliginem obtendit, lucem earum testem reformidans. Imo totum mundum solem esse optaret, erga illa, quae praeclare agit. Omne vero crimen nudum conspici cauet, adfectibus veluti tegumento quodam se inuoluens.* Similem Platonis locum ex *Philebo* vide ibid. p. 85. Locum priorem video iam notasse Gatakerum ad Antoninum l. 3. §. 7.

v. 25.

Ἐγένετο ἐν ζήτησις ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννε.

Non opus est hic cum Grotio, Beza aliisque suppleri *τισὶν* eo sensu, quod *nonnullis* tantum Iohannis discipulis orta sit disputatio. Hae enim phrases diuersissimum habent sensum. Si dico: *ἐγένετό τινι ζήτησις μετὰ Ἰεδαίων,* sensus est: *orta est alicui disputatio cum*

 Iudaeis,

Iudaeis. At si dicas: ἐγένετο ἐκ τινὸς, id notat: *orta est ab aliquo veluti ab auctore.* Posterior sensus inest verbis Euangelistae. Verte itaque: *orta est igitur disputatio a discipulis Iohannis.* Eandem phrasin habet Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 556. ζήτησις δὴ μετὰ τοῦτο πολλὴ ἐκ πάντων ἐγένετο, *multa igitur inquisitio ab omnibus facta est.* Ibid. l. 9. p. 565. ὡς δὲ ἐξ ἁπάντων ἐγένετο τοῦτο, *quum vero id ab omnibus fieret.* Ibid. p. 567. ἀναβοήσεις τε ἐξ ἁπάντων ἐγίνοντο, *ortae sunt ab omnibus conclamationes.* Ibid. paulo post: πολὺς ἐξ ἁπάντων ἔπαινος ἐγένετο. Ibid. l. 9. p. 604. κραυγῆς δὲ ἐκ τῶν παρόντων γενομένης, *exorto a circumstantibus clamore.* Ibid l. 10. p. 633. Aeneas in *Poliorcet.* c. 11. p. 1661. ὡς ἐπαναστάσεως γινομένης ἐξ αὐτῶν, quasi illi seditionis essent auctores.

v. 32. 33.

Καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ οὐδεὶς λαμβάνει. Ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν.

Verba priora vertunt plerique: *et testimonium illius nemo recipit*, ita vt per *testimonium* doctrinam Christi intelligant, quae a nemine fere Iudaeorum vt vera recipiatur. Non placet interpretatio 1) quoniam nimis sibi contradicerent πάντες v. 26. et οὐδεὶς h. l. cum *omnes* ad Christum venisse dicantur: discipulos eius tum non adeo *paucos* fuisse necesse est. 2) Sic verba v. 33. huic loco non satis apta esse, neque sensum satis foecundum fundere videntur. Cel. Heumannus verba v. 32. modo hoc iam dicto explicat; v. 33. vero nouam tentat explicationem docte quidem, at si quid iudico, infeliciter. Interpretatur is verba ista de Iohanne in hunc sensum: *Is qui testimonium de illo accepit, confirmatus est in animo suo. Deus enim verax est.* Intelligi hic iubet testimonium coeleste, quod de Christo, quum illum baptizaret, voce diuinitus emissa accepit Iohannes. At probabile haud facile cuiquam videbitur phrasin immediate

diate repetitam, tam diuerso gaudere sensu. v. 32. Vir doctus per *μαρτυρίαν* intelligit, *doctrinam Christi*, v. 33. per *μαρτυρίαν* intelligit *testimonium Dei coeleste*. v. 32. *αὐτῦ* explicat: *eius*, subiectiue, v. 33. transfert: *de illo* obiectiue. v. 32. *λαμβάνειν* ipsi significat, *recipere* i. e. fide et obsequio amplecti, v. 33. eadem vox ipso iudice notat: *accipere* siue auribus percipere. Scriptor, qui nec aenigmata loqui, nec in errorem deducere vult lectorem, aut non potest integram phrasin, sensu per singulas voces diuerso immediate sibimetipsi subiungere, aut lectorem de tanta sensus diuersitate sufficienti iudicio moneat, necesse est. Ἐσφράγισεν explicat Vir Cel. *confirmatus est*. Hic exempla desidero, quibus verbo actiuo, significatus hicce neutralis confirmetur. Ita quoque deesset obiectum, de quo Iohannes sit confirmatus, supplendum foret, e. g. *περὶ αὐτῦ*. Nimis obuium videtur, in verbis sequentibus obiectum *τῦ σφραγισμῦ* contineri.

Tentabo nouam explicationem. Verto: *Et testimonium eius nemo suscipit. Qui vero testimonium eius suscepit, is obsignauit, quod Deus verax sit*. Per *μαρτυρίαν αὐτῦ*, *testimonium de illo* Iesu sc. intelligo. Quod *μαρτυρία τῦ Ἰησῦ*, s. *Χριςῦ*, in sacris saepe testimonium de Iesu s. Christo significet, exemplis satis muniuit Cel. Heumannus. *Λαμβάνειν* vtrinque notat, *suscipere*, vti Matth. 10, 38. *ὃς ὐ λαμβάνει τὸν ςαυρὸν αὐτῦ*, *qui crucem suam non suscipit*, et Hebr. 7, 5. *τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες munus sacerdotum suscipientes*. Dicere igitur v. 32. vult Iohannes: ***Non obstante summa personae Christi eminentia doctrinaeque illius praestantia et certitudine, neminem fere reperiri, qui munus illud in se suscipiat, de illo diuinaque eius origine et missione publicum dicendi testimonium***; ***nondum habere illum μάρτυρας αὐτῦ, siue μαρτυρῦντας περὶ ἑαυτῦ***, *vti postea* Act. 1, 8. Ioh. 15, 26. 27. His opponit v. 33. semetipsum, dicens: *qui suscepit testimonium eius*. Satis perspicua erant haec verba discipulis Iohannis, respiciunt

 enim

enim ad v. 26. ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας. Celebre est hoc Iohannis baptistae *testimonium*, tam frequenti Euangelistae nostri mentione c. 1, v. 7. 8. 15. 19. 32. 34. et ipsius Christi prouocatione nobilitatum infra c. 5, 33. 36. *Suscepisse* se hoc testimonium dicit, in praeterito, quoniam hoc caput atque summa fuit totius muneris ipsius. Se igitur *testem* personae et officii Iesu Christi dicit: *obsignasse, quod Deus verax sit. Obsignare* testium in primis esse officium dudum h. l. monuerunt viri docti, at de eo non cogitarunt, quod hoc modo perquam elegans se ostendat nexus inter μαρτυρίαν λαμβάνειν, *testari, testimonium dicere et obsignare*. Qui nexus plane nullus foret, si μαρτυρίαν λαμβάνειν esset: *testimonio credere*. Testimonium *obsignat*, non qui testimonio fidem habet, sed *testis ipse*. *Obsignare* vero idem est quod *confirmare, stabilire*. Philo de *vita Mosis* p. 607. homines rebus prosperis elatos, contemnere solere alios dicit, ὥσπερ τὸ ἀκλινὲς τῆς εὐπραγίας ἐν βεβαίῳ παρ᾽ αὐτοῖς εὖ μάλα σφραγισάμενοι, *quasi felicitatem suam immobilem in tuto collocatam satis obsignassent*. f. stabiliuissent. Idem *legat. ad Caium* p. 1026. Caii auum et proauum vocat, ἐπισφραγιζομένους τὰ ἡμέτερα ἔθη, μετὰ πάσης ἐπιμελείας *qui mores nostros diligenter confirmarunt*. Maximus Tyrius *Dissert*. 40. p. 398. quaerit, vtrum id scientia dicendum sit, quod a sensibus ad animam perlatum, μετὰ ταῦτα ἐπισφραγίσηται ὁ λογισμὸς τῇ ἐμπειρίᾳ, *postea ratio cum experientia confirmet? Confirmasse* se igitur testimonio suo libere et constanter apud Iudaeos dicto, asserit Iohannes, quod Deus sit verax, quod is promissorum suorum, de mittendo Messia eoque donis praestantissimis exornando fidem exsoluerit. Respicere videtur in primis ad impleta vaticinia, quae Messiam vt prophetam praenunciant, id enim ostendit vocula γὰρ v. 34. vbi Christum reuera esse talem prophetam asseritur; respicit porro ad vaticinia e. g. Ies. 11, 2. de vnctione Christi per excellentissima Spiritus s. dona agentia; ad haec dona respiciebat βαπτισμὸς πνεύματος Matth. 3, 11. ad haec dona

dona respicit, in verbis: ὀ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα.

CAP. IV. v. 6.

Ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. Ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη.

Κοπιᾷν significatu neutrali est, *fatigari*, *fatigatum esse.* Sic Iosephus *bell. Iud.* l. 5. c. 21. p. 885. κοπιάσαντας ἐν τοῖς ἐμφυλίοις κακοῖς, *intestinis malis defessos.* Aristophanes in *Thesmophor.* p. 808. παίζουσαι καὶ κοπιῶσαι, *ludentes et defatigatae.* Plutarchus *praec. reip. ger.* p. 812. τί ὦ μακάριοι κοπιᾶτε, πολλάκις εὖ πάσχοντες: *Cur o beati defatigamini, crebra accipiendo beneficia?*

Si vocula οὕτως per *postea* vertenda esset, quod volunt nonnulli: scriptor sacer dicere debuisset: κεκοπίακε καὶ ἐκαθέζετο οὕτως. Iam vero idem latet in participio praeterito. Inconcinne sane diceretur: *postquam defatigatus erat, consedit postea.* Alterum abundat. Solemne est graecis praecedente participio, voculam οὕτως *pleonastice* ponere. Iosephus *ant.* l. 1. c. 20. p. 34. βιώσας γὰρ ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν μετὰ ἀρετῆς, οὕτως ἀπέθανε, *annis 185 cum virtute exactis mortuus est.* Idem *ant.* l. 9. c. 6. p. 310. de Iezabela: συμπατηθεῖσα ὑπὸ τῶν ἵππων οὕτως ἀπέθανε, *ab equis conculcata, mortua est.* Pausanias *Boeot.* s. l. 9. p. 549. Αὐξηθείσης δὲ ὕστερον τῆς πόλεως, οὕτω τὴν Καδμείαν ἀκρόπολιν συνέβη τῶν κάτω γενέσθαι Θηβῶν, *aucta postea vrbe, inferioribus Thebis pro arce Cadmea fuit.* Ibid. p. 552. Αὐτεσίωνος δὲ ἀπελθόντος, οὕτω βασιλέα εἵλοντο Δαμασίχθονα, *Autesione iam profecto, regem illi surrogarunt Damasichthonem.* Ibid. p. 544. Plutarchus in *Ag. et Cleom.* p. 822. ὅταν αὐτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ἴδῃ πεπτωκότας, οὕτω τελευτᾶν, *vt postquam ipsum aliosque occubuisse vidisset, ipse sibi mortem consisceret.* Idem in *Galba* p. 1055. *accessisse se ad cadauer, atque cum exanimem spectasset,* οὕτως ἐξελθεῖν, *iter ingressum esse.*

Ἐπὶ τῇ πηγῇ verte: *ad puteum.* Iosephus *ant.* l. 5. c. 1. p. 139. στρατοπεδευσαμένους ἐπί τινι πηγῇ τῆς πόλεως οὐκ ἄπωθεν, *castris ad puteum quendam non procul ab vrbe positis.* Polybius l. 2. c. 11. p. 139. vrbem Rizonem vocat, ἐπ' αὐτῷ κείμενον τῷ Ῥίζονι ποταμῷ, *ad ipsum Rizonem fluuium sitam.*

Horam tum fuisse circiter sextam, i. e. tempus meridiei addit Euangelista, 1) vt simul caussa innotescat, quae Christi sitim auxerit et defatigationem, auctus sc. circa meridiem aestus solis. 2) vt caussam adferret, cur sec. v. 8. ad cibos ex vrbe adferendos discipulos amandauerit Iesus; quoniam ordinaria prandii hora apud Iudaeos erat hora sexta. Sic Iosephus in *vita sua* p. 1020. εἰ μὴ τὴν σύνοδον διέλυσεν ἐπελθοῦσα ἕκτη ὥρα, καθ' ἣν τοῖς σάββασιν ἀριστοποιεῖσθαι νόμιμόν ἐστιν ἡμῖν, *nisi concionem soluisset sexta hora superueniens, qua sabbato prandium capere apud nos moris est.*

v. 9.

Οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις.

Cel. Millius *Differt. de caussis odii Iudaeos inter et Samar.* Trai. 1725. edita §. 20. verbum συγχρῶνται explicat: *Non vtuntur Iudaei Samaritanis*, et sensum subesse putat: quod vasis Samaritanorum Iudaei vsi non sint, adeoque mulier hic mirata sit, Iesum e vase suo bibere velle. Est ille omnino vsitatior vocis συγχρᾶσθαι significatus, *opera alicuius vti*, quo verbum hoc e. g. in Appiani *bell. Mithridat.* p. 322. et Polybio l. 5. c. 39. p. 536. et ibid. c. 69. p. 575. occurrit. At non satis fidit ipse Vir doctus huic interpretationi, ipse probans, quod cibis per Samaritanos coctis, vti Iudaeis licuerit. Imo discipuli cibos emturi v. 8. et quidem iam paratos v. 31. eo ipso vasis et opera Samaritanorum vsi sunt. Si igitur haec significatio recipienda esset: verterem: *non vti solent opera Samaritanorum*, vt sensus sit, *Iudaeos id haud libenter facere, vt Samaritanorum cibis, vasis, opera vtantur, adeoque non extra casum necessitatis.* Malim tamen tenere

nere explicationem Grotii et aliorum, iuxta quos verto: *Non enim amice vtuntur Iudaei Samaritanis.* Ita vt nullam Iudaeos inter et Samaritanos intercessisse familiaritatem asseratur. Ita simplex χρᾶσθαι haud raro occurrit. Isocrates *adu. Callim.* p. 550. τῶν δὲ χρωμένων τινὲς τούτῳ, *nonnulli vero, qui illo familiariter vtebantur.* Iosephus *ant.* l. 18. c. 8. p. 630. σφόδρα γὰρ ἀλλήλαις ἐχρῶντο αἵδε γυναῖκες, *magna has inter mulieres familiaritas intercesserat.* Plutarchus in *Arato* p. 1048. ἄνθρωπον οὐ πονηρὸν ἀλλὰ καὶ κεχρημένον ἐκείνῳ, *hominem non malum, imo et ipsi familiarem.* Differt paullulum notio vocis in hoc Arriani in *Periplo mar. Eryth.* p. 159. συνεχρήσαντο δὲ αὐτῇ καὶ ἀπὸ Μέζα τινες, *Commercium vero cum illa* (sc. insula) *habent, Muzenses nonnulli.*

v. 12.

Καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιε καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ.

Per θρέμματα h. l. *familiam* s. *domesticos* Iacobi i. e. seruos eius et ancillas cum Cel. Maio intelligo. Celebritatem quandam et dignitatem putei commendare vult mulier, quod ipse Iacobus cum suis eodem vsus sit, qui adeoque a Iesu immerito contemnatur. Ad hoc vero parum faceret, dicere: quod etiam pecora Iacobi ex hoc puteo hauserint. Inconueniens quoque et indecens fuisset, pecora commemorari, omni seruorum et ancillarum mentione neglecta, quorum tamen multitudine abundabant patriarchae. Haud rara est, hac notione vox θρέμμα profanis. Illa quum a τρέφω descendat, *alumnos* proprie notat. Hinc Libanius *epist.* 343. p. 167. de discipulis Aresii dicit: γενναῖά γε σου τὰ θρέμματα, *egregii sunt alumni tui*, et Menander apud Stobaeum *serm.* 115. p. 589. inquit: πικρόν ἐστι θρέμμα γέρων ἐν οἰκίᾳ μένων, *molestus est alumnus senex domi manens.* De *domesticis* vero frequens est vox in *marmoribus Oxoniensibus* e. g. marm. 92. haec

continetur monumenti sepulcralis inscriptio: *Pub. Aelius Epictetus emit sibi et vxori in perpetuam possessionem*, καὶ τοῖς τέκνοις καὶ θρέμμασιν, *et filiis et domesticis.* Item *marm.* 136. *Amilla Metrei filia dum vixit, praeparauit sibi et Contubernali suo Asclepiadae hoc monumentum*, καὶ τοῖς θρέμμασι, καὶ ἐκγόνοις αὐτῶν καὶ θρέμμασι, *et domesticis eorumque posteris et domesticis.* Ibid. paulo post dicitur: *permitto etiam* τοῖς θρέμμασί μου, *domesticis meis, si velint, sepulcra adiicere.* Obiicit huic explicationi Cel. Lampius. 1) *metaphoram talem Rhetoribus vsitatam non illico ab hominibus e triuio adoptari.* Resp. Stilus lapidaris e triuio esse solet. 2) *dubitat, vtrum dialecto, qua Samaritis vsa est, talis metaphora fuerit obuia.* Resp. Neque id opus esset; sufficeret, si Samaritae vocabulum haberent, quod seruos et seruas simul denotaret. At, quod egregie hanc sententiam firmat, habent saue Samaritani hanc metaphoram. Seruos et ancillas, quos Gen. 26, 14. textus hebraicus עֲבֻדָּה nominat, interpres Samaritanus ibidem פרנסה, θρέμματα vocat, a פרנס *alere, nutrire.* Dialecto vero Samaritana, quae a lingua Iudaeis tum vernacula parum diuersa erat, locutam esse mulierem, haud dubium esse puto. Obiicit praeterea b. Wolfius in *Curis*, hanc notionem vocis θρέμμα sacris scriptoribus alias non esse receptam, immemor nempe vocem hanc esse, ἐκ τῶν ἅπαξ λεγομένων, et ne quidem apud LXX. interp. vnquam occurrere.

V. 14.

Γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.

In voce ἅλλεσθαι, *salire* de aqua adhibita, *latinismum* inesse non pauci iudicant. Ipse quoque Cel. Georgius in *Hierocritico N. T.* Part. 2. vbi is in *latinismis* per exempla veterum debellandis, acie plerumque satis instructa militare solet: nullum verbi ἅλλεσθαι, hac notione et constructione vsurpati, adferre potuit exemplum. Loquitur tamen simili modo Achilles Tatius l. 2. p. 97.

τὸ

τὸ γὰρ τῆς Σικελικῆς πηγῆς ὕδωρ κεκεραςμένον ἔχει πῦρ· καὶ φλόγα μὲν ὄψει κάτωθεν ἁλλομένην ἄνωθεν. θίγοντι δέ σοι τὸ ὕδωρ ψυχρόν ἐστιν οἷόν περ χιών, *fons in Sicilia reperitur, permistum aquae ignem continens, in quo salientem ab imo ad summum flammam conspicias, aquam vero si tangas, niuis instar frigidam inuenies.* In libro *de mundo*, quem Aristoteli tribuunt, c. 4. p. 1209. vento tribuitur τὸ ἅλλεσθαι. Verba sunt: θυέλλα δὲ πνεῦμα βίαιον, καὶ ἄφνω προσαλλόμενον, *thyella vera est ventus vehemens et repente prosiliens.*

v. 18.

Τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας.

Adiectiuum ἀληθὲς, h. l. eleganter ponitur, pro, ἀληθῶς, *vere.* Similiter Demosthenes de *Halonesο* p. 34. τοῦτό γε ἀληθὲς λέγουσιν, *hac in re verum dicunt.* Xenophon de *vectigal.* p. 587. ὅπως δὲ γνωσθῇ, ὅτι ἀληθὲς τοῦτο πρῶτον λέγω, *vt autem innotescat, primum hoc a me vere dici.* Lucianus in *fugitiu.* in initio, ἀληθῆ ταῦτά φασι πάτερ, *num vera haec dicunt pater?*

v. 34.

Ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με.

Sensus verborum est: *voluntati patris, qui miserat illum morem gerere, sibi maximo esse oblectamento, et eius semet obsequio non minus exsatiari, quam stomachus cibo; imo se tanta cum voluptate peragendis Dei operibus intentum esse, vt cibi potusque se capiat obliuio.* Simile loquendi genus occurrit apud Achillem Tatium l. 5. p. 307. vbi Melite Clitophonti sponso suo, quod ipsa cibum non caperet, querenti, respondet: ποῖον γάρ ὄψον μοι πολυτελές; ἢ ποῖος οἶνος τιμιώτερος τῆς σῆς ὄψεως; καὶ ἅμα λέγουσα κατεφίλει με προσιέμενον ἐκ ἀηδῶς τὰ φιλήματα. εἶτα διασχοῦσα, εἶπεν αὕτη μοι τροφὴ, *quodnam mihi lautius obsonium, quodnam vinum pretiosius tuo adspectu esse putas? His dictis protinus me exosculata,*

osculata, iam non aegre oscula admittentem; deinde retrocedens, hic mihi inquit cibus est. Pindarus *Nem.* 8. v.36. ὄψον φθονεροῖσιν *obsonium inuidorum* id vocat, si quis res nouas dicere aggrediatur.

V. 44.

Αὐ.. γὰρ ὁ Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν, ὅτι προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν οὐκ ἔχει.

R: io in his verbis redditur, cur Iesus in reliquam Galilaeam non vero Nazaretham vrbem patriam profectus sit: quae verba tum nemini facile obscura esse potuerunt, quum et aliis scriptoribus graecis vox πατρὶς frequentius *vrbem patriam*, quam *terram* s. *regionem natalem* denotet; in oriente vero et apud Iudaeos semper fere *vrbem patriam* designet. Hinc in N. T. libris πατρὶς numquam ponitur pro *regione patria*, imo nec in versione LXX. interp. Achilles quoque Tatius πατρίδα opponit, *regioni natali*, l. 1. p. 11. ἐμοὶ Φοινίκη γένος, Τύρος ἡ πατρὶς, *mihi Phoenicia natale solum, patria vero Tyrus est.* Apud Philonem *legat. ad Caium* p. 1031. Rex Agrippa dicit: ἔστι δὲ μοι Ἱεροσόλυμα πατρὶς, *mihi vero Hierosolyma patria est.* Apud Iosephum *ant.* l. 14. c. 16. p. 481. Caesar Hyrcano, τὰ τῆς πατρίδος ἀναστῆσαι τείχη, *patriae moenia restituere*, permisisse dicitur. Ibid. l. 9. c. 7. p. 313. πατρὶς *patria* matris Ioasi Bersaba dicitur, et l. 10. c. 10. p. 339. Ieremiae πατρὶς Anathoth vocatur. Apud Euripidem etiam voce γῆ adiecta in *Helena* v. 16. vrbs Sparta, γῆ μὲν πατρὶς οὐκ ἀνώνυμος Σπάρτη vocatur et in *Ione* v. 261. πατρὶς γῆ δ' Ἀθηναίων πόλις, *patria vrbs Atheniensium* appellatur. Haud igitur difficile fuit et hic lectoribus, per πατρίδα notione maxime famosa, et quae sola in N. T. recepta est, Nazaretham, vrbem, vbi Christus et genitus est et educatus, intelligere.

V. 46.

v. 46.

Ἦλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πάλιν εἰς τὴν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, ὅπου ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον, καὶ ἦν τις βασιλικὸς, οὗ ὁ υἱὸς ἠσθένει ἐν Καπερναούμ.

Phrasis: πάλιν ἐλθεῖν est, *redire, reuerti.* Sic Thucydides l. 2. p. 51. πάλιν ἦλθον ἀπαγγέλλοντες, *redierunt annunciantes.* Idem l. 3. p. 67. ἐν ὅσῳ δ' ἂν πάλιν ἔλθωσι, *donec redierint.* Xenophon *Cyrop.* l. 5. p. 79. πάλιν ἐλθεῖν θεασόμενον, *redire ad spectandum.* Ibid. l. 8. p. 146. ἐπειδὰν πάλιν ἔλθωμεν διδασκέτω με, *quum reuerterimus, me doceat.* Dionysius Hal. *ant.* l. 5. p. 300. *fide regi per iusiurandum data*, ὑπὲρ τοῦ πάλιν ἐλεύσεσθαι, *de reditu.*

In Verbis: καὶ ἦν τις βασιλικὸς, repetenda est ἀπὸ τοῦ κοινοῦ vocula ὅπου, hoc sensu: *vbi ex aqua vinum fecerat, et vbi regius ille Capernaumo ad Iesum quaerendum profectus, tum forte aderat.*

Ambigua est vox βασιλικός. Regium ministrum intelligere nolim, 1) quia tum in Galilaea proprie ne rex quidem aderat. 2) quia vox βασιλικὸς nimis generalis est, in qua explicanda vocem ὑπηρέτης suppleri nulla hic cogit ratio. Posses sane eodem iure *militem regium* intelligere. Tales enim a Iosepho saepius vocantur βασιλικοί. E. g. *bell. Iud.* l. 2. c. 35. βασιλικοὺς ὁπλίτας vocat, et in *vita sua* elliptice p. 1029. dicit: ὑπήντησα τοῖς βασιλικοῖς καὶ εἰς φυγὴν ἔτρεψα, *regiis obuiam factus, in fugam eos compuli.* Posses quoque eodem iure *seruum regium* intelligere, quemadmodum Iosephus *ant.* l. 8. c. 10. παῖδα βασιλικὸν *seruum regium* regis Syrorum commemorat. At voces per ellipsin supplendae maxime obuiae esse debent. De vocibus ὑπηρέτης, παῖς, vel στρατιώτης supplendis, sane haud facile cogitabit lector; vocem ἀνὴρ vero subaudire in promtu est. Βασιλικὸς ἀνὴρ vero 1) proprie denotat, *regiae dignitatis virum*, qui vel rex est, vel regia tamen stirpe ortus est. Sic Maximus Tyrius *Diss.* 16. p. 160. Agamemnonem

mnonem quum reuera iam rex esset, vocat ἄνδρα βασιλικόν. Apud Appianum de *bellis Syr*. p. 206. Seleucus Syriae rex, filium suum vocat: *νέον ἄνδρα καὶ βασιλικὸν, φίλε καὶ βασιλέως υἱὸν, virum iuuenem et regium, amici et regis filium.* Et a Luciano *dial. deor. dear. iudic.* p. 161. Paris Priami filius, *βασιλικὸς, homo regius* nominatur. At si regiae fuisset stirpis et dignitatis homo, crederes, nomen adiectum in fuisse Euangelistam. Si tam eminentis fuisset fastigii vir, credidisset puto, dum nihil amplius a Iesu factum cupiebat, praeter sanationem filii id infra dignitatem suam esse, vt ipse ad Iesum iter hoc susciperet. Me igitur iudice, βασιλικὸς h. l. est, *vir nobilis, clarus, in dignitate quadam constitutus*, quae vocis notio est, in locis quoque nonnullis, quos aliter intellectos adferunt Bosius, Raphelius, Lampius. Addo Plutarchum *de sui laude* p. 546. vbi e prouinciis a se gubernatis redeuntes, in sui laudem pronos esse dicit, ita vt, *ἀνδρῶν ἐπιφανῶν καὶ βασιλικῶν, hominum illustrium et nobilium mentionem facientes, collaudationes sui ab iis profectas, annectant.* A Maximo Tyrio *Diss.* 16. p. 161. vocatur: ὁ Σωκράτης τὲς μὲν βασιλικὲς καὶ ἐξόχες ἄνδρας ἀγανοῖς λόγοις γεραίρων καὶ ἀποδεχόμενος, Τίμαιόν τινα ἢ Παρμενίδην, ἢ ἄλλον βασιλικόν ξένον, *Socrates viros nobiles atque principes lenibus verbis demulcens et excipiens, Timaeum nempe aut Parmenidem aliumue hospitem nobilem.* Lucianus de *saltat.* p. 914. de Cretensibus dicit, quod ex iis *οἱ κράτιστοι, nobilissimi* in arte saltandi eminuerint, et quidem ἐχ) οἱ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ βασιλικώτεροι καὶ πρωτεύειν ἀξιὄντες, *non solum homines priuati sed et nobiliores atque primates.*

CAP. V. v. 13.

Ὁ γὰρ Ἰησὲς ἐξένευσεν ὄχλε ὄντος ἐν τῷ τόπῳ.

Recte vertitur: *Iesus enim secesserat*, s. *e via declinauerat.* Verbum ἐκνεύειν enim a quo ἐξένευσε descendit, proprie notat, *enatare, emergere*, et deinde metaphora

taphora ducta ab iis, qui e recto fluminis alueo enatantes in ripam exſcendunt, indicat, *ſecedere*, *a via deflectere*, *abire*. Occurrit haec vocis notio tam apud profanos, quam apud LXX. interp. 3 Macc. 3, 22. εἰς τὸ κακὸν ἐκνεύοντες, *ad mala declinantes*. Ioſephus *ant.* l. 7. c. 4. p. 220. de Dauide dicit: ἐκνεύσας εἴς τι χωρίον ἀνδρὸς δικαίου Ὠβαδάμου ὄνομα, *diuertens in villam, hominis cuiusdam iuſti nomine Obadami* - *apud hunc arcam depoſuit*. Ibid. l. 9. c. 5. p. 309. actiue dicitur: *Ochozias ſuae quoque ſaluti metuens*, τὸ ἅρμα εἰς ἑτέραν ὁδὸν ἐξένευσε, *currum in aliam viam deflexit*. Alias voce ἀπονεύειν vtuntur eodem ſenſu. Polybius l. 5. c. 56. p. 559. ἀπονεύσαντος τοῦ βασιλέως, *rege paululum ſecedente*. Idem *excerpt. Valeſ.* p. 149. ἐπὶ τὴν ἀγορὰν ἀπονεῦσαι, *in forum diſcedere*. Latini etiam *emergere* dicunt pro, *diſcedere* ſ. *ſecedere*. Cicero ad *Atticum* l. 2. *epiſt.* 8. *emerſeram commode ex Antio in Appiam ad tres Tabernas.*

v. 27.

Καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν.

Phraſis: κρίσιν ποιεῖν ſignificat: *iudicare, iudicium exercere*. Sic Aeſchines in *Timarchum* p. 183. *Ad eundem igitur modum et vos Athenienſes*, τὴν κρίσιν ταύτην ποιήσασθε, *hac in re iudicate*. Demoſthenes de *falſ. legat.* p. 228. *Non de oratoribus aut orationibus*, κρίσιν ὑμᾶς τήμερον, εἴπερ εὖ φρονεῖτε, προσήκει ποιεῖν *vobis hodie, ſi ſapitis, iudicandum eſt, ſed de factis.* A Ioſepho *ant.* l. 6. c. 3. p. 173. Samuelis filii reprehenduntur, vt τὰς κρίσεις οὐ πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ πρὸς τὸ κέρδος ποιούμενοι, *reſpectu non ad veritatem, ſed ad lucrum habito, iudicia exercentes*. Dionyſius Hal. *ant.* l. 4. p. 224. τὴν δὲ περὶ τούτων διάσκεψιν καὶ κρίσιν ἐποιεῖτο, *de his diſceptabat et decernebat.*

CAP.

CAP. VI. v. 9.

Ὃ ἔχει πέντε ἄρτυς κριθίνυς καὶ δύο ὀψάρια.

Viliores erant oriente, vbi tritico abundat solum, panes hordeacei, vbi pretium hordei, tertiae circiter parti pretii tritici aequale erat. Apocal. 6, 6. Hinc Deus Ezech. 13, 19. בשעלי שערים, *pro pugillis hordei* i. e. vilissima mercede se profanari dicit. Et Plutarchus in *Apophth.* p. 174. de Artaxerxe Mnemone, in fuga quadam impedimentis exuto narrat: ξηρὰ σῦκα καταφαγὼν καὶ κρίθινον ἄρτον, Οἵας εἶπεν ἡδονῆς ἄπειρος ἤμην, *ficus comedens aridas et hordeaceum panem, quantae inquit voluptatis imperitus fui?* Frugalitatem igitur victu hoc viliori docere discipulos voluisse Iesus videtur, vt cibis obviis essent contenti Luc. 10, 7. 8.

Ὀψάριον ab ὄψον descendit, quod quodlibet *obsonium* s. edulium, quo praeter panem vescimur, generatim denotat. Quum vero ex *obsoniis* pisces apud veteres magno in pretio essent, hinc factum est, vt et voce ὄψον et diminutiuo ὀψάριον, piscis significetur. Addo locis, quos notarunt alii, Plutarchum de *sanit. tuend.* p. 125. vbi illos, qui neglectis aliis cibis ἐπὶ τὸν ἰχθὺν, *ad piscem* se conuertant, vituperans addit, quod: ὀψοποιῶν τέχναι καὶ δημιυργῶν, καὶ τὰ πανῦργα ταῦτα ὀψάρια καὶ ὑποτρίμματα, *coquorum et artificum artes, et pisces illi callide parati et hypotrimmata* nonnisi sanitati officiant. Philemon apud Stobaeum *serm.* 55. p. 373. inquit: τὰ πετράγεια ταῦτ᾽ ὀψάρια, κάππαριν, θύμον, ἀσπάραγον, *saxatiles illos pisces, capparim, thymum, asparagum*, se metuere ne mortem sibi adferant. Ὀψάρια πετραγενῆ hic idem sunt, quod ὄψον πετραῖον, de quo vide Athenaeum l. 6. c. 11. p. 244. et Casaubonum ad istum locum.

v. 19.

v. 19.

Ἐληλακότες οὖν ὡς σταδίους εἴκοσι πέντε ἢ τριάκοντα, θεωροῦσι τὸν Ἰησοῦν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐγγὺς τοῦ πλοίου γινόμενον.

Vocem primam recte post Vulgatam Elsnerus verti iubet: *postquam remigassent.* Ἐλαύνειν enim si de nauibus dicitur, notat: *remis illas propellere.* Sic Homerus *Odyss.* γ. v. 157. ἡμίσεες δ' ἀναβάντες ἐλαύνομεν, *dimidia parte naue conscensa remigauimus.* Demosthenes *adu. Polyclem* p. 713. ἄσιτοι δὲ οὐκ ἂν ἠδύναντο ἐλαύνειν, *quod ieiuni remigare non possent.* Lucianus *ver. hist.* l. 1. p. 763. οἱ δὲ ὑπὸ προθυμίας ἐλαύνοντες, *at illi remis alacriter incumbentes, eos circa meridiem assecuti sunt.* Thucydides l. 3. p. 72. tantam fuisse dicit nauigationis celeritatem, ὥστ' ἤσθιόν τε ἅμα ἐλαύνοντες, *vt cibum capientes simul remigarent.* Paulo post: οἱ μὲν ὕπνον ᾑροῦντο, κατὰ μέρος, οἱ δὲ ἤλαυνον, *per vices alii somnum capiebant, alii remigabant.* Subaudienda est vox *nauem* denotans. Plene Xenophon de *republ. Athen.* p. 672. dixit: ὁ δῆμός ἐστιν ὁ ἐλαύνων τὰς ναῦς.

Ἐγγὺς τοῦ πλοίου γινόμενον, verte: *naui appropinquantem.* Nam γίνεσθαι h. l. *venire*, ἐγγὺς γίνεσθαι vero, *appropinquare* denotat. Sic Lucianus in *asino* p. 111. ἐπεὶ δὲ πλησίον τῆς πόλεως ἐγεγόνειμεν, *postquam propius accessimus ad vrbem.* Plutarchus in *Arato* p. 1046. ὡς ἔλαθε πλησίον τῆς ἄκρας γενόμενος, *quum imprudentibus illis ad arcem appropinquasset.* Cebes in tabula sua p. 43. πρὸς τὸν ἰατρὸν ἂν δήπου γινόμενος, *ad medicum aliquando perueniens.*

v. 39.

Ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ.

Recte ἀπολέσω hic explicatur passiue: *vt non amittam*, quoniam non solum, *dare* et *amittere* hic vti et in loco parallelo Ioh. 18, 9. sibimet inuicem opponuntur, sed et e nexu cum v. 40. patet, eos *amissos* a Christo

 tantum

tantum dici, qui *non obtinent vitam aeternam*, quibus tamen Christum caussam perniciei esse, dici nullo modo potest. Rarissimum esse hunc significatum vocis ἀπολλύειν apud Graecos afferunt Lampius et Cel. Heumannus, et hic fere statuit *latinissimum* voci inesse. Ego vix legi auctorem graecum, in quo non frequens sit haec significatio. Demosthenes de *Rhod. libert.* p. 79. τὴν αὐτῶν ἐλευθερίαν ἀπολωλέκασι, *libertatem suam amiserunt.* Idem *Olynth.* 1. p. 2. et de *falsa legat.* p. 235. et *adu. Phaenippum* p. 654. Theophrastus *Charact. eth.* c. 16. p. 595. ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον, *velle se etiam hanc pecuniam perdere.* Euripides in *Hippolyto* v. 1032. ἀπώλεσε βίον, *perdidit vitam.* Idem in *Helena* v. 415. et in *Electra* v. 1002. Thucydides l. 2. p. 47. χιλίους καὶ πεντήκοντα τῇ νόσῳ ἀπωλέσας, *mille et quinquaginta morbo amittens.* Ibid. p. 40. Herodotus in *Thalia* p. 88. πολλοὺς ἀπολέσας τοῦ στρατοῦ, *multis ex exercitu amissis.* Idem in *Polym.* p. 222. in versibus oraculi Delph Sophocles in *Electra* v. 26. p. 65. θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν, *animum non amisit.* Andocides *orat.* 3. p. 277. ἀπώλεσαν τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης, *maris imperio priuati sunt.* Ibid. p. 276. Xenophon *rer. Graec.* l. 1. sub init. Polybius l. 3. c. 56. p. 289. Lucianus in *Tyrannic.* p. 789. Idem in *Demonact.* p. 1005. Philo in *Flaccum* p. 973. Iosephus *ant.* l. 3. c. 12. p. 97. Ibid. l. 5. c. 10. p. 162. Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 579. Diogenes Laërtius l. 2. c. 12. §. 6. Arrianus *dissert. Epict.* l. 2. c. 10. p. 195. quater. Ibid. p. 196. Ibid. l. 3. c. 18. p. 301. Ibid. c. 26. p. 355. Ibid. l. 4. c. 9. p. 413. quinquies.

v. 60.

Σκληρός ἐστιν οὗτος ὁ λόγος· τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν.

Λόγος σκληρὸς, *oratio dura*, recte explicatur per *odiosam* atque *auribus molestam.* Caussae vero, quod *molestam* hanc orationem iudicarent, variae esse potuerunt, siue quod absona, siue quod impia et blasphema illi inesse opinarentur. Graeci enim λόγον σκληρὸν *sermonem*

monem durum τῷ μαλθακῷ, ſ. μαλακῷ *ſermoni molli* et *leni* opponunt. Euripides *tragoed. incert.* v. 74. πότερα θέλεις σοι μαλθακὰ ψευδῆ λέγω, ἢ σκλῆρ' ἀληθῆ, φράζε· σὴ γὰρ ἡ κρίσις, *Dic vtrum velis mollia tibi mendacia an duram veritatem dicam? Tua eſt optio.* Sophocles in *Aiace* p. 50. de verbis duris dicit: τὰ σκληρὰ γάρ τοι κἂν ὑπέρδικ' ᾖ δάκνει, *nam dura mordent, licet ſint iuſtiſſima.* Demetrius apud Stobaeum *ſerm.* 8. p. 97. fingit, ſi pugnanti in acie hortantes et ſuadentes adſtarent, fortitudo et timiditas, hanc vt dimicans acie fugiat, ſcutumue abiiciat, illam vero vt vel mortem ſubeat, ſuaſuram eſſe, et addit: ἀπηνὴς ἔτος ὁ λόγος καὶ σκληρὸς, ἀλλ' ὁ τῆς δειλίας νὴ δία φιλάνθρωπος καὶ μαλακὸς, *crudelis eſt hic ſermo et durus, ille vero timiditatis humanus eſt et mitis.*

CAP. VII. v. 15.

Πῶς ἔτος γράμματα οἶδε, μὴ μεμαθηκώς.

Per γράμματα h. l. non *ſcriptura* S. ſed *litterae* ſ. *doctrina* quaelibet generatim intelligi debent. Si enim *S. litterae* intelligendae eſſent, cum articulo τὰ γράμματα dici debuiſſet, vti alias ſemper αἱ γραφαὶ, vt Matth. 21, 42. Act. 17, 11. c. 18. 24. et τὰ ἱερὰ γράμματα 2 Tim. 3, 15. Noſtro igitur loco parallelus eſt ille Act. 26, 24. τὰ πολλὰ γράμματα *multa eruditio;* et homines non litterati dicuntur ἀγράμματοι Act. 4, 13. in quorum igitur numerum Ieſum quoque referebant, quippe qui a nullo doctore Iudaico litteris tum erat enutritus. Haud tamen negauerim, per γράμματα ab his hominibus praecipue *eruditionem Iudaicam* intelligi, quae inprimis ſcripturae S. cognitione et interpretatione nitebatur. Ipſis vero verbis nonniſi generalem *litterarum* et *eruditionis* ineſſe notionem, teſtantur phraſes ſimiles profanorum. In *Tabula* Cebetis p. 50. dicitur: *Nibil vetat,* εἰδέναι μὲν γράμματα καὶ κατέχειν τὰ μαθήματα πάντα, *noſſe litteras et tenere diſciplinas omnes et*

aeque tamen esse ebriosum, intemperantem cet. Xenophon *dict. et fact. Socr.* l. 4. p. 500. ὀυκὖν γραμματικώτερον μὲν τὸν ἐπιςάμενον γράμματα τῦ μὴ ἐπιςαμένυ φῂς ἔιναι; *nonne igitur magis litteratum esse dicis, eum qui nouit litteras, quam qui illas ignorat?* Iosephus *ant.* l. 12. c. 4. p. 405. παῖδας μὲν ἕκατον γράμματα ἐπιςαμένυς, *centum pueros litteratos.* Sic et γράμματα μανθάνειν, habet Xenophon *Cyrop.* l. 1. p. 3. ὥσπερ παρ' ἡμῖν τὰ γράμματα μαθησόμενοι, *quemadmodum apud nos litteras discere volentes.* Idem de *republ. Lacedaem.* p. 662. Graecis solemne esse dicit, vt pueros, simulac quae dicuntur intelligunt, ad magistros mittant, μαθησομένυς καὶ γράμματα, *ad litteras perdiscendas, et musicam et artes palaestricas.* Apud Diogenem Laërtium l. 6. c. 9. §. 3. Antisthenes dixisse fertur: γράμματα μὴ μανθάνειν, *non perdiscendas esse litteras* ab homine sobrio.

v. 16.

Ἡ ἐμὴ διδαχὴ ὀυκ ἔςιν ἐμὴ, ἀλλὰ τῦ πέμψαντός με.

Dum *doctrinam suam* non *suam* sed eius, qui ipsum miserat, esse dicit Seruator optimus, idem indicat, quod v. 18. se non ἀφ' ἑαυτῦ λαλεῖν, et v. 17. esse eandem ἐκ τῦ θεῦ. Sensus est: 1) Non esse se, huius doctrinae primum auctorem, neque se, quum doctores ex hominibus non habuerit, ipsum sua praecepta excogitasse. 2) Efficaciam, fidem, et auctoritatem suae doctrinae non a se solo pendere, sed Dei eandem niti auctoritate, quam vt multo maiorem Iudaei admittant. 3) Se igitur nihil docere, quod voluntati diuinae repugnet, sed ea tantum, quae vt legatus proferre obstrictus sit. Sic infra c. 14, 24. dicitur, ὁ λόγος ὃν ἀκύετε ὀυκ ἔςιν ἐμὸς ἀλλὰ τῦ πέμψαντός με. Et apud Euripidem in *Helena* v. 520. Menelaus dicit: λόγος γάρ ἐςιν ὀυκ ἐμὸς σοφῶν δ' ἔπος, Δεινῆς ἀνάγκης ὀυδὲν ἰσχύειν πλέον, *non enim est meus sermo, sed sapientum, nihil esse valentius graui necessitate.* Callimachus in *lauac. Pallad.* v. 56. *Interim ego aliquid puellis dicam,* μῦθος δ' ὀυκ ἐμὸς ἀλλ' ἑτέρων *sermo*

sermo autem non meus est, sed aliorum. Optime igitur et his exemplis conformiter vertere potes verba Christi: *Doctrina mea non tam mea est, quam eius, qui misit me.* Similis est locus Polybii l. 15. c. 24. p. 992. vbi Agathocles postquam regni adfectati Tlepolemum accusasset, περὶ τέτων ἐχ αὐτῷ πιςεύειν ἐκέλευεν, ἀλλὰ τοῖς εἰδόσι τὴν ἀλήθειαν, *de his non tam sibi iussit fidem haberi, quam iis, qui rei veritatem nossent, et qui ex ipso negotio iam venirent.*

v. 21. 22.

Ἓν ἔργον ἐποίησα καὶ πάντες θαυμάζετε. Διὰ τέτο Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομήν.

Qui verba: διὰ τέτο, explicant, *quoniam*, *propterea quod*, quasi illa pro ὅτι posita essent, ipsi viderint, quomodo sufficienter probent, insolentem hanc vocum notionem. Palam est, initium v. 22. vocibus his commode posse carere. In verbo θαυμάζετε, cum admirationis caussa et obiectum non aeque certa et obuia sint: magis saltem necessarium est istud determinari. Hinc inter se coniungenda esse verba: θαυμάζετε διὰ τέτο, *miramini propterea* post alios existimo. Constructio haec sane satis Graeca est. Themistius *or.* 21. *Explorat.* p. 243. εἰ ἔν διὰ τέτο θαυμάζετε, εὖ ἴςε ὅτι εἰκότως θαυμάζετε, *si igitur id miramini, scitote, quod iure miremini.* Strabo l. 17. p. 1138. ὥςε καὶ θαυμάζειν ἄξιον, καὶ διὰ τέτο καὶ διότι Σεσώςρης τὴν Αἰθιοπίαν ἐπῆλθεν ἅπασαν, *adeoque et id admiratione dignum est, et quod Sesostris totam Aethiopiam permeauerit.* Αὐτὸν δὲ θαυμάζομεν διὰ τὰ ἔργα de Mario dicit Aelianus *var. hist.* l. 12. c. 6. et l. 14. cap. 36.

v. 24.

Μὴ κρίνετε κατ᾽ ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνετε.

Lampius et Raphelius κρίνειν κατ᾽ ὄψιν, idem esse volunt, ac κατὰ προσωποληψίαν κρίνειν, ita vt signifi-

 cetur.

cetur, eos iniuste secum agere, qui opus aliquod a se factum in sabbato vituperent, quum tamen similia in aliis non reprehendant. At merito et a Lampio et Raphelio probationem eius desidero, κατ' ὄψιν κρίνειν, idem ac πρόσωπον λαμβάνειν significare. Opposita sunt potius: *iudicare secundum adspectum* s. *speciem externam* et *secundum rei veritatem.* Sic Ief. 11, 3. 4. opponitur iudicare במראה LXX. int. κατὰ δόξαν et בצדק *secundum veritatem.* Similiter Strabo l. 2. p. 169. dicit: σφαιρικὴ μὲν ἐστιν ἡ κατ' ἀλήθειαν τῆς γῆς ἐπιφάνεια, πλάττεται δὲ νῦν ἐπίπεδος πρὸς τὴν ὄψιν, *superficees terrae secundum veritatem sphaerica est, secundum speciem externam vero nunc vt plana fingitur.* Sensus igitur est: *non solum secundum speciem externam, de hoc opere curationis sabbaticae iudicare decere Iudaeos, sed oportere illos accuratius in rem inquirere, vt iudicium veritati conueniens ferre possint, sic enim illos intellecturos esse, non solum, quod praeceptum de sabbato suas patiatur exceptiones, sed et sibi, cuius miracula vim atque auctoritatem diuinam testabantur, dominium aliquod atque potestatem in ipsum Sabbatum competere.* Matth. 12, 8. Hinc δικαία κρίσις h. l. non tam *iustum* iudicium notat, quam potius *verum.* Competit haec voci notio etiam sine hebraismo. Sic Demosthenes *cont. Theocrin.* p. 516. βελτίους ὄντας τούτου καὶ δίκαια λέγοντας, *quum illo meliores simus et vera dicamus.* Euripides in *Telepho* v. 18. δίκαια ἀντειπεῖν ἔχων, *quum vera sint, quae respondere possum.* Sophocles in *Aiace* p. 50. de verbis duris dicit: τὰ σκληρὰ γὰρ κἂν ὑπέρδικ' ᾖ δάκνει, *dura mordent, sint licet verissima.* Idem in *Oedip. Tyr.* p. 172. εἰς τόδ' ἥξεις, μὴ λέγων γε τοὔνδικον, *haec tua sors erit, nisi veritatem dicas.* Contra ea apud Iosephum *ant.* l. 11. c. 4. p. 362. Zorobabel dicit, maximam esse veritatis efficaciam, καὶ μηδὲν πρὸς αὐτὴν τὸ ἄδικον δυνάμενον, *et nihil contra illam valere mendacium.* Polybius l. 9. c. 20. p. 778. ἀδίκημα *errorem* vocat, quod nonnulli plures domos contineri putent in vrbibus, quae tumu-

tumulis et collibus ſuperiacerent, quam quae in plano ſitae eſſent.

v. 27.

Ἀλλὰ τοῦτον οἴδαμεν, πόθεν ἐστίν.

Vox τοῦτον in accuſatiuo regitur a verbo οἴδαμεν, quamuis nonniſi nominatiuus poni debuiſſet. Senſus enim eſt: *nouimus vnde hic ſit.* Sic profani. Euripides *Iphig. in Aul.* v. 1583. τὴν παρθένον δ' οὐκ οἶδεν, οὗ γῆς εἰσέδυ, *nemo nouit, quorſum terrarum virgo ſe ſubduxerit.* Ioſephus *ant.* l. 6. c. 15. p. 204. *Illo annuente* καὶ τὴν ταραχὴν αὐτῆς ἐρομένου, πόθεν γένοιτο, *et perturbatio eius, vnde orta ſit ſciſcitante.* Aeſchines de *falſa legat.* p. 256. οὐδὲ τὸν στρατηγὸν ἴσασιν, οὐδὲ τὴν δύναμιν ἣν ἐξέπεμψαν, ὅπου ἐστὶν *neſciunt, neque vbi dux, neque vbi milites ſint, quos emiſerunt.* Idem *cont. Cteſiph.* ſub init. τὴν μὲν παρασκευὴν ὁρᾶτε, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν παράταξιν, ὅση γεγένηται, *quinam apparatus et qualis copiarum inſtructio facta ſit, videtis o Athenienſes.*

CAP. VIII. v. 4.

Αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχευομένη.

Mendum voci κατειλήφθη ineſſe, et κατελήφθη legi debere imo formam priorem ſe nusquam reperiſſe, aſſerit Boiſius in *Collatione* citante b. Wolfio in *Curis* ad h. l. At vti recte idem monuit, non ſolum lectio κατελήφθη etiam MSS. et editis exemplaribus nititur, ſed et eodem iure Graeci εἰλήφθη ac ἐλήφθη dicere poſſunt. Addo exempla. Demoſthenes in *Timoth.* p. 702. ὡς οὐκ εἰλήφθη σοῦ ἀποδημοῦντος τὸ ναῦλον. Ibid. paulo poſt: εἰς ὅ, τι εἰλήφθη τὸ ἀργύριον. Xenophon *exped. Cyri* l. 7. p. 278. εἰλήφθησάν τινες κρεμασθέντες.

Integram phraſin eo explicant ſenſu, quaſi in ipſo facto adulterii deprehenſa ſit haec mulier. Quod locutio id ſignificare poſſit et interdum vtique ſignificet extra

controuerſiam eſt. At rariſſimum ſane eſt, in eiusmodi furtiuis tenebrarum et noctis operibus in ipſo facto deprehendi, et phraſis tam h. l. quam in plurimis profanorum exemplis, quae alii attulerunt, aliter explicari poteſt. Participium μοιχευομένη poſitum eſt, pro infinitiuo μοιχεύεσθαι. Solemnis haec conſtructio eiusmodi verbis. Sic Matth. 24, 46. εὑρήσει ποιοῦντα pro, ποιεῖν. Plutarchus in *Alexand.* p. 703. ἐφωράθη ψευδόμενος, pro ψεύδεσθαι, *deprehenſus eſt, quod mentitus eſſet.* Et Xenophon *exped. Cyri* l. 1. in fine, καταλαμβάνουσι δὲ τῶν τε ἄλλων χρημάτων τὰ πλεῖστα διηρπασμένα, *inuenerunt e reliquis bonis plurima eſſe direpta.*

Iam vox ἐπαυτοφώρῳ duplicem habet notionem et dupliciter h. l. conſtrui poteſt. Notat 1) *ipſo facto*, quae notio, ex eo inflexa eſt, quod αὐτόφωρον *ipſum furtum* primario ſignificet. Sicque voce hac cum μοιχευομένη conſtructa, vertendum eſſet: *deprehenſa eſt ipſo facto adultera*, i. e. deprehenſum eſt de illa, non quod forte adulterii ſuſpecta ſit, aut quod commercio cum aliis viris nimis familiari committendi adulterii exſpectationem excitauerit, ſed quod ipſo facto adulterium iam commiſerit. In Lyſiae *orat. 12. cont. Agorat.* p. 225. 226. vocabulum hoc ſexies hac notione occurrit, vbi qui proditione aliis necis cauſſa fuerat, ſe tamen non eſſe ἐπαυτοφώρῳ *ipſo facto* homicidam cauſſabatur, orator vero dicit, non ſolum illum eſſe ἐπαυτοφώρῳ *ipſo facto* homicidam, qui alium fuſte ſiue gladio proſternat, ſed et qui necis cauſſa ſit. Demoſthenes de *falſ. legat.* p. 215. ὅ, τι μᾶλλον δεδωροδοκηκότ᾽ αὐτὸν ἐπαυτοφώρῳ καὶ πεπρακότα πάντ᾽ ἐξελέγξει, *quod magis oſtendat, illum reuera Donis corruptum eſſe et omnia vendidiſſe.*

At magis mihi ſe probat alia notio, qua ἐπαυτοφώρῳ idem eſt, ac *palam, manifeſte.* Sicque vox haec h. l. cum κατειλήφθη conſtrui poteſt, vt ſenſus ſit: *palam deprehenſa eſt adultera*, non quaſi in ipſo veneris furto deprehenſa eſſet, ſed quod tam certis de rei veritate indiciis et argumentis ſibi conſtare dicant, hi homines, vt

Chri-

Christus non opus habeat in rem ipsam, vtpote satis sibi compertam, altius inquirere. Hac notione Antiphon *or.* I. p. 15. πολλάκις ἤδη ληφθεῖσαν τὸν θάνατον τὸν ἐκείνȣ ἐπ' αὐτοφώρῳ μηχανωμένην, *quae saepe mortem ipsius palam moliri deprehensa est.* Demosthenes de *fals. legat.* p. 217. de Aeschine scelerum in iudicio conuicto dicit: ὃν εἰλήφατε ἐπαυτοφώρῳ τοιαῦτα πεποιηκότα, *quem in talibus facinoribus palam deprehendistis.* Ibid. p. 239. ἐξελεγχομένȣς ἐπαυτοφώρῳ, *palam conuictos, quod in sociorum perniciem ista fecerint.* Aeschines de *falsa legat.* p. 258. *Reliquam accusationis partem* de Cersoblepte ἐπαυτοφώρῳ δείξαιμι ψεῦδος ὄν, *falsam esse euidenter ostendam.* Idem in *Timarch.* p. 183. opponit fures moechos aut homicidas, ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλόντας ἂν μὲν ὁμολογῶσι, *euidenter conuictos, si factum confiteantur,* τοῖς λαθȣ̃σι καὶ ἐξάρνοις γενομένοις *clam peccantibus et negantibus.* Isocrates adu. *Callim.* p. 564. *ne alias fraudes comminiscerentur, vtque* ἐπαυτοφώρῳ ληφθεῖεν κακȣργȣ̃ντες *scelerate eos egisse palam deprehenderetur.*

v. 6.

Ὁ δὲ Ἰησȣ̃ς κάτω κύψας τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν.

Multa de hoc Christi gestu commentati sunt multi. Κάτω κύπτειν denotat 1) *vultum in terram submittere,* 2) *corpus terram versus inclinare.* Gestu hoc significare voluit Iesus, se ad negotium, quod proponebant callidi homines, parum attendere, neque se valde cupere ad interrogata respondere, quod et animo insidioso illa proposita esse, et caussae discussionem exiguum fructum habituram esse, praeuideret. Sic Plutarchus de *vitios. pud.* p. 532. τοῖς δὲ δυσωπȣμένοις κἂν μηδὲν εἴπωσιν, ἔξεστιν ὀφρῦν ἐπάρασι μόνον ἢ κάτω κύψασι πολλὰς ἀβλαβεῖς καὶ ἀτόπȣς ὑπȣργίας διαφεύγειν· τὴν γὰρ σιωπὴν ὁ μὲν Εὐριπίδης φησὶ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισιν εἶναι, *morosa*

 (s. qui

(f. qui alios pudore quodam et austeritate ducti adspicere nolunt) *etiamsi nihil dicant, sublato supercilio aut in terram defixi; multa possunt sibi displicentia et absona euitare ministeria. Silentium enim Euripides dicit sapientibus responsum esse.* Idem *orac. defect.* p. 411. de Cleombroto, quum is de collabente oraculi Iouis Ammonis auctoritate interrogatus respondere nollet, dicit: τȢ δὲ Κλεομβρότȣ σιωπῶντος καὶ κάτω βλέποντος, *tacente Cleombroto et oculos in terram coniiciente.* In Euripidis *Ione* v. 582. ad Ionem Xuthus dicit: σιγᾷς; τί πρὸς γῆν ὄμμα σὸν βαλὼν ἔχεις; εἰς φροντίδας ἀπῆλθες; *Taces? cur in terram defixos oculos habes, et iterum meditabundus es?* Christus igitur h. l. Pharisaeis, nisi interrogando acrius institissent, plane non responsurus fuisse videtur.

Christum in terra scripsisse ductus nihil significantes post alios existimo. At totam actionem symbolicam, et praegnantis sensus fuisse opinor. *In terram scribere* idem esse puto ac *laterem lauare*, siue laborem supernacaneum et inutilem suscipere. Christus igitur actione hac significare voluisse mihi videtur, 1) se quamuis ad quaestionem Pharisaeorum accurate multisque verbis respondeat, ab hoc tamen labore, in mutandis eorum mentibus, nullum maius opere pretium exspectare, quam si ductus inutiles in solo effingeret. 2) Nihilo minus tamen etiam versutos hos homines πειράζοντας v. 6. *laterem lauare*, quum sibi plus satis suppetat sapientiae, ad effugiendas vnico ictu eorum machinationes atque insidias. Similis est locus Aristophanis in *Vespis* p. 448. vbi de Philocleonte, rigido ad alios in iudiciis condemnandos homine, dicitur: ἀλλ' ὁπότ' ἀντιβολοίη τις κάτω κύπτων ἂν Ȣ̓τω, λίθον ἕψεις ἔλεγεν, *si quis eum obsecrabat, tum incuruatus dicebat, lapidem coquis.* Vbi scholiastes proverbia dicit similia esse, λίθον ἕψειν *lapidem coquere* et εἰς ὕδωρ γράφειν, *in aqua scribere.*

v. 7

v. 7.

Ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν πρῶτος τὸν λίθον ἐπ' αὐτὴν βαλέτω.

Recte vertunt interpretes nonnulli: *Qui ex vobis hac culpa immunis est.* Ἀναμάρτητος enim Graecis emphatice et κατ' ἐξοχὴν hominem denotat, qui nullius facinoris impudici reus est, qui nec scortator est nec adulter. Quo sensu et *ἁμαρτάνειν adulterium committere* significat v. 11. et *ἁμαρτωλὸς scortum*, f. *prostibulum* est Luc. 7, 37. Caussas cur vox ἀναμάρτητος ad peccata impudicitiae h. l. merito restringatur, exponunt Lampius et Cel. Heumannus. Similiter profani. Aeschines in *Timarch.* p. 196. legem Solonis de adulteris recitans dicit: *Mulierem apud quam adulter fuerit deprehensus, ornare se non permittit, nec in fana publica ingredi,* ἵνα μὴ τὰς ἀναμαρτήτους τῶν γυναικῶν ἀναμιγνυμένη διαφθείρῃ, *ne suo interuentu integras matronas corrumpat.* Apud Dionem Cassium *excerpt. Vales.* p. 577. Lucretia de minis Tarquinii, illam cum seruo quodam occidere, necique criminationem admissi cum seruo adulterii adiicere volentis, loquens, dicit, αὕτη γάρ με ἀπειλὴ ἁμαρτεῖν ἠνάγκασεν, *his ego minis ad flagitium inducta sum.* Arrianus *rer. indic.* p. 542. de Indorum vxoribus dicit, ἐπὶ μὲν ἄλλῳ μισθῷ οὐκ ἄν τι διαμάρτοιεν, *nulla alia mercede corrumpi se patiuntur, elephantum vero accipiens mulier danti sui facit copiam.* Plutarchus in *Cimone* p. 480. *Siquidem referunt neque alias omnino Elpinicen fuisse pudicam,* ἀλλὰ καὶ πρὸς πολυγνωτὸν ἐξαμαρτεῖν τὸν ζωγράφον, *sed et cum Polygnoto pictore scortatam esse.*

In articulo vocis τὸν λίθον latet vtique emphasis aliqua. Sensus est: *si quis vestrum ab eiusmodi culpa liber, adeoque ad ferendum contra alios testimonium idoneus est, is primus illum lapidem, quem testes ex mandato diuino Deut. 17, 7. et c. 13, 10. et more iudaico, in lapidationis reos conicere solent, in eandem coniiciat.*

v. 14

V. 14.

Ὅτι οἶδα πόθεν ἦλθον, καὶ πῶ ὑπάγω.

Phrasis οἶδα πόθεν ἦλθον notat 1) *scio me vt legatum a patre missum esse*, 2) *originem personae meae secundum vtramque naturam esse diuinam, adeoque diuinam mihi quoque competere eminentiam atque auctoritatem.* Priorem notionem probat respectus ad πατέρα τὸν πέμψαντα v. 16. et 42. Posterior significatio patet, partim ex respectu ad v. 23. ἐκ τῶν ἄνω εἰμὶ et ex modo argumentandi quo Christus vtitur. Dicere vult. Scio etiam mihimetipsi diuinam maiestatem competere, vt adeo etiam meum de memetipso testimonium sit authenticum, ratum et firmum. Arrianus *diss. Epict.* de origine hominis diuina stoice loquens, similes habet phrases. Lib. 2. c. 8. p. 188. dicit: *Tu aliquid es a Deo auulsum, tu habes in te aliquam Dei partem. Cur ergo nobilitatem tuam ignoras?* τί ὐκ οἶδας πόθεν ἐλήλυθας, *cur nescis vnde veneris?* Ibid. l. 3. c. 24. p. 341. *Vir bonus et sapiens memor quis sit,* καὶ πόθεν ἐλήλυθε, καὶ ὑπὸ τίνος γέγονε, *et vnde venerit, et a quo factus sit, in eo solo elaborat, quo pacto stationem suam rite tueatur, Deoque suam probet obedientiam.*

V. 27.

Οὐκ ἔγνωσαν ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν.

Vertitur nemine dubitante: *non intelligebant, quod de patre ad illos loqueretur.* At phrasin graecam insolentem vocat Cel. Heumannus, in quo sane me non habet consentientem. Sic enim Aristophanes in *Thesmophor.* p. 818. Ὁδ' ἔσθ' ὁ πανῦργος, ὃν ἔλεγεν ἡμῖν Κλεισθένης, *hic est maleficus, de quo ad nos loquebatur Clisthenes.* Plutarchus in *Gryllo* p. 988. τί ὖν ἔτι σοι λέγω τὰς Καρικὰς ἢ Μαιωνίδας; *quid igitur amplius de Caricis et Maeonicis mulieribus ad te verba facio?* Euripides in *Aeolo* v. 46. τὴν δ' εὐγένειαν πρὸς θεῶν μή μοι λέγε, *ne nobilitatem stirpis, per Deos oro, mihi iactes*

Lucia

Lucianus in *Herodoto* p. 622. καὶ τί σοι τοὺς παλαιοὺς ἐκείνους λέγω σοφιστάς, *cur vero de priscis illis sophistis ad te loquor?* Idem in *Phalar.* 1. p. 862. ὁρᾷς ἐξ οἵας σοι διατριβῆς ἄνθρωπον λέγω; *vides e quanam schola hominem tibi describam?* Idem in *Ioue confut.* p. 185. ᾅδην μοι λέγεις καὶ Τιτυοὺς καὶ Ταντάλους, *de inferis ad me loqueris et Tityis et Tantalis.* Constructio, λέγειν τινὰ pro, περὶ τινός, *dicere aliquem* pro *de aliquo* Graecis et Latinis adeo frequens est, vt si exempla addere vellem, fastidium metuam lectorum.

v. 31.

Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ.

Phrasis μένειν ἐν λόγῳ, *inhaerere verbis*, non tam h. l. significat, *in fide doctrinam Christi amplectente perseuerare*, quam tamen notionem nolim plane excludi, quam potius: *morem gerere verbis* et ad normam eorum actiones suas conformare. Nexus cum sequentibus satis ostendit, fidem horum hominum fuisse mere historicam, nec satis constantem, ita vt iis tantum Christi verbis crederent, quae sibi molesta non erant, v. 45. adeoque Christus ab his ζητοῦσι αὐτὸν ἀποκτεῖναι v. 37. aeque parum tutus erat, quam quidem is supra c. 2, 23. 24. se credere poterat hominibus eiusdem farinae, qui etiam ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Si vero vertis: *si vos obseruaueritis verba mea*: manet voci ἀληθῶς sua emphasis. Discipuli *nomine* tales sunt, qui verba vtcunque credunt; *reuera* tales sunt, qui verbis obediunt. Sic sane discipulos suos fore dicit, qui officia amoris expleturi, multorumque fructuum feraces futuri essent infra c. 13, 35. c. 15, 8. Sic quoque elegans est nexus cum v. 32. *suorum nempe verborum obseruatores cognituros esse veritatem*, cui similis locus supa c. 7, 17. Cohaeret quoque apte, *suis praeceptis morem gerentes eo ipso liberos fore v. 32. a peccati nempe dominio v. 34.* Similiter Iohannes 2. *epist.* 9. μένειν ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ Χριστοῦ, opponit τῷ παραβαίνειν. Sic et Polybius l. 2. c. 19. p. 149. στέρ-

νην

γην ἐποιήσαντο καὶ συνθήκας. ἐν αἷς ἔτη τριάκοντα μείναντες ἐμπέδως, *pacem et foedera inierunt. Quae per triginta annos conſtanter ſeruauerant.* Demoſthenes *Olynth.* 3. p. 13. σφόδρα ἐν τῷ τῆς πολιτείας ἤθει μένοντες, *inſtituta reipublicae tenaciter obſeruantes.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 8. p. 505. ἐν τοῖς αὐτοῖς ἤθεσι μένων, *in iisdem moribus perſeuerans.* Nam μένειν ἐν τινὶ idem denotat, quod compoſitum ἐμμένειν Gal. 3, 10. quod a profanis eo ſenſu frequentius vſurpatur.

v. 37.

Ἀλλὰ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ὅτι ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν.

Phraſis ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι eſt, *ſtudetis me occidere*, occaſionem me occidendi quaeritis. Sic Plutarchus in *parallel.* p. 306. οἵ σε ἀνελεῖν ζητοῦμεν, *qui te occidere ſtudemus.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 7. p. 440. *Marcium amatorem patriae, quod libere locutus ſit de republica,* ἀποκτεῖναι ζητοῦσιν, *occidere ſtudent.* Antiphon *or.* 14. p. 116. χρημάτων ἕνεκα ζητεῖς ἐμὲ ἀποκτεῖναι.

Locutionem, ὁ λόγος οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν ignotam eſſe et nusquam alibi occurrere dicit Cel. Heumannus. Χωρεῖ vero h. l. ſignificatu *Helleniſtico* occurrere, et verti debere putat: *verbum meum locum non habet in vobis.* Me iudice haec explicatio aliorum quoque calculo probata, locum non habet in verbis Chriſti: quum vocem χωρεῖν, hac notione vsquam occurrere, oſtenderit nemo.

Elsnerus χωρεῖν h. l. vertit per, *procedere, ſuccedere.* Opponit huic explicationi Cel. Heumannus 1) illam notionem non aptam eſſe huic loco, quum ſermo ipſe et doctrina Chriſto ſatis bene ſucceſſerit, et tantum a Iudaeis non ſit recepta. Reſp. id ipſum voluit Elsnerus. Verbum Chriſti et doctrina non *proficiebat* in Iudaeis, quatenus exoptatum non ſortiebatur effectum. Res enim *ſuccedit*, ſi finis propoſitus obtinetur. 2) Rariſſime dicit Vir Celeb. hanc vocis notionem occurrere. Docebo contrarium. Ioſephus *ant.* l. 5. c. 11. p. 163. καλῶς τὰ κατ᾽ αὐτὴν

αὐτὴν ἐπυνθάνετο χωρεῖν, res patrias melius ſuccedere didicerat. Ibid. l. 6. c. 8. p. 183. *τὸ ἔργον αὐτῷ κατὰ τὴν τȣ̃ Θεȣ̃ προφητείαν ἐχώρησε, opus ipſi ſecundum diuinam praedictionem ſucceſſit.* Ibid. c. 14. p. 203. *τȣ̃ ἀγῶνος - - κατὰ νȣ̃ν χωρήσαντος.* Ibid. l. 7. c. 7. p. 225. *πάντα κατὰ νȣ̃ν αὐτοῖς κεχωρηκέναι τὰ πράγματα.* Ibid. l. 13. c. 9. p. 441. et 442. Dionyſius Hal. *ant.* l. 3. p. 169. *κεχωρηκότων δ' ἡμῖν τῶν πραγμάτων, ὡς ἡμῖν συνέφερεν, ſuccedentibus nobis, vti par erat, negotiis.* Ibid. l. 11. p. 705. et p. 728. *ȣ̓ μὴν ἐχώρησέ γε αὐτοῖς κατ' ἐλπίδα τὸ ἔργον.* Ariſtophanes in *pace* p. 694. *πάντα - - χωρεῖ κατὰ νȣ̃ν.* Polybius l. 8. c. 28. p. 747. *τῆς ἐπιβολῆς αὐτῷ κατὰ νȣ̃ν κεχωρηκυίας.* Plutarchus in *Galba* p. 1057. *τῷ δὲ Γάλβᾳ μετὰ τὴν Νέρωνος τελευτὴν ἐχώρει πάντα.* Antiphon *orat.* 14. p. 103. *ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς τȣ̃το ȣ̓κ ἐχώρει.* Arrianus *Diſſ. Epict.* l. 4. c. 6. p. 398. *καὶ τότε κλαῖε ἐάν σοι μὴ χωρῇ.* Vt tamen verum fatear, non prorſus mihi placet haec interpretatio, 1) quoniam in hac phraſi ſemper vox *πρᾶγμα* aut ſimile quid reperitur vel ſubintelligitur, numquam vero *λόγος* aut ſimile quid. 2) Quoniam in hac phraſi ſemper datiuus perſonae comparet, vt adeo, *ὁ λόγος μοὶ ȣ̓ χωρεῖ*, dicendum fuiſſe videatur. Hinc paulo aliter verto: *ſermo meus non incrementa capit in vobis.* Idque intelligo 1) *extenſiue*, quod ſc. non tot homines doctrinam Chriſti fide et obedientia reciperent, quot debuiſſent et potuiſſent. 2) *Intenſiue*, quod et illi, qui doctrinam Chriſti receperant, non ſatis *ἐν γνώσει* et *αἰσθήσει* incrementa capiebant. Sermo enim Chriſti adhuc pertinet ad homines illos v. 30, 31. qui vtcunque in Chriſtum credebant, in quorum tamen animis doctrina Chriſti non ſufficientes producebat fructus, quum illis et *εὐθύτης τῆς καρδίας* Act. 8, 21. et ſalutifera *γνῶσις τῆς ἀληθείας.* ſupra v. 32. adhuc deeſſet. *Χωρεῖν increſcere* extenſiue notat apud Ioſephum *ant.* l. 4. c. 4. p. 115. *ὡς διὰ παντὸς ἤδη τȣ̃ ϛρατȣ̃ τὴν παρανομίαν χωρεῖν τῶν νέων, vt iam tota caſtra iuuenum impietas peruaderet.* *Creſcere* inten-

intensiue vox significat in Aristophanis *nubibus* Act. 1. sc. 1. p. 123. οἱ γὰρ τόκοι χωροῦσιν, *crescunt enim vsurae* et in *Vespis* p. 535. τοῦτὶ καὶ δὴ χωρεῖ τὸ κακὸν, *increscit sane hoc malum.* Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 52. ἐπὶ μέγα χωροῦσαν τὴν ἑλληνικὴν ὁρῶν δύναμιν, *increscentem videns Graecorum potentiam.* Thucydides l. 1. p. 26. αὐτοὶ ἐπὶ μέγα ἐχώρησαν δυνάμεως, *vires eorum magna capiebant incrementa.* Ibid. l. 4. p. 115. ἐπὶ μεῖζον χωρήσαντος αὐτοῦ. Ibid. l. 5. c. 135. ἐπὶ πλέον χωρήσεσθαι αὐτά. Conf. 2. Thess. 3, 1. ἵνα ὁ λόγος τρέχῃ.

v. 46.

Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; εἰ δὲ ἀλήθειαν λέγω, διατί ὑμεῖς οὐ πιστεύετέ μοι.

Per ἁμαρτίαν h. l. *peccatum* morale intelligere non patitur orationis nexus. Sicuti ἀλήθειαν λέγειν v. 45. opponitur, τῷ λαλεῖν ψεῦδος v. 44. ita h. l. opposita sunt ἁμαρτία et ἀλήθεια. Imo si ἁμαρτία h. l. *peccatum* significaret: Christus in sequentibus dixisset: εἰ δὲ δίκαιός εἰμι, διατί οὐ πιστεύετέ μοι. Per ἁμαρτίαν igitur, *error* intelligendus est. Magnam vim habet argumentatio. Tantum abesse dicit Christus, vt *mendacii*, quod est ἐκ τῶν ἰδίων τοῦ διαβόλου, v. 44. ipse redargui possit, vt sibi ne leuissimum quidem *errorem* in doctrina iure possint exprobrare; tanto magis igitur fide digna esse praecepta sua. Admodum insolentem esse hunc vocis ἁμαρτία vsum, dicit Lampius immerito. Sic Polybius *excerpt. Vales.* p. 81. de ignorato a Zenone vero Laconicae situ loquens dicit, se propterea ad eum scripsisse, κρίνων καλὸν εἶναι, τὸ μὴ τὰς τῶν πέλας ἁμαρτίας ἴδια προτερήματα νομίζειν, *quod aequum esse iudicaret, non ex alienis erroribus gloriam captare.* Lucianus de *conscr. histor.* p. 665. ὁρᾷς ὅσον τἀληθοῦς ἡμαρτήκασι; *vides, quantum a vero aberrent?* Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 22. *Mihi omnes videntur* ἁμαρτάνειν *errare, qui eandem credunt esse gentem Tyrrhenicam et Pelasgicam.* Ibid. l. 2. p. 103. οὐχ ἁμαρτήσεται τῆς ἀληθείας, *a vero non aberra-*

aberrabit. Ibid. p. 133. ὀυχ ἁμαρτήσεται τοῦ ἀληθοῦς. Plutarchus *placit. philoſ.* l. 1. c. 3. p. 875. ἁμαρτάνει οὖν ὁ Θαλῆς, *errat igitur Thales, quum aquam elementum et principium eſſe dicit.* Sic et Thucydides l. 1. p. 5. et 9. Ioſephus *ant.* l. 7. c. 6. p. 222. ὁ διήμαρτε δὲ τῆς ἀληθείας. Hippocrates de *arte* ſect. 1. p. 7. ἀναμάρτητον σαφηνίην vocat, *indicium certum* ſ. *ab errore immune.* Si quis tamen in his Chriſti verbis *errorem* tam *practicum* et *moralem*, ſ. *in vita*, quam *logicum* ſ. in *doctrina* ſimul intelligere velit, me non multum habebit adverſantem.

v. 47.

Ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ ἀκούει.

Verba priora: ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ verte: *qui ex Deo genitus eſt* ſ. *natus eſt.* Senſum hunc ex nexu et locis Iohannis parallelis demonſtrarunt Lampius et Heumannus, addo profanos. Demoſthenes in *Neaer.* p. 530. ἐὰν ὦσιν ἐκ γυναικὸς ἀστῆς, *ſi e muliere ciue nati ſint.* Ibid. p. 532. Idem adu. *Boeotum* p. 636. κατωμόσατο ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τοῦ ἐμοῦ, *iurauit, e patre meo eſſe genitum.* Idem adu. *Macartat.* p. 659. τὸν παῖδα τουτονὶ ἐκ τῆς θυγατρὸς ὄντα τῆς ἐκείνου, *filium huius e filia illius natum.* Aeſchines de *falſ. legat.* p. 257. ἐκ τῶν Νομάδων Σκυθῶν τὸ πρὸς μητρὸς γένος ὤν, *quod ad genus maternum e Scythis Nomadibus ortus.* Plutarchus in *Antonio* p. 953. Καισαρίωνα δὲ τὸν ἐκ Καίσαρος εἶναι λεγόμενον, *Caeſarionem, qui a Caeſare genitus eſſe dicebatur.* Ioſephus *ant.* l. 20. c. 8. p. 701. τισὶν ἀσήμοις καὶ μόνον ἐξ ἱερέων οὖσι, *obſcuris quibusdam et tantum e ſacerdotibus ortis.* Idem in *vita ſua* p. 1002. λήψεσθαι δ' αὐτὸν τὴν ἀρχὴν ἐκ βασιλέων ὄντα, *illum imperio admotum iri, quum e regibus ortus ſit.*

v. 54.

Ὃν ὑμεῖς λέγετε, ὅτι Θεὸς ὑμῶν ἐστι.

Conſtructionis huius, in qua verba vltima poſita videntur, pro Θεὸν ὑμῶν εἶναι, exempla ex Arriano attu-

lit Raphelius. Addam ex aliis similia. In *tabula* Cebetis p. 48. καὶ ἄρτι ὑμῖν εἶπον, ὅτι τύχη καλεῖται, *quam vobis modo dixi fortunam appellari*, et p. 49. ἃς καὶ πρότερον εἶπον, ὅτι ἀκρασία καὶ ἡδυπάθεια καλοῦνται, *quas iam ante dixi incontinentiam et luxuriam appellari.* Heraclitus de *incredib.* c. 25. p. 78. τὰς εἰς πλῆθος γυναῖκας λέγομεν, ὅτι ἐπανεύομεν αὐτὰς, *de mulieribus plebeiis dicimus, nos Panum more iis vsos esse.* Sic vocula ὡς pro ὅτι posita, Xenophon *Cyrop.* l. 7. p. 126. τὴν δὲ γυναῖκα λέγουσιν, ὡς κάθηται χαμαὶ, *vxorem vero dicunt humi sedere.* Aristophanes in *Vespis* p. 523. εἰσί τινες οἵ μ' ἔλεγον, ὡς καταδιηλλάγην, *sunt quidam, qui dicunt me reconciliatum esse.*

v. 56.

Ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν.

Diem videre ex vsu phraseos graecae est, *diem s. tempus aliquod viuendo attingere.* Apud Iosephum *ant.* l. 6. c. 14. p. 201. ad Abigaëlem dicit Dauid: οὐ γὰρ ἂν τὴν ἐπερχομένην ἡμέραν εἶδες, *alioqui crastinum diem non vidisses.* Plutarchus in *Othone* p. 1074. τοῦ μὴ πάλιν ἡμέραν τοιαύτην ἐπιδεῖν τὴν Ἰταλίαν, *ne iterum talem diem videat Italia.* Euripides in *Hecuba* v. 56. Δέλειον ἦμαρ εἶδες, *seruilem diem vidisti, i. e. seruilia te occuparunt fata.* Themistius *or.* 10. de *pace ad Valentem* p. 132. dicit: ὅταν ἐννοήσωμεν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἧς ἐγενόμην αὐτόπτης, *si diem illum consideramus, cuius spectator factus sum.* Idem *or.* 16. *gratul. de pace* p. 199. ἐπειδὰν τῆς ἡμέρας ἐκείνης αὐτόπτης ἐγενόμην. Inprimis locutio haec occurrit *de re auide exspectata et expetita.* In Euripidis *Cyclope* v. 436. ad Vlyssem dicunt Satyri Cyclopis serui, Ὦ φίλτατ' εἰ γὰρ τήνδ' ἴδοιμεν ἡμέραν, κύκλωπος ἐκφυγόντες ἀνόσιον κάρα, *o charissime vtinam hanc videamus diem, Cyclopis effugientes caput impium.* Et apud Homerum *Odyss.* ε. v. 220. Vlysses se anxie dicit desiderare, οἴκαδέ τ' ἐλθέμεναι καὶ νόστιμον ἦμαρ ἰδέσθαι, *domum redire et reditus diem videre.*

CAP.

CAP. IX. v. 21.

Αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε, αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ λαλήσει.

Per vocem ἡλικία h. l. *aetas adulta, matura, virilis* intelligitur. Hinc phrasis ἡλικίαν ἔχει indicat: *maiorennis iam est*, s. *aetate iam est matura.* Similiter loquuntur profani. Demosthenes *Olynth.* 1. p. 4. τοὺς ἐν ἡλικίᾳ vocat *adultos* s. homines *aetatis virilis et militaris.* Idem *Olynth.* 3. p. 14. senes vocat, ἔξω τῆς ἡλικίας ὄντας, *qui aetatem virilem iam excesserunt.* Idem in *Aphob.* 3. p. 565. Demophonti dicit ducendam fuisse sororem suam ὅταν ἡλικίαν ἔχῃ, *postquam adoleuisset*, idque addit decennio post fieri debuisse, quum tum illa quinque annos nata fuisset, vti liquet ex *or.* 1. *in Aphob.* p. 547. Apud Diodorum Siculum l. 20. c. 4. p. 384. *ad aetatem adultam peruenientes vocantur*: εἰς ἡλικίαν ἐλθόντες. Eratosthenes in *Catasterism.* c. 13. p. 110. de Ioue adulto, ἐλθόντος δὲ τοῦ παιδὸς εἰς ἡλικίαν, ibid. de eod. c. 30. p. 125. ἐκτραφέντα δὲ καὶ γενόμενον ἐν ἡλικίᾳ. Plutarchus de *fratern. amor.* p. 480. *Pisistratus vxorem superinducens* ἐν ἡλικίᾳ οὖσι τοῖς υἱοῖς, *filiis adultis.* Idem in *amator.* p. 754. γενομένους ἐν ἡλικίᾳ dicit obedire debere legibus et praetoribus. Iosephus *ant.* l. 10. c. 11. p. 349. τῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ὄντι ἐν ἡλικίᾳ. Ibid. l. 9. c. 7. p. 913. de rege Ioaso: *duas duxit vxores*, παρελθὼν εἰς ἡλικίαν, *quum aetate maturuisset.* Ibid. l. 8. c. 2. p. 273. γενόμενον ἐν ἡλικίᾳ. Ibid. l. 2. c. 5. p 57. de Mose dicitur: παρελθὼν εἰς ἡλικίαν, vti de eodem Hebr. 11, 24. μέγας γενόμενος. Liberi Iudaeorum *maiorennes* erant superatis *tredecim* annis, tum et ad iugum legis suscipiendum erant obligati, tutoribus non egebant amplius et pro se ipsis loqui poterant.

CAP. X. v. 11.

Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων.

Phrasin ψυχὴν τιθέναι a nullo scriptore alio vsurpatam dicit Cel. Heumannus, et sibi etiam exemplum apud

alium ſcriptorem non occurriſſe teſtatur Lampius. Mihi pauca occurrerunt ſimilia. Polybius *excerpt. Valeſ.* p. 61. τὸ πνεῦμα προσέθηκε τῷ χρυσίῳ, *auro ſimul ac ſpiritu priuatus eſt.* Apud Hippocratem *ſect.* 8. p. 30. in oratione Theſſali filii ipſius, Μαχάων γέ τοι ψυχὴν κατέθετο ἐν τῇ Τρωάδι, *Machaon in Troade vitam depoſuit.* Apud latinos ſatis frequens eſt haec locutio. Valerius Maximus l. 6. c. 9. §. 13. *in publicis vinculis ſpiritum depoſuit.* Ibid. l. 9. c. 15. §. 6. *in publica cuſtodia ſpiritum poſuit.* Cornelius Nepos in *Hannibale* c. 1. *odium paternum erga Romanos ſic confirmauit, vt prius animam quam id depoſuerit.*

v. 35.

Καὶ ȣ̓ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή.

Verte: *et non poteſt irrita reddi ſcriptura*, ſ. *et neceſſe eſt, ſcripturae ſuam conſtare veritatem.* Iterum aſſerit Cel. Heumannus verbum λύειν nusquam alibi hoc ſenſu reperiri. Dabo igitur exempla. Euripides *Iphig. in Aul.* v. 1268. θέσφατ' εἰ λύσω θεᾶς, *ſi oracula Deae ſoluero*, i. e. ſi effecero falſa illa deprehendi et euentum non ſortiri. Heraclitus de *incredib.* c. 30. ἵνα μὴ λυθῇ τὸ πεπρωμένον, *ne quod in fatis erat, irritum redderetur*, ſ. *euentu careret.* Plutarchus *Apophth.* p. 179. de Philippo rege, qui latam ſemel ſententiam *reuocare* nolebat, dicit: τὴν μὲν κρίσιν ȣ̓κ ἔλυσε, *ſententiam quidem non ſuſtulit.* Oppoſita ſunt λύειν et πληρȣ̃ν; *ſoluitur* verbum Dei, ſi *falſum id deprehenditur; impletur* vero, ſi *vera ſunt* tam dogmata, quam vaticinia in illo contenta. Vide dicta ad Matth. 5, 18.

CAP. XI. v. 7.

Ἔπειτα μετὰ τȣ̃το λέγει τοῖς μαθηταῖς, ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰȣδαίαν πάλιν.

In verbis ἔπειτα μετὰ τȣ̃το, *deinde*, elegans ineſt pleonaſmus, quemadmodum in ἔπειτα ὕϛερον, πάλιν ἐκ δευτέρȣ et ſimilibus. Aſſenſum adeoque non meretur Lampius,

Lampius, qui ἔπειτα per *tum*, *igitur* h. l. transfert. Pleonastice locutionem hanc habent Demosthenes in *Neaeram* p. 530. ἔπειτα μετὰ ταῦτα. Lucianus in *Hermotim.* p. 597. εἶτα μετὰ τῦτο. Idem in *abdicato* p. 813. εἶτα μετὰ ταῦτα. Aristoteles *rhetor.* l. 2. c. 9. p. 667. εἶτα μετὰ ταῦτα. Heraclides Pont. *allegor. Hom.* p. 494. εἶτα μετὰ τῦτο. Plutarchus de εἰ *apud Delph.* p. 390. εἶτα μετὰ τύτυς. Idem de *iis qui sero pun.* p. 557. et *sympos.* l. 2. qu. 3. p. 636. εἶτα ὕςερον. Aristonymus apud Stobaeum *serm.* 10. p. 129. εἶτα μετὰ τῦτο.

Ἄγωμεν h. l. est, *eamus*. Ignorare se dicit Cel. Heumannus, vtrum haec vocis notio apud eruditos Graeciae scriptores occurrat. En ergo exempla. Arrianus *Differt. Epict.* l. 3. c. 22. p. 315. *O Caesar! pace a te constituta, quaenam patior?* ἄγωμεν ἐπὶ τὸν ἀνθύπατον, *eamus ad proconsulem.* Polybius l. 7. c. 3. p. 704. ἄγωμεν τοίνυν ἔφη, πάλιν τὴν αὐτὴν ὁδὸν, *abeamus igitur inquit, eadem, qua venimus via.* Aristophanes in *nubib. Act.* 4. *scen.* 5. p. 196. ἄξεις; *nonne ibis?* Xenophon *exped. Cyri* l. 4. p. 220. ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἦγον οἱ Ἕλληνες, *simulac Graeci propius accesserunt.* Ibid. p. 233. ταύτῃ ἕκαςος ἄξει ὁ λόχος, *illuc omnes ibunt manipuli.* Idem saepe verbo ἄγειν sine casu adiecto vtitur, ita tamen, vt vox ςρατὸς aut simile quid subaudiendum videatur, e. g. *Cyrop.* l. 3. p. 57. ἄγειν ἐπὶ τὺς πολεμίυς, et p. 58. ἄξω ἤδη, l. 5. p. 87. et l. 7. p. 123.

v. 8.

Ῥαββὶ νῦν ἐζήτυν σε λιθάσαι οἱ Ἰυδαῖοι.

De voce νῦν, quae h. l. *nuper*, *modo* significat, iterum nescire se scribit Cel. Heumannus, vtrum Graeci eruditi, voce ista hac notione vsi sint. Vsus est Iosephus *ant.* l. 11. c. 2. p. 359. vbi de vrbe Hierosolyma tum ante septuaginta circiter annos vastata, dicitur: ἡ διὰ τῦτο καὶ νῦν ἠρημώθη, *quae propterea nuper etiam vastata est.* Idem l. 1. *cont. Apion.* p. 1037. Ἀμέλει καὶ περὶ τῦ γενομένυ νῦν ἡμῖν πολέμυ, τινὲς ἱςορίας ἐπιγράψαντες ἐξενηνόχασιν, *denique et de bello, quod apud nos contigit nuper,*

nuper, *nonnulli historias conscribentes ediderunt.* Imo quod maius est, νῦν *nuper* atticam spirat elegantiam. Aristophanes in *pace* sub init. p. 624. Πῦ γὰρ ἣν νῦν δ' ἤφερες, Οὐ κατέφαγε; *annon deuorauit alteram, quam nuper adferebas?* Quae ita explicat Scholiastes antiquus: ἣν νῦν δ' ἤφερες οὕτως Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἀρτίως, *ita Attici loquuntur pro* ἀρτίως *nuper.*

v. 18.

Ἦν δὲ ἡ Βηθανία ἐγγὺς τῶν Ἱεροσολύμων, ὡς ἀπὸ σαδίων δεκαπέντε.

Verba vltima verte: *quindecim circiter stadiorum interuallo.* Rarior vsus est voculae ἀπὸ, quatenus ipsis interuallorum nominibus praefigitur. In sacris solus Iohannes hic et infra c. 21, 8. et Apocal. 14, 20. sic loquitur. In profanis hic vsus particulae ἀπὸ in scriptoribus fere coaeuis occurrit. Iosephus in *vita sua* p. 1016. *Recepi me in Iotapata, vt vicinus illis essem,* ὅσον ἀπὸ τεσσαράκοντα σαδίων, *quadraginta circiter stadiorum interuallo remotus.* Idem *ant.* l. 5. c. 1. p. 136. βάλλονται σρατόπεδον ἀπὸ δέκα σαδίων τῆς Ἱεριχοῦντος. Ibid. l. 7. c. 9. p. 232. l. 8, c. 10. p. 294. l. 14. c. 25. p. 497. l. 18. c. 4. p. 621. et *bell. Iud.* l. 1. c. 3. p. 713. l. 2. c. 17. p. 790. et l. 6. c. 6. p. 907. Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 12. a Reate remotam esse dicit Vatiam, ἀπὸ τριάκοντα σαδίων et Tioram ἀπὸ τριακοσίων. Diodorus Siculus l. 19. c. 25. p. 299. κατασρατοπεδεύσαντες δ' ἀλλήλων ἀπὸ σαδίων τριῶν, *castra a se inuicem remouentes, trium stadiorum interuallo.* Appianus *bell. ciuil.* l. 3. p. 898. πρὸ τοῦ ἄσεος ἀπὸ σαδίων πεντεκαίδεκα. Arrianus in *Peripl. mar. Erythr.* sub init. p. 143. ἀπὸ χιλίων ὀκτακοσίων σαδίων. Ibid. p. 144. ἀπὸ σαδίων ὡς τρισχιλίων. Item p. 145. 154. et 157. Tota vero constructio elliptica est, et suppleri debet verbum γίνεσθαι. Nam γίνεσθαι ἀπὸ notat, *remoueri, remotum esse.* Vide dicta ad Luc. 24, 31. Hinc plene dicendum fuisset, ὡς ἀπὸ σαδίων δεκαπέντε γενομένη. Phrasin plenam habet Appianus *bell. ciu.* l. 2. p. 793. ἀπὸ σαδίων διακοσίων γενομένῳ πρέσβεις ἔπεμπεν, *ducentorum*

centorum stadiorum interuallo adhuc remoto legatos misit.

v. 51.

Τȣ̃το δὲ ἀφ' ἑαυτȣ̃ ȣ̓κ, εἶπεν, ἀλλ' ἀρχιερεὺς ὢν τȣ̃ ἐνιαυτȣ̃ ἐκείνȣ, προεφήτευσε.

In loco hoc satis difficili, mihi se probat prae aliis explicatio, quam fusius exposuit Lampius, quod sc. Caiphas homo quantumuis impius, qui re ipsa instillatam sibi a Satana sententiam contra Iesum nequissimam ferebat, eam tamen dirigente quodammodo mentem hominis et os Spiritu S. ita protulerit, vt simul illa sensu paulisper diuerso accepta, insigne esset vaticinium de vicaria Christi satisfactione. Opponuntur nempe, loqui ἀφ' ἑαυτȣ̃ et προφητεύειν. Quatenus haec hominis oratio prophetica erat, eatenus illa non *proprio impulsu*, sed orto a vi maiori *instinctu* proferebatur. Similiter supra c. 7, 17. 18. opposita sunt, ἀφ' ἑαυτȣ̃ et ἐκ Θεȣ̃. Profani id fieri dicunt ἀφ' ἑαυτȣ̃, quod aliquis *sponte* facit, aliis non impellentibus, iubentibus siue cogentibus. Diodorus Siculus l. 17. c. 56. p. 142. dicit, Alexandro dormiente Parmenionem ἀφ' ἑαυτȣ̃ πρόσταγμα διεδωκέναι τοῖς πλήθεσιν, *sua sponte copiis mandata dedisse*. Andocides *orat.* 2. p. 251. ὅτι ȣ̂τοι ȣ̓κ ἀφ' αὑτῶν ταῦτα πράττȣσιν - ἀλλ' ἀπὸ ἀνδρῶν ἑτέρων, *illos haec a se ipsis non facere, sed aliorum hominum instinctu.* Xenophon *fact. et dict. Socr.* l. 2. in fine egregium vocat ministrum non solum ad imperata facienda aptum, ἀλλὰ δυνάμενον καὶ ἀφ' ἑαυτȣ̃ χρήσιμον εἶναι, καὶ προνοεῖν, καὶ προβȣλεύεσθαι. Thucydides l. 5. p. 136. οἱ μὲν ταῦτα εἰπόντες τῶν ἀργείων ἀφ' ἑαυτῶν, καὶ ȣ̓ τȣ̃ πλήθȣς κελεύσαντος εἶπον. Ibid. in fine libri, ἀφ' ἑαυτῶν συνεχώρησαν τοῖς Ἀθηναίοις. Idem l. 4. p. 104. Sophocles in *Electra* p. 77. ἅπαντα γάρ σοι τἀμὰ νȣθετήματα, κείνης δίδακτα· κȣ̓δὲν ἐκ σαυτȣ̃ λέγεις, *omnia enim, quibus me reprehendisti, illius instinctu et nihil tua sponte dicis.*

v. 52.

Ἵνα καὶ τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἕν.

Verte: *vt etiam filios Dei disperſos inter ſe coniungeret.* Verba εἰς ἓν vel plane omitti, vel voce σῶμα ſiue ἔθνος ſubintellecta, *in vnum coetum* verti poſſunt. Sic Heraclitus *incredib.* c. 19. p 75. de Cadmo dicit: τοὺς σποράδην οἰκοῦντας εἰς ἓν συνήγαγεν, *diſperſim habitantes in vnam gentem coniunxit.* Coniunctio h. l. non loci intelligitur, ſed ſocietas et communio animorum ſub vno capite, et communi bonorum gratiae vſu, ſimilis viuendi generis et amoris vinculo coniunctorum. Eph. 4, v. 3-6. Similiter profani loquuntur. Appianus *bell. ciu.* l. 5. p. 1127. *non placebant Caeſari conatus Antonii* συνάγοντος αὐτῷ Πομπήιον, *Pompeium cum illo conciliare volentis.* Ioſephus *bell. Iud.* l. 7. c. 37. p. 995. μὴ πάλιν εἰς ἓν ἀθρόοι συλλεγῶσι, *ne iterum confertim ſe coniungerent.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 2. p. 110. Romae in ſenatu dixiſſe refert, vxores Sabinas, ſpem ſibi eſſe, περὶ τοῦ συνάξαι εἰς ἓν τὰ ἔθνη, *de gentibus inter ſe coniungendis*, vbi paulo poſt, τὸ συνάγειν εἰς ἓν *explicatur per*, συνάγειν εἰς φιλίαν. Plutarchus in *Romulo* p. 26. vbi in eodem argumento dicitur, raptas eſſe a Romanis Sabinas, συμμῖξαι καὶ συναγαγεῖν τὰ γένη ταῖς μεγίσταις ἀνάγκαις, *ad gentes has commiſcendas et maximis vinculis inter ſe coniungendas.* Idem de *fort. Alexand.* or. 1. p. 329. de populis orientalibus ab Alexandro ſub vnum caput coniunctis et inter ſe vnitis dicit: οὓς τῷ λόγῳ μὴ συνῆγε, τοῖς ὅπλοις βιαζόμενος, εἰς τὸ αὐτὸ συνενεγκὼν τὰ πανταχόθεν, ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ μίξας τοὺς βίους καὶ τὰ ἤθη καὶ τοὺς γάμους καὶ διαίτας, πατρίδα μὲν τὴν οἰκουμένην προσέταξεν ἡγεῖσθαι πάντας, *quos verbis non poterat coniungere, armis cogens, omnia vndique in vnum connectens, veluti in poculo amicitiae vitas et mores, nuptias et victus rationem commiſcens, omnes totum terrarum orbem pro patria habere iuſſit.*

CAP.

CAP. XII. v. 1.

Πρὸ ἓξ ἡμερῶν τȣ̃ πάσχα.

Versionem Vulgatam, quae transfert: *ante sex dies Paschae* defendit adhuc Drusius, quem vide in *Criticis sacris* ad h. l. quasi in his verbis diceretur *Pascha sex diebus constitisse*. Sed quot diebus celebraretur Pascha, quum nemini ignotum esset, frustra illud hoc praesertim loco dixisset Iohannes. Praeterea totis septem (non sex) diebus Pascha absoluebatur; sicque Iohannes adiecisset determinationem temporis inutilem; omisisset vero determinationem hic necessariam, quonam sc. die ante pascha Iesus Bethaniam venerit, quod tempus a Iohanne determinatum esse, etiam ex versu 12. sit probabile. Vertendum est igitur cum Beza: *Sex ante Pascha diebus*. Ita vt particula πρὸ sit traiecta, quasi scriptum esset: ἓξ ἡμερῶν πρὸ τȣ̃ πάσχα. Immerito versionem Bezae vituperat *Lud. de Dieu*, ex eo capite, quod ita assumendum foret, ἓξ ἡμερῶν, mutata constructione dictum esse pro: ἓξ ἡμέρας. Nomina temporis enim ad quaestionem *quamdiu?* non minus in genitiuo quam accusatiuo ponuntur, cum ellipsi praepos. διὰ; ita vt ἓξ ἡμερῶν sit, pro: διὰ ἓξ ἡμερῶν, *per sex dies, interiecto sex dierum spatio*. Poteris tamen sine omni traiectione phrasin ita explicare, vt suppleas praepos. πρὸ, hoc modo: πρὸ ἓξ ἡμερῶν (πρὸ) τȣ̃ πάσχα. Constructionis similis vnicum exemplum primus ni fallor, suppeditauerat Grotius, ex τοῖς LXX. Amos 1, 1. quod ab eodem interpretes sequentes fere omnes ad Lampium vsque et Cel. Heumannum sunt mutuati. *Hellenistis* hoc dicendi genus tribuit Lampius, et Cel. Heumannus illud iterum *plebi* adscribit. At nititur sane, praeter locum 2 Macc. 15, 36. hic loquendi modus sat grauium scriptorum auctoritate. Iosephus *ant.* l. 15. c. 14. p. 544. πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῆς ἑορτῆς, *vno die ante festum*. Idem *bell. Iud.* l. 7. c. 31. p. 961. πρὸ τεσσάρων ἐτῶν τȣ̃ πολέμȣ, *quatuor annis ante bellum*. Idem *cont. Apion.* l. 2. p. 1061. πρὸ ἐτῶν τριακοσίων ἐνενηκοντατριῶν τῆς εἰς

ἄργος θανάτου φυγῆς. Plutarchus in *Apophth.* p. 203. πρὸ μιᾶς νώνων ὀκτωβρίων. Idem de *fortun. Rom.* p. 319. πρὸ μιᾶς ἡμέρας νόννων ἰανουαρίων. Idem *sympos.* l. 8. qu. 1. p. 717. πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῶν γενεθλίων. Idem in *Numa* p. 61. πρὸ δεκαμιᾶς καλανδῶν μαΐων. Idem in *Lucullo* p. 510. πρὸ μιᾶς νόνων ὀκτωβρίων. Achilles Tatius l. 7. p. 453. πρὸ πολλοῦ τῆς ἡμετέρας φυγῆς. Lucianus in *Pseudomant.* p. 894. πρὸ μιᾶς δὲ τοῦτο τοῦ θεσπίζειν ἐγίγνετο, *hoc fiebat pridie antequam responsa redderet.* Appianus *bell. Annib.* p. 567. πρὸ δύο τῆς νυκτὸς ὡρῶν. Idem *excerpt. Vales.* p. 565. πρὸ τριῶν ἡμερῶν τοῦ θριάμβου. Perquam similis huic constructioni est illa Iosephi *ant.* l. 18. c. 8. p. 632. ἀπὸ σταδίων ἑκατὸν τῆς Ῥώμης. Ibid. c. 9. p. 638. ἀπὸ σταδίων πέντε τῆς δικαιαρχίας κείμενον. Et haec Dionis Cassii *excerpt. Vales.* p. 673. μετὰ τριάκοντα ἡμέρας τῶν γάμων.

v. 6.

Καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν.

Vocabulum γλωσσόκομον, quod *loculum, arculam, cistulam* pro recondenda pecunia h. l. significat, et quod tam in Targumim, scriptisque talmudicis et מרושים vt et in lingua syriaca occurrit, pro *plebeio* et *idiotico* habent Salmasius et Io. Olearius *de stilo N. T.* p. 81. Occurrit illud apud Iosephum *ant.* l. 6. c. 1. p. 170. qui cistulam illam, in quam Philistaei aureos mures et quinque icones coniiciebant, quae in textu hebraico ארגז dicitur, γλωσσόκομον appellat, quam ibidem c. 2. p. 171. ἄγγος *vas* vocat. Arrianus in *peripl. mar. eryth.* p. 159. in insula Dioscoridis testudines reperiri scribit, e quibus γλωσσόκομα καὶ πινακίδια, *loculos et tabellas pugillares* confecerint. Quod vero his loculis inprimis ad recondendam pecuniam vsi sint, probat Plutarchus in *Galba* p. 1060. vbi de Galba dicit: ἐκέλευσεν αὐτῷ κομισθῆναι τὸ γλωσσόκομον, καὶ λαβὼν χρυσοῦς τινὰς ἐπέδωκε τῷ Κάνῳ, *loculos sibi iussit adferri, et aureos aliquot inde depromtos donauit Cano.* Verbum ἐβάσταζεν verto: *aufere-*

auferebat non vero *portabat*. Improbat versionem priorem Cel. Heumannus. 1) quoniam haud credibile esset, quod Iudas *omnia quae in loculis erant abstulerit*. Resp. Propositiones eiusmodi indefinitas saepe res ipsa limitat et particulares reddit. Luc. 10, 7. 8. edere et bibere iubentur apostoli, τὰ παρ' αὐτῶν, s. τὰ παρατιθέμενα; at nihil sane amplius ibi praecipitur, *nisi de illis comedere et bibere*. Sic τὰ βαλλόμενα ἐβάςαζε, *auferebat de illis, quae immittebantur*. 2) negat Vir Celeb. βαςάζειν vsquam significare: *clam*. s. *furto aliquid auferre*, Resp. Neque id opus est. Notat βαςάζειν *auferre* aliquid generatim vel *vi* vel *clam* et *furto*. Vtra vero notio h. l. valeat, res ipsa docere debet. Iudas nonnisi latiori sensu *fur erat*;] interuertebat nempe pecuniam sibi concreditam, fraudes vt videtur, in reddendis accepti et expensi rationibus committens, aut innumera quaerens effugia, quibus vti solent, qui opes, quas ab aliis traditas custodiunt, reddere nolunt. *Abripiebat* igitur et *sibi vindicabat* Iudas communem pecuniam, partim *vi*, partim *fraude* et *furto*. Probari potest vterque vocis significatus. *Furto auferre* vox notat apud Iosephum *ant*. l. 8. c. 2. p. 256. vbi meretrix coram Salomone rege comparens, de altera meretrice dicit: βαςάσασα δὲ τὸ ἐμὸν ἐκ τῶν γονάτων πρὸς αὐτὴν μεταφέρει, *infantem meum e gremio meo ablatum ad se transtulit*. Videtur quoque locum habere haec notio in Sophoclis *Philoctete* p. 412. vbi de arcu suo, quem furto sibi abstulerat Neoptolemus, Philoctetes dicit, fuisse illum sibi, τροφὰν τὰν οὐδεὶς ποτ' ἐβάςασεν, *cibum quem sibi nemo vnquam abstulerit*. *Clam auferre* vox indicat apud Iosephum *ant*. l. 9. c. 2. p. 305. ἐβάςασαν ἐσθῆτα, καὶ πολὺν χρυσὸν κομίσαντες ἔξω τῆς παρεμβολῆς ἔκρυψαν. *Vi auferre* notat ibid. l. 7. c. 12. p. 251. vbi Hyrcanus βαςάσας τρισχίλια τάλαντα, *ter mille talenta abstulisse* e sepulcro Dauidis dicitur. Ibid. l. 8. c. 4. p. 279. Susacus dicitur χρυσοῦ καὶ ἀργύρου μυριάδας ἀναριθμήτους βαςάσας. Idem verbum ibid. l. 10. c. 11. p. 342. de Nebucadnezare, et l. 14. c. 12. p. 478.

p. 478. de Crasso, templum Hierosolymorum spoliantibus vsurpatur.

v. 24.

Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ πολὺν καρπὸν φέρει.

Videtur mihi Christus cum grano tritici hic se comparare respectu habito ad homines illos, v. 20. 21. qui videre se volebant. Dicere vult: Iam tempus non est, vt pluribus ad visibilem inprimis praesentiam et colloquia quod attinet, innotescam, quippe quod solum parum vtile esset; oportet me potius a consortio hominum et conspectu per mortem et sepulturam recondi, et grani instar emori; quo pacto maior et in omnes et in hos quoque, qui iam colloqui mecum volunt, fructus redundabit. Eadem similitudine vtitur Arrianus *Differt. Epict.* l. 4. c. 8. p. 411. philosophos monens, ne aliis vt tales innotescere eosue reprehendere nimis festinent, dicens, *σαυτῷ φιλοσόφησον ὀλίγον χρόνον· οὕτω καρπὸς γίνεται· κατορυγῆναι δεῖ χρόνῳ τὸ σπέρμα κρυφθῆναι, κατὰ μικρὸν αὐξηθῆναι, ἵνα τελεσφορηθῇ, Tibi ipsi philosophare ad breue tempus; ita fructus prodeunt. Defodi oportet semen et aliquamdiu occultari, atque paulatim increscere, vt maturitatem tandem consequatur.*

v. 25.

Ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσει αὐτήν.

Notionem, qua vox *φιλεῖν nimis amare, nimis cupide amare* h. l. occurrit, inter *hebraismos* refert Vorstius *Philol. sac.* P. 1. c. 5. p. 123. At integra phrasis, *ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν, qui vitam nimium amat, qui conseruandae illius nimium cupidus est*, et graeca est, et elegans. Euripides in *Heraclid.* v. 456. Iolao pro Herculis liberis mortem subituro, verba haec tribuit, *οὐ φιλεῖν δεῖ τὴν ἐμὴν ψυχὴν· ἴτω, Non oportet me nimis amare vitam meam, pereat.* Idem in *Alcest.* v. 703. *νόμιζε δ' εἰ σὺ τὴν σαυτοῦ φιλεῖς ψυχὴν, φιλεῖν ἅπαντας, scito vero, si tu tuam cupide amas vitam, omnes suam amare.* Hinc nimis *cupide vitam amare φιλοψυχεῖν* dicitur. Euripides in *Heraclid.* v. 519. *αὐτοὶ φιλοψυχοῦντες*, et v. 534. *φιλο-*

φιλοψυχῶσ' ἐγώ. Lesbonax in *hortator.* p. 210. εἰ ἔν τις ὑμῶν φιλοψυχῶν παρεσκεύασαι ἀναχωρεῖν ἢ φεύγειν ἵνα σωθῇ, ἐκ ὀρθῶς γινώσκει, τὸ φιλοψυχεῖν ὅ, τι ἐςιν, *si quis vestrum igitur vitae studiosus receptum vel fugam ad salutem meditatur; non recte videtur, quid sit vitae studium cognoscere.*

v. 33.

Τῦτο δὲ ἔλεγε σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν.

Verbum σημαίνειν notat, *aliquid futurum vaticinando cum ambiguitate quadam atque obscuritate innuere.* Tribuitur id proprie Deorum oraculis, euentus humanos subobscure significantibus. Stobaeus *serm.* 5. p. 69. vt et Plutarchus de *Pythiae orac.* p. 404. referunt dictum Heracliti: *Rex cuius oraculum Delphicum est*, ὔτε λέγει, ὔτε κρύπτει ἀλλὰ σημαίνει, *neque dicit, neque occultat, sed significat.* Ibid. p. 405. dicit, credi ab hominibus, per auium voces, σημαίνοντα τὸν θεὸν, *Deum aliquid significare.* Apud Demosthenem adu. *Midiam* p. 393. oraculum aliquod Dodonaeum, sic incipit: ὁ τῦ Διὸς σήμαιν' ἐν Δωδώνῃ, *Iouis filius in Dodone significat.* In Euripidis *Rheso* v. 754. opponuntur inuicem ἐν αἰνιγμοῖσι σημαίνειν, *obscure significare* et σαφῶς αὐδᾶν *clare eloqui.* Apud Herodotum in *Polymn.* p. 222. ex Atheniensibus oraculum, Delphicum explicantibus οἱ δ' αὖ ἔλεγον, τὰς νέας σημαίνειν τὸν θεὸν, *nonnulli dicebant, naues a Deo significari.* Arianus *Differt. Epict.* l. 1. c. 17. p. 130. quater hac voce vtitur, futuros euentus dicens a Diis per aruspices, exta et aues σημαίνεσθαι, *innui.* Iosephus vocem de veri Dei vaticiniis vsurpat *ant.* l. 7. c. 8. vaticinium Nathanis commemorat, quod Dauidi praedixerit, σημαίνων τὴν ἐκ τῦ παιδὸς ἐσομένην ἐπίθεσιν, *insidias a filio ipsi futuras significans.* Ibid. l. 10. c. 12. p. 351. quum sub Belsatzare manus aliquid in pariete scripsisset, aduocandus, dicitur Daniel, vt indicet, τὸ ὑπὸ θεῦ σημαινόμενον.

v. 35.

v. 35.

Περιπατεῖτε ἕως τὸ φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ.

Per *lucem* non solum Christus ipse, sed etiam ***gratia eius illuminans intelligenda est.*** Per σκοτίαν igitur simul tempus innuitur, quo relinquere debebat, gratia diuina illuminans pertinacem et obstinatam gentem Iudaicam. Iubentur igitur luce adhuc praesenti recte vti, ne nocturnae tenebrae, illos incautos praeter spem atque opinionem *opprimant.* Καταλαμβάνειν de nocte s. vespera *ingruente* Graeci vsurpant, inprimis si illa homines opinione citius *occupat.* Iosephus in *vita sua* p. 1024. καὶ γὰρ ἑσπέρα κατέλαβεν, *quum iam vespera occupasset.* Herodianus l. 2. p. 82. de Seuero dicit: ἑσπέρας καταλαβούσης εἰς ὕπνον κατηνέχθη, *quum vespera illi superuenisset, in somnum incidit.* Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 115. *Illos, quum in via tentoria fixissent*, ἑσπέρα γὰρ αὐτοὺς κατέλαβεν, *quoniam vespera illos occupauerat, dormientes inuadunt.*

v. 38.

Κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν;

Verte: *Domine quis credit iis, quae a nobis narrantur* s. *audiuntur?* ἀκοὴ *rem quae ab aliquo auditur*, rem auditam s. narratam, annunciationem, enarrationem cet. Graecis denotat, sine *hebraismo.* Demosthenes 2. *in Stephan.* p. 620. hanc legem atticam recenset: ἀκοὴν εἶναι μαρτυρεῖν τεθνεῶτος, *rem e mortuo auditam testari licet.* Quam paulo ante sic explicat: ἀκοὴν δ' οὐκ ἐῶσι ζῶντος μαρτυρεῖν ἀλλὰ τεθνεῶτος *non permittunt* leges *rem e viuente auditam testari, sed tantum e mortuo.* Et paulo post: ἀκούσας δὲ Φορμίωνος, μεμαρτύρηκεν ἀκοὴν, *quum illud ex Phormione audiuisset, rem auditam testatus est.* Philo *legat. ad Caium* p. 995. de morbo Caii omnibus luctuoso dicit: μετέωρος πᾶσα πόλις ἦν ἀκοῆς ἀεὶ διψῶσα βελτίονος, *arrectae erant omnes ciuitates meliorem semper nuncium desiderantes.*

CAP.

CAP. XIII. v. 2.

Καὶ δείπνου γενομένου τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου, ἵνα αὐτὸν παραδῷ.

Verba δείπνου γενομένου verte: *Quum parata esset coena.* Sic Athenaeus l. 4. c. 4. p. 132. ex Hegesandro hanc adducit quaestionem: πότερον ἐν ἄστει γίνεται βελτίω δεῖπνα ἢ ἐν Χαλκίδι; *vtrum coenae lautiores parentur in vrbe an in Chalcide?* Vbi phrasis, γίνεσθαι δεῖπνα paulo post per παρασκευὴν, *apparatum* eorundem explicatur.

Posteriora verte: *quum Diabolus id iam inspirasset animo Iudae.* Sic enim βάλλειν et ἐμβάλλειν vsurpant Graeci pro *inspirare, suggerere, instillare.* Sic Pindarus *Olymp.* 13. v. 21. πολλὰ δ' ἐν καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον ὧραι πολυάνθεμοι ἀρχαῖα σοφίσμαθ', *multas vero animis hominum inspirarunt Horae multum floridae* (Deae nempe Iovis filiae) *antiquas artes.* Plutarchus de *malign. Herod.* p. 871. Venerem a mulieribus Corinthiis votis nuncupatis rogatam esse scribit, ἔρωτα τοῖς ἀνδράσι τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους μάχης ἐμβαλεῖν τὴν θεὸν, *vt Dea haec maritis amorem pugnandi aduersus barbaros instillaret.* Dionysius Hal. *ant.* l. 7. p. 436. Marcium in senatu dicentem inducit, agendas esse diis gratias, quod, ταύτην ἐνέβαλον αὐτοῖς τὴν ἀναισχυντίαν τὲ καὶ πολυπραγμοσύνην, *tantam illis* (plebi sc.) *inspirauerint impudentiam et fraudulentiam.* Ibid. l. 6. p. 348. *Cui vero improba et dira mens*, φυγῆς ἀσχήμονος ἐπιθυμίαν ἐμβαλεῖ, *turpis fugae cupiditatem immittet.* Xenophon *Cyrop.* l. 1. p. 20. ὡς ἂν δυναίμην στρατιᾷ προθυμίαν ἐμβαλεῖν, *quomodo exercitui alacritatem inspirare possem.* Ibid. p. 21. προθυμίαν ἐμβαλεῖν στρατιώταις. Sensu opposito ἐκβάλλειν habet Iosephus *ant.* l. 13. c. 11. p. 445. *Nullus erit tantus timor*, ὃς ταύτην ἡμῶν τὴν διάνοιαν ἐκβάλῃ τῆς ψυχῆς, *qui hanc nobis sententiam ex animo cuellat.* Frequens alioqui est phrasis, εἰς νοῦν βάλλεσθαι, s. ἐμβάλλεσθαι, *in animum aliquid inducere, apud animum statuere.* Produxit

duxit huius aliquot exempla Elsnerus. Addatur Iosephus *ant.* l. 6. c. 14. p. 199. Ibid. l. 7. c. 4. p. 220. Plutarchus *non suau. viui sec. Epicur.* p. 1095. Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 31. et p. 36. Ibid. l. 11. p. 717. Lysis *epist. ad Hipparch.* p. 736. Lampius ad h. l. mauult phrasin hanc verti passiue, *in animum incidere* (s. induci), vt itidem extraordinaria quaedam suggestio innuatur. At est omnino βάλλεσθαι et ἐμβάλλεσθαι, in hac phrasi *mediae vocis*, vt significetur, *aliquem sua sponte in animum inducere.* Probabile hoc fit exinde, quoniam eadem phrasis etiam voce actiua occurrit. Demosthenes de *corona* p. 322. τοῦτ' εἰς νοῦν ἐμβαλέσθαι, *in animum hoc inducere.* Iosephus *ant.* l. 14. c. 18. p. 489. οὐδ' ἂν εἰς νοῦν ἔβαλε τοιοῦτον οὐδὲν, *nihil tale ne in animum quidem induxit.*

v. 8.

Οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ.

Vocabulum μέρος h. l. *commune negotium, consortium, communionem* denotat, vti μερὶς 2 Cor. 6, 15. et 2 Sam. 20, 1. imo et μέρος Apoc. 20, 6. Verte igitur: *non erit tibi mecum consortium.* Sensus est: *Si Petrus hac in re dicto audiens esse nollet, diuulsum iri nexum, qui Christum inter et Petrum intercedebat, Christo nihil amplius cum Petro fore negotii; hinc cariturum quoque esse Petrum omnibus bonis e salutifera cum Christo communione fluentibus. Hebraismum* inmerito hic quaerit Vorstius a Wolfio ad h. l. citatus. Sic enim Xenophon *Cyrop.* l. 7. p. 134. Artabazum fingit cum Cyro loquentem: νῦν οὖν, εἰ μὲν ἔσται πη ὅπως οἱ πλεῖστου ἄξιοι γεγενημένοι πλεῖστόν σου μέρος μεθέξομεν· εἰ δὲ μὴ, πάλιν αὖ ἐγὼ ἐθέλω παρὰ σοῦ ἐξαγγέλλειν ἀπιέναι πάντας ἀπὸ σοῦ, *iam vero si futurum est, vt digniores plurimum tecum habeant, consortii* bene est; *sin minus, rursus ego nunciabo verbis tuis, vt omnes a te abeant.* Ibid. p. 133. Cyrus dixisse fertur, λογίζομαι, μικρὸν μέντοι ὑμῖν μέρος ἐμοῦ μετεσόμενον, μικρὸν δέ τι ἐμοὶ ὑμῶν, *parum vobis mecum et mihi vobiscum consortii futurum esse iudico.*

v. 18.

v. 18.

Ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ.

Priora verba dicta putant, ad oftendendum eo maius proditoris flagitium, quod nempe eo atrociora apud veteres crimina crederentur, eorum, qui communis menfae, cum iis quos laedebant, participes fuerant. Neque id plane eft ab h. l. alienum. Sic Plutarchus *fympof.* l. 9. qu. 1. p. 736. de Achille narrat, eum iis, qui fingulari certamine congreffi effent, poenam promififfe, volens, vt, fi quam inter arma iram concepiffent, ταύτην ἀφεῖναι καὶ καταθέσθαι τοὺς ἄνδρας ἑστιάσεως κοινῆς καὶ τραπέζης μετασχόντας, *eam emitterent et deponerent viri, communis conuiuii et menfae participes*, Contra ea Dinarchus adu. *Demofth.* p. 17. Demoftheni exprobrat, quod vrbem Thebanorum euerti permiferit, οἷς ὁμόσπονδος καὶ ὁμοτράπεζος πολλάκις γέγονεν, *quorum libationum et menfae faepe particeps fuiffet.* improbitatem eiusdem Demofthenis exaggerans Aefchines in *Ctefiphont.* p. 306. quod nempe Anaxino hofpiti quondam fuo necis cauffa fuiffet, addit, καὶ παρὰ τῷ αὐτῷ ᾧ ὠρεῷ κατήγε, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς τραπέζης ἔφαγε καὶ ἔπιες καὶ ἔσπεισας, *et apud eundem tamen Orei diuertifti, et ex eadem menfa comedifti et bibifti et libfti.* Vbi paulo poft addit, fe purgandi cauffa dixiffe Demofthenem, τοὺς τῆς πόλεως ἅλας περὶ πλείονος ποιήσασθαι, τῆς ξενικῆς τραπέζης, *fe communem ciuitatis falem pluris feciffe, quam menfam hofpitalem.* At latet aliquid amplius in hoc de Iuda vaticinio. Senfus eft, vt bruis fim: *Qui feruus et famulus meus eft, is fe hoftiliter contra me extollit, meque pedibus conculcare ftudet.* Sic enitet nexus huius verfus c. v. 16. § 17. Commendauerat v. 16. mutui difcipulorum amoris et fubiectionis officia, et vt non alter fuper alterum, multo minus fuper femetipfum, Dominum nempe eorum fe extollerent. His addit v. 18. noffe fe, quo plurimi difcipuli fui, fe fubmiffa mente vt Dominum aut veneraturi, vnum tamen hominem fore,

a se enutritum, qui cristas erigere et Dominum suum prodere atque opprimere ausurus sit. Sic igitur verbo: *qui pane mecum vescitur*, siue ex Psalm. 41, 10. אכל לחמי *qui pane meo vescitur*, hominem denotant, qui pane alterius enutritur, quae phrasis de vxoribus a maritis victu sustentatis adhibetur e. g. 2 Sam. 12, 3. Ezech. 16, 19. Inprimis etiam *panem* Dominorum *comedere* dicebantur ministri, qui a Dominis nutriebantur, siue *salariis fruebantur*. Hoc sensu Nehemias c. 5, 14. 18. dicit, se *panem* praefecti neque *comedisse*, neque postulasse. Et Esr. 4, 14. praefecti Sanariae ad Artasastham scribunt: *se sale palatii salire*. Aequipollent phrases, ὁ τρώγων τὸν ἄρτον μου, et μετ᾽ ἐμοῦ et vtraque significat: *qui pane meo alitur*, siue *famulus meus est*. Origo phraseos quaerenda est in more veterum, quo ministris et famulis, etiam mensae non accumbentibus, cibi tamen dominorum iussu parati, siue in mensis dominorum residui tradebantur. Sic cibis regiis ali debebat Daniel cum sociis suis c. 1. v. 5. seq. Similem qoque morem apud Persas obtinuisse ex Heraclide Cumano enarrat Athenaeus l. 4. c. 10. p. 145.

V. 23.

Ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς.

Corpore in latus sinistrum inclinato, et capite ad mensam porrecto accumbebant veteres qui igitur infra ad pectus aliorum accumbebant, *in gremio eorum* accumbere dicebantur. *In gremio* aliorum accumbebant, qui maxime ab iis amabantur. Ordinare infra conuiuatorem, siue in gremio ipsius accumbere solitas esse vxores eorum, liberosque, testis est Plutarchu *sympos*. l. 1. qu. 3. p. 619. dicens; ὁ μὲν γὰρ ὑπ᾽ αὐτὸν ἢ γυναικὸς ἢ παίδων ἐστὶν, *locus infra illum* (conuiuatorem sc.) *aut vxoris aut filiorum est*. Sic apud Theocritum *idyll*. 14. v. 37. vxorem in sinu sibi accumbentem expellit maritus zelotypus, dicens: ἄλλος τοι γλυκίων ὑπὸ κόλπιος ἄλλον ἰοῖσα, θάλπε φίλον, *alius tibi iucundior in sinu est, alium*

abiens

abiens calefac amatorem. Amasii amasios siue amicas suas in sinu habebant accumbentes. De Heliogabalo, qui vt cinaedum se praebebat Aurelio, Dio Cassius *excerpt. Vales.* p. 766. dicit: *ἔν τε τῇ κάτω αὐτοῦ, ἀνέκλινε, κἀν τοῖς κόλποις ὥσπερ τις ἐρωμένη δεῖπνον εἵλετο, infra illum accubuit et in gremio eius veluti amica coenauit.* Quod igitur in gremio Christi accumberet Iohannes, id simul tenerrimi amoris, quo Christus eum amplectebatur, signum erat. Ortae hinc sunt phrases latinae, *in sinu et complexu esse*, pro *amari*, se *insinuare* graece *ἐγκολπίζεσθαι*, pro *amorem alicuius et familiaritatem sibi conciliare*, qua voce graeca vtitur Plutarchus *quod philosoph. cum principibus* p. 776.

v. 35.

Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε.

Ἐν τούτῳ positum est, pro, ἐκ τούτου, s. διὰ τοῦτο, *ex hoc* s. *per hoc* idque sine *hebraismo.* Sic Xenophon de *repub. Laced.* p. 662. τοῦτο δὲ δηλῶσαι καὶ ἐν τούτῳ βουλόμενος, *etiam illud per hoc significare volens.* Ibid. p. 663. δηλοῦται δὲ ἐν τούτῳ, *significatur vero per hoc.* Idem *rer. Graec.* l. 7. p. 418. οὐκοῦν εὔδηλον ἐν τούτοις ἐστὶν, *ex his igitur manifestum est, e mari vniuersam vestram pendere salutem.* Polybius l. 9. c. 19. p. 776. διὸ πάλιν ἐν τούτοις φανερὸν, *iterum igitur ex his apparet.*

CAP. XIV. v. 22.

Κύριε τί γέγονεν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτὸν καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ.

Verba τί γέγονεν, ὅτι vertere potes, *quid accidit*, quod, s. *quid caussae subest, quod te nobis velis manifestare*, ita tamen vt locutione hac non caussa s. ratio mouens quaelibet, sed tantum *caussa* aliqua s. *euentus antecedens* intelligi debeat. Grotius in phrasi hac *hebraismum* quaerit. Cel. Heumannus eam inter locutiones refert, quae nusquam in Graecorum scriptis reperiantur. Neutrum placet. Apud Arrianum *Dissert. Epict.* l. 2. c. 15. p. 210. de homine inedia necem sibi consciscere volente dicit

dicit Epictetus: *Ego rem cognoui, cum is iam tertium diem in inedia illa pergeret*, καὶ ἐλθὼν ἐπυθανόμην τί ἐγένετο. κέκρικα φησίν, *et accedens interrogaui, quid caussae subesset? Respondit is: decreui.* Ibid. p. 211. *Mori volo, si ad hoc me coëgeris*, διατί ἄνθρωπε; τί ἐγένετο; κέκρικα, *quamobrem homo? quid caussae subest? decreui.* Euripides in *Troad.* v. 889. verbo ἐςὶ eodem sensu vtitur, τί δ' ἔςιν εὐχὰς ὡς ἐκαίνισας θεῶν; *quid rei est, quod preces ad Deos renouaueris?*

v. 23.

Καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν.

Verba vltima verte: *et apud illum habitabimus*, s. *commorabimur*; nam μονὴν ποιεῖν, idem est, quod μένειν, *habitare commorari*, quod habes eo sensu supra c. 1. 39, 40. et hoc capite v. 17. παρ' ὑμῖν μένει. Locutione hac vtitur Thucydides l. 1. p. 29. vbi de Pausania Colonis commorante narratur, quod delatus sit apud Lacedaemonios, veluti, οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τὴν μονὴν ποιούμενος, *quasi non optima de caussa ibi commoraretur.* Et Iosephus *ant.* l. 13. c. 4. p. 430. *Atque ita Ionathas*, ἐν Ἱεροσολύμοις τὴν μονὴν ἐποιεῖτο, *Hierosolymis habitabat, suo arbitratu multa in ea vrbe reparans.* Idem ib. l. 8. c. 7. p. 288. de Elia in speluncam ad montem Sinai ingresso dicit, διετέλει ποιούμενος ἐν αὐτῷ τὴν μονὴν, *commorari ibidem pergebat.*

CAP. XVI. v. 12.

Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι.

Verbum βαςάζειν *ferre* h. l. respicit ad τὰ ἐρχόμενα v. 13. quae ipse Christus discipulis manifestare nolebat, a spiritu vero manifestatum iri praedicebat. Pertinet huc regni Dei inter ethnicos manifestatio, Iudaeorum reiectio, legis caerimonialis abrogatio, quales veritates discipuli ob praeiudicia altius animo infixa, et opinionem de terreno Christi regno nondum penitus exstinctam,

ſtinctam, nondum ferre potuiſſent, ſi clarius illa Chriſtus ipſemet docuiſſet. Similis eſt locus Arriani *Diſſert. Epict.* l. 3. c. 15. p. 296. *Sic quidam viſo philoſopho auditoque alio, qui dicat: vt Euphrates diſſerit? quis ita loqui poteſt vt ille? volunt et ipſi philoſophari.* Ἄνθρωπε, σκέψαι πρῶτον τί ἐςι τὸ πρᾶγμα· εἶτα καὶ τὴν σαυτῦ φύσιν, τί δύνασαι βαςάσαι, *Homo, conſidera primum quaenam res ſit, deinde naturam quoque tuam, quid ferre poſſit?*

CAP. XVII. v. 2.

Ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον.

Verte: *vt omnibus, quos dediſti illi, det vitam aeternam.* Extraordinaria omnino eſt conſtructio, nec tamen exemplis ſimilibus plane deſtituta. 1) Πᾶν ponitur pro maſculino πάντες. Solemne eſt Graecis, quum de perſonis loquuntur, genere neutro vti. Hebr. 7, 7. τὸ ἐλάττον ὑπὸ τῦ κρείττονος εὐλογεῖται. Thucydides l. 6. p. 154. ὀλίγον δ' ἦν τὸ πιςεῦον τῷ Ἑρμοκράτει, καὶ φοβῦμενον τὸ μέλλον, *pauci erant, qui Hermocrati credebant, iique futura metuentes.* 2) Caſus vocis πᾶν duplici modo explicari poteſt. Aut eſt nominatiuus abſolutus, qualis e. g. Act. 7, 40. c. 20, 3. et 1 Ioh. 2, 27. occurrit, cuius exempla ad Act. 20, 3. adſcribam, aut eſt accuſatiuus, qui in gratiam ~~relatiui~~ ſequentis pro Datiuo poſitus eſt, vti Marc. 6, 16. ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην ὗτός ἐςι, Matth. 21, 42. 1 Petr. 2, 7. Act. 10, 36. vbi exempla dabo e profanis. Quocunque modo ſumas, conſtructio eadem erit ſupra c. 6, 39. 3) Quod pluralis in δώσῃ αὐτοῖς referendus ſit ad ſingularem πᾶν, conſtructio eſt ad ſenſum. Similis eſt locus Homeri, quem adducit auctor vitae eius p. 305. οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες, Πρόσσω πᾶς πέτεται, *illi magnum pectus gerentes omnes per aërem volitant.* Eſt haec conſtructio nominum collectiuorum; vt in his Pauſaniae in *Meſſen.* ſ. l. 4. p. 216. ἀφείλοντο ὁ δῆμος τῆς ἐξυσίας τὸ πολὺ, *multum poteſtatis illis populus eripuit.* Ibid. in *Phocic.* ſ. l. 10. p. 638

p. 638. τὸ ἔθνος τὸ αἰτολικὸν ἀπέςειλαν καταςρεψάμενοι τὲς ὁμόρες, *misit gens Aetolica debellatis finitimis.* Alia notabo infra ad Act. 3, 11.

v. 26.

Ἵνα ἡ ἀγάπη, ἣν ἠγάπησάς με, ἐν αὐτοῖς ᾖ.

Constructionem hanc, ἡ ἀγάπη ἣν ἠγάπησάς με, vbi ἣν positum est pro ᾗ, *amor, quo amasti me*, in veterum scriptis plane insolitam esse, atque inter phrases *plebeias* referri debere censet Cel. Heumannus. Muniendum igitur erit auctoritatibus hoc loquendi genus. Sic Paulus Apostolus Eph. 2, 4. διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτῦ, ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς. Occurrit quoque haec constructio, etiamsi casu differat vox antecedens. Lysias cont. *Agorat.* p. 209. ἡ κρίσις ἣν ἐκρίθη ἐπὶ τῶν τριάκοντα. Iosephus *ant.* l. 9. c. 14. p. 325. ἡ ςάσις, ἣν ἐςασίασαν πρὸς ῥοβόαμον, *seditio per quam a Roboamo defecerunt.* Pausanias in *Boeot.* s. l. 9. sub init. πρὸ μὲν τῆς μάχης, ἣν ἀθηναῖοι μαραθῶνι ἐμαχέσαντο. Arrianus *rer. indic.* p. 590. ἐπὶ τῇ νίκῃ, ἣν ὠρείτας τε ἐνίκησε, *ob victoriam, qua Oritas vicit.* Thucydides l. 2. p. 55. περὶ τῆς ναυμαχίας, ἣν ἐνίκησαν, *de pugna nauali, qua vicerunt.* Supplendum vero est in hac constructione κατὰ, vt plene dictum sit, ἡ ἀγάπη (καθ') ἣν ἠγάπησας. Sic Dionysius Hal. *ant.* l. 4. sub init. dicit, τῆς πεντηκοςῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα ςάδιον, *Olympiade quinquagesima, qua stadio vicit Epitelides Lacon*, idem vero init. l. 5. *Instante Olympiade sexagesima octaua*, καθ' ἣν ἐνίκα ςάδιον, *qua stadio vicit Ischomachus Crotoniensis.*

CAP. XVIII. v. 4.

Ἰησῦς ὖν εἰδὼς πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτόν.

Verte: *quum igitur Iesus sciret omnia, quae ipsi euentura s. superuentura essent.* Phrasis ἔρχεσθαι ἐπί τινα etiam Matth. 23, 35. occurrit, ad quem locum Beza *hebraeum dicendi genus* hoc esse dicit. Attamen vtuntur Graeci et hac locutione et similibus. Dionysius Hal. *ant.* l. 11. p. 721. ὐδὲ δέδοικε μὴ καὶ ἐπ' αὐτὸν ἔλθοι ποτὲ σὺν

χρόνῳ

χρόνῳ τὰ δεινὰ, *neque veretur, ne sibi quoque progressu temporis mala superueniant.* Euripides in *Oreste* v. 1010. τὰ πανύςατα δ' εἰς ἐμὲ καὶ γενέταν ἐμὸν ἤλυθε, *postrema vero* mala, *mihi et patri meo euenerunt.* Idem in *Phoenis.* v. 936. ἐκ τοῦ δ' ἐμοὶ ἦλθε καὶ τέκνῳ κακόν; *Vnde vero hoc malum mihi euenit et filio?* Libanius *epist.* 1206. p. 573. *si amicis nostris molestia creetur*, ἥξει τι καὶ ἐφ' ἡμᾶς τῆς λύπης, *tristitiae etiam nobis pars aliqua superueniet.* Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 655. ὑμῖν δὲ τοῖς ἐγκαταλιποῦσι καὶ προδιδοῦσι τὸ κοινὸν ἥξει δίκη τιμωρὸς, *vobis vero reipublicae desertoribus et proditoribus poena superueniet.* Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 285. Ῥόδιοι πρὸς αὐτοὺς τἀδικήματα νομίσαντες ἥξειν, *Rhodii has iniurias sibimetipsis superuenturas esse putantes.*

CAP. XIX. v. 9.

Καὶ λέγει τῷ Ἰησοῦ, πόθεν εἶ σύ;

Quum, vti ex Luc. 23, 6. apparet, Pilatus iam antea nosset, Christum e Galilaea ortum esse; occasio vero, huius quaestionis, πόθεν εἶ σύ; haec fuerit, quod Christus semet filium Dei esse diceret: per verba haec non tam intelligendum est, *ex quo loco Christus natus esset*, quam potius 1) *quibus parentibus natus esset?* 2) *cuiusnam esset conditionis atque dignitatis?* Qui enim miracula Christi audiuerat Pilatus, qui etiam semideos e mulieribus natos profana superstitione credebat, is suspicabatur forsitan, similem quandam Christi esse conditionem atque originem. Phrasis graeca vtrumque fert significatum. Sic 2 Sam. 1, 13. Dauidi quaerenti, πόθεν εἶ σύ; Amalekita respondet: υἱὸς ἀνδρὸς παροίκου ἀμαλεκίτου ἐγώ εἰμι. Iof. 9, 8. מי אתם ומאין תבאו transferunt LXX. interp. πόθεν ἐςὲ, καὶ πόθεν παραγεγόνατε, *quinam estis et vnde venistis?* Arrianus *Dissert. Epict.* l. 3. c. 1. p. 264. *Quin potius semel hac oratione audita digressus ipse tibi dicito: haec Epictetus mihi non dixit*, (πόθεν γὰρ ἐκεῖνος; *quis enim ille est?*) *sed Deus aliquis propitius per illum.*

v. 12.

Ἐὰν τοῦτον ἀπολύσῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ καίσαρος· πᾶς ὁ βασιλέα ἑαυτὸν ποιῶν, ἀντιλέγει τῷ καίσαρι.

Verba, οὐκ εἶ φίλος τοῦ καίσαρος verte: *non geris te, vt amicum Caesaris.* Sic Iosephus *ant.* l. 14. c. 14. p. 480. narrat, Antipatrum Iulio Caesari in Aegyptum auxilia adducentem, Iudaeos Aegyptios sibi conciliasse ostensis ab Hyrcano summo sacerdote litteris, ἐν αἷς αὐτοὺς φίλους εἶναι καίσαρος παρεκάλει, *in quibus eos hortabatur, vt amice se erga Caesarem gererent.*

Ἀντιλέγει τῷ καίσαρι est: *repugnat Caesari, verbis et factis ei contradicit.* Achilles Tatius l. 5. p. 355. καὶ περιπλεκομένης, πρὸς τὰς περιπλοκὰς οὐκ ἀντέλεγον, *cumque me amplecteretur, amplexibus illius non renitebar.*

v. 39.

Φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης ὡς λίτρας ἑκατόν.

Non assentior interpretibus, qui per λίτραν h. l. monetam quandam intelligunt. Nam 1) eo sensu λίτρα idem est, quod *obolus* in primis *aegineticus*, de quo vide agentem pluribus Iulium Pollucem l. 4. c. 24. tum vero pretium horum aromatum adeo fuisset exiguum, vt neque dignitati Nicodemi et Iosephi satis conueniret, neque dignum id fuisset, cuius mentionem faceret Euangelista. 2) Λίτρα nusquam in N. T. neque in lingua Talmudica, in quam tamen pleraque numorum Romanorum et Graecorum nomina recepta erant, eo sensu occurrit, vt numum significet, quae etiam notio Graecis rara est. Iohannes praeterea c. 12, 3. voce λίτρα alio sensu vtitur, vt adeo parum probabile sit, hic eandem alio significatu sumendam esse. 3) Si λίτρα numum hic denotaret, et pretium aromatum designari debuisset, in genitiuo dicendum fuisset, ὡς λιτρῶν ἑκατόν. Λίτρα Graecis praeterea et *mensuram* et *pondus* significat, de quo vide fusius agentem Bynaeum de *morte Iesu Christi* l. 1. c. 3. §. 30. quorum vtrum hic intelligendum sit in medio relinquo. Ego hoc μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης, quo ad ἐνταφιασμὸν vsi sunt, *siccum* fuisse opinor, *in puluerem fortasse commi-*

comminutum, quod ex eo coniicio, quoniam v. 40. corpus vna cum aromatibus *linteis inuolutum* dicitur, quum, si aromata *liquida* fuissent, Euangelista, iis corpus Christi *vnctum* esse dicere debuisset, vti ἀλείφειν Marc. 16, 1. occurrit. Sicque iis, qui tantam aromatum copiam inutilem fuisse temere obiiciunt: responderi potest 1) etiam *cubile* illud, in quod corpus Christi repositum est, quale Talmudici כוך, hebraei משכב vocant, ad suauem odorem excitandum, vndique his aromatibus impletum fuisse, quod moris erat in funeribus, quorum sepulturae sumtus impendere volebant, quod ex loco 2 Chron. 16, 14. manifestum est. 2) Aromata haec etiam ad fragrantes, suffitus ciendos, in ipso hoc sepeliendi actu ex parte comburi potuerunt. Solemnem fuisse ritum similem testatur Targum Pseudo-Ionathanis vt et Hierosolymitanum in Gen. 50, v. 1. vbi de loco, quo ante condituram repositum erat corpus Iacobi, dicitur: תמן הוו שדיין חמרין רתיחין ותמן מוקדין רישי בוסמנין, *ibi erant effundentes vina feruentia, et ibi comburebant praecipua aromata.* Iosephus quoque *ant.* l. 17. c. 10. p. 600. et *bell. Iud.* l. 1. c. 21. p. 774. quingentos seruos vel libertos ἀρωματοφόρους *aromata portantes* funus Herodis, quum illud Herodium deduceretur, comitatos esse testatur, qui tamen, si Iosepho Gorionidi l. 5. c. 41. p. 519. edit. Breithaupti fides est, quinquaginta tantum fuere, et ante feretrum euntes in via myrrham et aloen, atque alia aromata disperserunt.

CAP. XX. v. 15.

Κύριε εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτόν;

Verbum βαστάζειν, h. l. *tollere*, *auferre* significat, fere vti supra c. 10, 31. pro quo Iosephus *ant.* l. 7. c. 10. p. 238. βαστάσας δὲ αὐτὴν ἀπὸ τῆς γῆς *illum* (gladium sc.) *a terra tollens.* Idem ibid. p. 241. de cadauere Amasae in via iacente dicit: βαστάσας ἐκεῖθεν ὁ φύλαξ, καὶ κομίσας εἴς τι χωρίον ἀπωτάτω τῆς ὁδοῦ, *custos illud inde auferens, in locum quendam longius a via remotum transportatum, ibi deposuit et veste contexit.* Ibid. l. 3.

 c. 10.

c. 10. p. 89. de cadaueribus Nadabi et Abihu Moses praecepisse dicitur, vt pater eorum fratresque, *βαςάζοντας τὰ σώματα καὶ κομίσαντας τῆς παρεμβολῆς ἔξω*, *corpora sublata extra castra transferrent*, *ibique honorifice sepelirent*. Ibid. l. 10. c. 5. p. 335. de Iosia rege dicitur, *βαςάσαι*, *e medio sustulisse* illum quadrigas solis et reliqua idola a Iudaeis culta. Ibid. l. 7. c. 7. p. 225.

v. 17.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, μή μου ἅπτου, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου.

Quidquid dicant alii, quum entia non sint multiplicanda vltra necessitatem, ego hanc apparitionem Mariae Magdalenae factam, plane eandem esse puto, quae teste Matth. 28, 9. illi cum aliis mulieribus coniunctim contigit. Iohannes hanc solam nominat, vtpote praecipue insignem, et aliis fortasse sermone praeeuntem. Adorabant hae mulieres Iesum et *ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας*, *genua eius apprehendebant*. Idem h. l. est, *ἅπτεσθαι*, *apprehendere*, *genua prensare*, *illis adhaerere*. Iob. 31, 7. dicitur, *ἅπτεσθαι δώρων*, *munera arripere*, pro hebraico, רבק. Apud hebraeos hic ritus erat adorantium, vti e Matth. 28, 9. patet, et summae venerationis atque submissionis signum. Sic ergo 2 Reg. 4, 27. Sunamitis, quae propter filium mortuum supplex ad Elisam veniebat, ותחזק ברגליו *pedes eius arripiebat*. Simei quoque teste Iosepho *ant*. l. 7. c. 10. p. 236. simili ritu supplex Dauidem adorabat, *προσέπεσε δ' ἀναβὰς ἐπὶ τὴν γέφυραν Σεμεεὶς, καὶ κατασχὼν αὐτοῦ τοὺς πόδας ἐδεῖτο συγγνῶναι*, *progressus in pontem Simei ad pedes procidebat, et pedes eius apprehendens veniam rogabat*. Abigail teste eodem l. 6. c. 14. p. 202. quum Dauid illius connubium expeteret, dicit, *ἀναξία μὲν εἶναι καὶ ποδῶν ἅψασθαι τῶν ἐκείνου*, *indignam se esse*, *quae vel pedes ipsius attingeret*. Etiam apud gentiles, qui Diis supplicabant, genua simulacrorum eorum in templis apprehendere solebant, Hinc Pindarus *Nem*. 8. v. 22. dicit: *ἱκέτας αἰακοῦ σεμνῶν γονάτων, πόλιός τ' ὑπὲρ φίλας, ἀςῶν θ' ὑπὲρ τῶνδ' ἅπτομαι.*

μαι, *supplex Aeaci veneranda genua cum pro vrbe chara, tum pro hisce ciuibus prehendo.* Proinde Epicurus singularem cultum a Colote sibi exhibitum exaggerans, teste Plutarcho *non suav. viui sec. Epic.* p. 1100. scripsisse fertur: *ὡς Κολότης μὲν αὐτὸν φυσιολογοῦντα προσκυνήσειεν γονάτων ἀψάμενος*, *quod Colotes se naturam rerum explicantem prehensis genibus adorauerit.* Plura de hoc ritu dabit Dougthaeus ad Luc. 5, 8. qui ad manus non est. *Adoratio* vero, quae Christo exhibebatur *ciuilis* non erat, sed *religiosa.* Humili loco is natus erat et conditione adeoque in eum qua talem, *adoratio ciuilis* non cadebat. *Adorabant* illum tum praecipue homines adflicti, quum opem quandam miraculosam, quum *diuinum* aliquid ab eo expeterent. *Adorabant* eum discipuli ante resurrectionem rarissime, nec nisi *diuino* quodam miraculo ab eo perpetrato vti Luc. 5, 8. Iam quum resurrexisset, crescebat in eum fides, de *diuina* ipsius eminentia; crescebat proinde *adorandi* ardor. Attamen ipsa *humanae naturae adoratio* Christo non aeque conueniebat in terris adhuc versanti, quam in coelum iam translato in statu exaltationis. Hinc et Apostolus Phil. 2, 9. 10. *adorationem* Christi docet, veluti officium aliquod, quod ipsius *ταπείνωσιν* et *ὑπερύψωσιν* subsequi demum debuerit. His praemissis nostra Christi verba in hunc sensum interpretor. *Noli iam me adorando, et in hoc adorationis ritu diutius haerendo tempus terere, quod laeto nuncio ad discipulos meos perferendo vtilius impendere potes. Non ego equidem pietatem tuam mentemque mihi deuotam, quam me suppliciter adorando ostendis, plane repudio, quum adoratio haec et diuinae meae naturae et maiestati, quae mihi data est, omnino competat. At scito tamen, nondum humane meae naturae, quam praesentem vides, hunc cultum aeque conuenire, quum ad patrem meum nondum ascenderim, ac post ascensionem, quum vsus maiestatis diuinae plenissimus deuotissimum cultum mortalium suo iure requiret.* Verba igitur, *μή μου ἅπτου* dicta puto, quum iam mulieres pedes Christi reuera attigissent, eumque adorassent. Vt sensus sit: *Desine me iam*

iam adorare, noli in adorando me pergere. Simili sensu illud: ὅρα μὴ, dicebat angelus Apoc. 19, 10. c. 22, 9. quum iam adorandi ritu defunctus esset Iohannes.

v. 26.

Πάλιν ἦσαν ἔσω οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ Θωμᾶς μετ' αὐτῶν· ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον.

Phrasis ἔσω εἶναι, est, ἐν οἴκῳ εἶναι, *domi esse, intus esse.* Sic Sophocles *Oedip. Tyr.* p. 172. ἡ δ' ἔσω κάλλιστ' ἂν εἴποι σὴ γυνὴ, *vxor tua, quae domi est, haec optime dixerit.* Idem in *Antig.* p. 208. *Iam vocate illam,* ἔσω γὰρ εἶδον ἀρτίως, *nuper enim illam domi vidi.* Huic opponitur ἔξω εἶναι. Arrianus *Diss. Epict.* l. 3. c. 22. p. 309. ἔξω ἐστὶν, οὐ σχολάζει, *domi non est, non agit otium.* Pro ἔσω frequentius est ἔνδον. Euripides in *Helena* v. 474. *Vbi vero est?* πότερον ἐκτὸς ἢ 'ν δόμοις *vtrum foris an domi?* ad quod respondetur: οὐκ ἔνδον, *non est domi.* Lucianus in *asino* p. 112. ἠρόμην εἰ ἔνδον εἴη ὁ Ἵππαρχος, ἔνδον ἔφη, *interrogaui, vtrum domi esset Hipparchus, et respondit: est domi.*

Ἔστη εἰς τὸ μέσον, *constitit in medio.* Phrasis notat, se in publico omnium conspectu sistere; qui situs eorum erat, qui alios congegratos alloqui, adeoque ab omnibus conspici volebant. Ita supra v. 19. et Xenophon *Cyrop.* l. 4. sub init. de Cyro ad milites orationem habituro dicit: στὰς εἰς τὸ μέσον, *in medio se sistens, milites conuocauit, et ad eos in hunc modum locutus est.* Ibid. l. 7. p. 133. Cyrus se omnibus aditum petentibus sui copiam fecisse significans dicit: παρεῖχον ἐν τῷ μέσῳ ἐμαυτὸν, *publico me exhibui conspectui.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 3. c. 26. p. 355. ἐλθὲ εἰς τὸ μέσον, *prodi in medium, dic nobis quando tranquillius dormiuisti?* Ibid. l. 4. c. 5. p. 391. *Cur non potius,* παρελθὼν εἰς τὸ μέσον κηρύσσεις, *progressus in medium proclamas, tibi pacem esse cum omnibus hominibus?*

v. 30.

Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς.

Verte: *multa autem* (f. *praeterea*) *et alia signa fecit Iesus* Sic Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 128. de vestalibus incestis

ceſtis loquens dicit: πολλὰ μὲν ὖν καὶ ἄλλα δοκεῖ μηνύματα εἶναι τῆς ὐχ ὁσίως ὑπηρετέσης τοῖς ἱεροῖς, *multa vero etiam alia indicia eſſe putantur, illius, quae circa ſacra piaculum admiſit, inprimis vero exſtinctio ignis.* Xenophon *rer. graec.* l. 5. p. 385. πολλὰ μὲν ὖν ἄν τις ἔχοι καὶ ἄλλα λέγειν *multa quidem etiam alia dici poſſent*, quibus poſtea haec reſpondent, νῦν γε μὴν λέξω τὰ προκείμενα, *nunc vero dicam tantum, quae huc pertinent.* Ioſephus *ant.* l. 3. c. 13. p. 99. de Moſe dicit: καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα τεκμήρια τῆς ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτῦ δυνάμεώς ἐςιν, *multa quidem etiam alia adſunt auctoritatis eius plus quam humanae argumenta.*

CAP. XXI. v. 2.

Ἦσαν ὁμῦ Σίμων Πέτρος καὶ Θωμᾶς.

Verte priora: *congregati erant, vna erant*, ita vt vno in loco, vrbe domoue illos fuiſſe ſignificetur. Sic Xenophon *Cyrop.* l. 3. p. 49. *Perſarum et Medorum duces conuocauit*, ἐπεὶ δὲ ὁμῦ ἦσαν ἔλεξε τοιάδε, *cumque congregati eſſent, haec locutus eſt.* Appianus de *bell. Mithrid.* p. 324. *Poſtquam ad hoſtes ſuperuenerunt Lacedaemoniorum et Achaeorum auxilia*, ὁ Βρύττιος ἅπασι ὁμῦ γενομένοις, ὐχ ἡγύμενος ἀξιόμαχος ἔτι ἔσεσθαι, *Bryttius omnibus congregatis ſe non amplius parem futurum ratus.* Ariſtophanes in *Theſmophor.* p. 797. *mulier quaedam ad nos feſtinans accurrit*, πρὶν ὖν ὁμῦ γενέσθαι σιγᾶθ', *antequam igitur conueniamus, tacete.*

v. 6.

Καὶ ὐκέτι αὐτὸ ἑλκύσαι ἴσχυσαν ἀπὸ τῦ πλήθυς τῶν ἰχθύων.

Vocula ἀπὸ h. l. *prae*, ſ. *ob*, *propter* vertenda eſt, vti Luc. 19, 3. c. 21, 26. Cel. Heumannus notionem hanc minus frequentem eſſe dicit, et Iohannem illam e lingua *hebraica* mutuatum eſſe aſſerit. Multa poſſum opponere exempla. Dionyſius Hal. *ant.* l. 1. p. 74. *Ille vero*, ἀπὸ λύπης τε καὶ μετανοίας τῶν πεπραγμένων, *prae moerore et facti poenitentia, animum deſpondens.* Ibid. l. 2. p. 114. ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας, *talem ob cauſſam.* Ibid. l. 7. p. 427.

ἀφ'

ἀφ' ἧς αἰτίας, quam ob caussam. Ibid. l. 4. p. 256. *quum ille, ἀπὸ τοῦ κακοῦ, prae infortunio ne vocem quidem emittere posset.* Plutarchus *apophth. Lacon.* p. 225. *ἀπὸ τῶν οἰστευμάτων τῶν βαρβάρων, prae sagittis barbarorum ne solem quidem videre licet.* Idem *quaest. graec.* p. 303. *ἀπὸ ποίας αἰτίας, quam ob caussam?* Iosephus *ant.* l. 11. c. 4. p. 362. *ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας.* Ibid. l. 10. c. 12. Danielem dicit omnium sibi beneuolentiam conciliasse, *ἀπὸ μὲν τῆς εὐφημίας τῶν προλεγομένων, propter vaticiniorum faustam ominationem.* Idem *bell. Iud.* l. 7. c. 5. p. 947. *ἀπὸ πλήθους τραυμάτων παρῆκε τὴν δεξιὰν, prae vulnerum multitudine remisit dextram.* Sophocles in *Antiq.* p. 216. *κάκιστ' ἀπ' ἔργων εὐκλεεστάτων φθίνει, propter facta egregia pessime perit.* Thucydides l. 1. p. 6. *caussae ex vtraque parte hae erant, ἀφ' ὧν λύσαντες τὰς σπονδὰς propter quas foedera rumpentes, ad bellum ruebant.* Ibid. p. 28. *ἀφ' ἡσυχίας δὲ μὴ πολεμῆσαι, quietis caussa vero bellum non gerere.* Ibid. l. 5. p. 124. *ἀπὸ τῶν ξυμφορῶν διαβάλλεσθαι, ob res aduersas male audire.* Libanius *epist.* 18. p. 6. *θαυμάζω τὸν Παλαμήδην ἀπὸ τῆς σοφίας, miror Palamedem sapientiae nomine.* Palaephatus de *incredib.* c. 51. p. 61. *Lex vero, ἀπὸ τῶν βοῶν ἐκ ὄντων, propter boum penuriam claudicabat.*

V. 12.

Δεῦτε ἀριστήσατε.

Verte: *adeste, prandium capite.* Quum tamen v. 4. haec piscium captura cum annexis primo mane contigerit, *prandere* h. l. nihil fere aliud est, ac *ientaculum capere, matutino tempore vesci.* Vox *ἄριστον* enim saepe apud veteres, in primis Homerum etiam *ientaculum* denotat, de quo vide fusius agentem Athenaeum l. 1. c. 9, 10. p. 11. Si tamen ad vsum frequentiorem respicias, quum apud veteres maxime esset solemne nonnisi semel in die cibum capere, *coenantes* nempe, quod *μονοσιτεῖν* dicebatur: *ἀριστᾶν prandere* dicebantur illi, qui praeter *coenam* semel adhuc cibum capiebant, tempore plane indeterminato, siue mane, siue ante siue circa meridiem. Sic Xenophon *Cyrop.* l. 8. p. 164.

de

de Perſis dicit, quum olim temperantiae cauſſa *μονοσιτεῖν* *ſemel* tantum *cibo vti* conſueuiſſent, iam quidem hunc morem retinere; at tamen epulandi eos facere initium, *ἡνίκα περ οἱ πρωϊαίτατα ἀριςῶντες*, *eo tempore*, *quo ii qui ſummo mane prandent*, ſicque eos ad feram veſperam pergere. Quod *ἀριςᾶν*, quocunque tempore praeter coenam cibis vacare denotet, multis Hippocratis locis oſtendit Caſaubonus ad Athenaeum l. 2. c. 8. p. 96. Addam aliquot locos, vbi vox haec de tempore matutino occurrit. Xenophon *Cyrop.* l. 6. p. 115. *αὔριον δὲ πρωῒ, ἕως ἂν ἐγὼ θύωμαι, πρῶτον μὲν χρὴ ἀριςῆσαι καὶ ἄνδρας καὶ ἵππους*, *cras autem mane*, *donec ego ſacrum faciam*, *prandendum eſt*, *et viris et equis*. Ibid. p. 116. *Poſtero die mane Cyrus rem ſacram faciebat*, *reliquus vero exercitus*, *ἀριςήσας καὶ σπονδὰς ποιησάμενος*, *prandens et libationes faciens*, *arma capiebat*. Plutarchus de *fort. vel virt. Alex.* or. 2. p. 338. *Ἀλέξανδρος ἠρίςα μὲν ὄρθρου καθεζόμενος*, *Alexander prima luce ſedens prandebat*, *ſub ſeram vero veſperam coenabat*. Eandem quoque notionem ferunt voces latinae, *prandere* et *prandium*. Sic apud eundem *ſympoſ.* l. 8. qu. 6. p. 726. dicitur, quod Romani *prandium* a Graeca voce *πρωῒ* deriuauerint, *πρωϊνήν τινα σημαίνοντες ἐδωδὴν ἢ τροφὴν*, *matutinum quendam cibum aut victum ſignificantes*. *Feſtus in voce* prandicula, *Prandicula* inquit, *antiqui dicebant*, *quae nunc ientacula*.

V. 22.

Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σε.

Verbum *μένειν* h. l. *viuere*, *in vita manere* ſignificat, quae notio frequens eſt, in his libris. Heinſius *ſyriaſmum* voci ineſſe cenſet. Raphelius nonniſi vnico loco Arriani hanc vocem ſuſtinuit in *annotat. Polyb.* neque plures proferre potuit Cel. Heumannus. Addam ergo mihi obſeruata. Apud Sophoclem in *Trachin.* p. 324. Deianira Herculis vxor *Iremo* inquit, *εἰ μὲ χρὴ μένειν*, *πάντων ἀρίςου φωτὸς ἐςερημένην*, *vtrum me ſuperſtitem manere oporteat*, *marito omnium optimo orbatam*. Xenophon *Cyrop.* l. 8. p. 144. Cyrum fingit Artabazo poſt trigeſimum annum

dona

dona promittentem et hunc respondentem: ὡς ἀναμενοῦντος καὶ οὐκ ἀποθανομένου, οὕτω παρασκευάζου, *ita paratus esto, quasi superstes mansurus et non moriturus sim.* Achilles Tatius l. 8. p. 509. ὥσπερ γὰρ μὴ μένοντος ὁ μοιχὸς οὐκ ἦν, μένοντος δὲ μοιχός ἐστιν, *quemadmodum enim non superstite* (marito) *nemo adulter est, ita superstite illo est adulter.* Epictetus apud Stobaeum *serm.* 120. p. 608. de hominum viuendi cupiditate loquens, dicit: *Sed oportet me Deo inseruire.* Διὰ τοῦτο μένω, *propterea in viuis maneo, et sustineo lauare miserum istud corpusculum, idque pascere et vestire.* Diogenes Laërtius l. 7. c. 5. §. 4. de Cleanthe dicit: *Exprobrante quodam senectutem; et ego inquit,* ἀπιέναι βούλομαι, *abire volo. Cum vero me sanum ex omni parte considero, scribentemque ac legentem,* πάλιν μένω, *rursus in viuis maneo.* Plenius Plutarchus de *stoic. repug.* p. 1042. dicit: μένειν ἐν τῷ ζῆν. Quum frequens sit Graecis, verbis *abeundi*, ἀπελθεῖν, ἀπιέναι, οἴχεσθαι, ἀπογίνεσθαι, ἀπαλλάττεσθαι, ἀναλύειν, notione *moriendi* vti, de quo vide dicta ad Matth. 26, 24. in promtu fuit, *in vita perseuerare* per μένειν exprimi. Etiam in loco Arriani *Diss. Epict.* l. 3. c. 24. p. m. 342. quem Raphelius protulit, μένειν et ἀπέρχεσθαι opponuntur.

Phrasis, τί πρός σε, *quid hoc ad te* sc. pertinet? pro *latinismo* habita est a nonnullis. Vtitur illa haud raro Demosthenes, e. g. *de corona* p. 315. *Vt enim maxime aliqua in eis peccata esse videantur,* οὐδέν ἐστι δήπου πρὸς ἐμέ, *ea nihil ad me pertinent.* Ibid. p. 319. ἕτερος λόγος οὗτος, ὁ πρός ἐμε, *alia id est disputatio ad me nihil pertinens.* Ibid. p. 321. οὐδὲν γὰρ ἡγοῦμαι τούτων εἶναι πρός ἐμε. Ibid. p. 348. ὥστε οὐδὲ ὁ λόγος τῶν κατὰ ταῦτα πραχθέντων πρός ἐμε. Idem *cont. Dionysod.* p. 741. ἔστι μὲν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς τοῦτο. Polybius l. 3. c. 21. p. 244. neglexisse Poenos tradit, pacta cum Hasdrubale foedera, veluti, οὐδὲν οὔσας πρὸς αὐτοὺς, *nihil ad se pertinentia.* Saepe sic loquitur Arrianus *Differt. Epict.* e. g. l. 3. c. 18. p. 300. bis dicit, τί οὖν πρὸς σέ;

FINIS PART. I.





INDEX

VOCVM ET PHRASIVM BIBLICARVM

QVARVM

PARTIM SIGNIFICATIO PARTIM EMPHASIS

TOMO I.

TRADITVR.

Ἀλα-

B.

Γ.

Εἰσα-

Ἐπι-

Z.

H.

Θ.

Θ.

I.

K.

Τί



IN-

INDEX
RERVM PRAECIPVARVM
TOMO I. OBVIARVM.

Iugum

FINIS PARTIS I.





